BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
G
40
NAPOLI
40

XXXVIII
G
40

# INSTITVTIONES LINGVAE ARABICAE

Tribus Libris diſtributæ.

IN QVIBVS VBERRIME QVÆCVMQVE ad Litteras, Dictiones, & Orationem attinent, explicantur.

AVTHORE P. FRANCISCO MARTELOTTO *Martinenſi, Sacerdote, Theologo, Clericorum Regularium Minorum.*

Iuſſu, & Liberalitate

S. D. N. PAVLI V. PONT. MAX.

Nunc primum in lucem editæ.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

ROMÆ, Excudebat Stephanus Paulinus, MDCXX.

*Superiorum Permiſſu.*

# Ioannes de Gueuara Cler. Reg. Min. Præpoſitus Generalis.

VT liber Grammaticarum inſtitutionum Arabicæ linguæ à P. Franciſco Martelotto noſtræ Religionis Clericorum Minorum elaboratus, & à duobus alijs eruditis viris eiuſdem Religionis, quibus id commiſimus, recognitus, & approbatus, typis mandetur, præſentium tenore facultatem concedimus; dummodo cæteri, quibus hoc munus incumbit, ſimiliter approbauerint. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & noſtro ſigillo obſignatas dedimus Romæ in ædibus noſtris S. Laurentij in Lucina die 22. Aprilis 1620.

## Io. de Gueuara Præpoſ. Gen.

Loco ✠ ſigilli.

*Silueſter Oconus Cler. Reg. Min. Secret. Gen.*

---

Imprimatur ſi placet Reuerediſſ. P. M. S. Pal Apoſt.
Cæſar Fidelis Viceſgerens.

EGo Fr. Franciſcus Donatus Rom. Ord. Præd. iuſſu Reuerendiſſ. P. M. Fr. Hyacinthi Petronij Rom. Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, vidi, perlegiq. opus iſtud, cuius titulus eſt Inſtitutiones linguæ Arabicæ editum à R. P. Franciſco Martelotto Cler. Reg. Min. nihilq. in eo reperi, quod fidei, bonisue moribus repugnet; immò valde vtile exiſtimo pro ijs, qui hanc linguam ſitiunt, vt alacriter poſſint fœlices haurire aquas, optatumq. Deo duce aſſequi brauium.

Ego Fr. Franciſcus qui ſup. manu propria.

*Ego Iſaac Sciadrenſis Maronita è Monte Libano, Collegij Maronitarum in Vrbe olim alumnus, Sacræ Theologiæ Doct. ex commiſſione Reuerendiſſ. P.F. Hyacinthi Petronij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri, Grammaticam hanc Arabicam vidi, & nihil in ea contra fidem, aut bonos mores inueni, & ſanè opus huius linguæ ſtudioſis vtiliſſimum fore iudico.*

*Ego Iſaac Sciadrenſis, qui ſup. manu prop.*

انا الحقير اسحاق الملفان الشذراوى المارونى من جبل لبنان تلميذ
بمدرسة الموارنه التى برومية نظرت وقريت هذا الغراماطيق
العربى وما وجدت فيه شيا يظادد الامانة الارتودوكسيه لكن نافع
لمن يرغب علم لسان العربى

Imprimatur

Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magiſter, & Reuerendiſſ. P. F. Hyacinthi Petronij Rom. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Socius, Ord. Præd.

SANCTISSIMO PATRI

# PAVLO V.

## PON. OPT. MAX.

CONSTITVERAS pręteritis annis, quæ tua eſt in Chriſtianę Reipub.propagatione ſumma vigilantia ( Beatiſs. Pater ) vt externarum linguarum ſtudia,quoad poſſe, cœtus omnes Religioſorum capeſſerent,tanquam maximo emolumento ad Sedis Apoſtolicæ gloriam, & ad Barbarorum conuerſionem profutura . Commendabas, Pater Sanctiſsime, inter alia, Arabicum præcipuè idioma, quo cùm Mahomedanorum inſtituta, & leges exarata legantur, multaq; alia, tùm contra noſtram veram legem, ac fidem, execranda & confutanda ; tùm etiam pro naturali philoſophia, ac liberalibus diſciplinis è tenebris eruenda ; fructuoſum nimis foret,ſi plures identidem religioſi, ac eruditi viri ad res huiuſmo-

iuſmodi cōnſequendas, eo ipſo, prout opus eſt, idiomate callerent. Quamobrem maiorum inſtituto, qui ſemper Romanæ Eccleſiæ, eiuſq; ſummis Hierarchis morem gerere ſtuduerunt; omni diligentia, omnique impenſa Clericorum Regularium Minorum Religio Apoſtolicæ Sedi ſummopere addicta, tanta alacritate externarum omnium linguarum ſtudia,& pręcipuè Arabicarũ inſtitutionũ elucubrationes amplexa eſt, vt eas quas adhuc nemo completè, & exactè tradiderat, manuducere non dubitarit: ipſeq; tantùm inſudarim, vt,peractis Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudijs,omnem conatum, omnemq; operam contulerim, vt tuæ Beatitudinis mandatis, meæ Religionis hortatu obtemperarem. Quæ cum in hiſce Grammaticalibus elementis oſtentarim, ſi à tua Beatitudine grato quo ſoles animo accepta fuerint, tantum eruiſſe ad Dei gloriam exiſtimabo, quantum tua benignitate, & clementia adoleuiſſe poterunt exiſtimari. Vale.

Sanctitatis Veſtræ.

Humillimus,ac deuctiſſimus ſeruus

*Franciſcus Martelottus Cler. Reg. Min.*

# Præfatio totius operis.

VNiuerſa Linguæ huius facultas apud Arabicos Authores bipartita eſt. Vna pars dicitur نحو Nahhuon; altera dicitur تصريف Taſriphon.

Prima docet diſpoſitionem, ac variationem vocum penes varios earum reſpectus ad inuicem in oratione, quibus ſcilicèt poſtulant locari nomina in ſuis caſibus, ac verba in ſuis modis, quod fit per diſpoſitionem aliquam in fine tantùm dictionum factam; qùa vel dictio variatur in fine, quod dicitur اعراب E-rabo, ideſt, *declinatio*, ſiue *inflexio*: vel ſemper eodem modo permanet, quod dicitur بناء Benao, ideſt, *ædificatio*, ſiue *firmatio*. Vnde pars hæc نحو dicta, apud Authores deſcribitur علم باصول يعرف بها احوال اواخر الكلم اعرابا اوبناء

ideſt, *ſcientia principiorum, quibus cognoſcuntur diſpoſitiones vltimarum extremitatum dictionum declinando, vel firmando.*

Secunda verò pars docet variationem vocum ob diuerſa ſignificata abſolutè, hoc eſt ad ſignificanda genera, numeros, tempora, perſonas, actionem, paſſionem, abſtractionem, concretionem, deriuationem, comparationem, & cætera huiuſmodi, quæ diſtinctè ſignificari non poſſunt cum ſuis differentijs, niſi diuerſificatis vocibus. Vnde definitur hæc pars تحويل الاصل الواحد الى امثله مختلفة لمعان مقصودة لا تحصل الا بها

ideſt, *conuerſio*, ſiue *reuolutio trunci*, ſeu *thematis vnius in exem-*

*exempla* ( hoc eſt deriuata ) *varia ob ſignificata intenta*, *quæ minimè proueniunt niſi per illa*. Quæ quidem variatio non tantùm in fine dictionum fit, ſed magis in principio, ac in medio, adijciendo, vel detrahendo, vel commutando.

Porrò huiuſmodi duarum partium diſcretio inde potiſſimum eſt orta, nam vbi primitùs lingua hæc tantùm naturalibus erat vſui, opus non erat arte, qua dictiones ſic variarentur ad genera, numeros, perſonas, ac ſimilia ſignificanda, quomodo per ſecundã artis partem doceri diximus; nam hæc creſcentis ætatis tantùm beneficio conſequebantur omnes; ſed ſolùm ob finalem vocum diſpoſitionem per caſus, ac modos: quam difficulter vulgus apprehendit, facillimè deſerit: digeſta fuerunt quamplura volumina peritiſſimorum virorum liberalitate. Quorum primus ( vt fertur ) cœpit Ali Mohammedis conſanguineus; qui, cum quadam die hominem audiſſet corrumpentem locum quendam Alchorani, ob imperitiam linguæ, ſtatim tradere cœpit prima huius partis initia, dicens الكلمة ثلثه انواع اسم وفعل وحرف ideſt, *dictio ſimplex triplicis eſt ſpeciei, nomen, verbum, & Hharf*. Quæ fuſius poſteà explicanda tradidit Amico ſuo Abul-Aſuad dicens انح هذا وتتبعه وزد فيه ideſt *intende hoc, & proſequere illud, & adde in eo*.

Quæ poſtea copioſiùs inter cæteros proſequutus ipſe Abu'l-Aſuad, denominauit hanc partem نحو Nahhuon, vt ipſe teſtatur, ex ſupradicto verbo Ali dicentis انح هذا quam etiam partem à cæteris ipſemet ſic ait eſſe denominatam, nam نحو nahhuon Arabico idiomate exponitur طريق ideſt *via*, & قصد ideſt *intentio*: & quidem hac grammaticæ parte, velut ampliſſima via ad intẽtum expreſsionis diſtinctæ intellectualium conceptuum peruenitur.

At ve-

At verò vbi Arabicum idioma Perſæ, Turcæ, exterique reliqui cœperunt eddiſcere, nouos eiuſdem linguæ canones fuit opus extruere, cum ipſis loquela hæc omnis penitus eſſet ignota: Ex quo ſecunda grammaticæ pars orta eſt, quæ, vt diximus, تصريف denominatur; quæ vox in idiomate idem ſonat, ac mutatio, ſeu variatio; nam pars hæc in variandis, ac reuoluendis vocibus, vt ſupra diximus, occupatur.

Cæterum nos præſentibus libris vniuerſam linguæ artem, è pluribus vtriuſque generis codicibus depromptam, conſequenti ordine complectemur. Primoq; libro quæ ad elementa ſimplicia, nempè litteras, quibus integrantur dictiones. Secundo verò quæ ad dictiones, ſiuè partes ſimplices, quibus conſtat oratio. Ac libro tertio, quæ ad orationem ipſam actinent ſumma breuitate trademus.

# INDEX CAPITVM;

## Et præcipuarum rerum in hoc opere contentarum.

### CAPITA LIBRI PRIMI.


| | | |
|---|---|---|
| Cap.I. | *De numero, figura, appellatione, & valore Arabicarum litterarum.* | *pag.* 2 |
| II. | *De ſono Arabicarum litterarum.* | 9 |
| III. | *De nexu litterarum.* | 12 |
| IV. | *De motionibus, ſeu vocalibus.* | 17 |
| V. | *De cæteris ſignis litterarum Arabicarum.* | 23 |
| | *De ſigno Eſſocuno.* | 23 |
| | *De ſigno Etteſcdido.* | 24 |
| | *De ſigno Elhamzato.* | 25 |
| | *De ſigno Elmaddo.* | 26 |
| | *De ſigno Eluaslo.* | 26 |
| | *De ſignis alijs minus principalibus.* | 28 |
| VI. | *De varijs Arabicarum litterarũ diuiſionibus.* | 35 |


### CAPITA LIBRI SECVNDI.


| | | |
|---|---|---|
| Cap.I. | *De numero partium orationis Arabicæ.* | 38 |
| II. | *De nomine eiuſque natura.* | 41 |
| III. | *De proprietatibus nominis.* | 43 |
| IV. | *De accidentibus nominis in communi.* | 47 |
| V. | *De quantitatè nominis.* | 48 |
| VI. | *De qualitate nominis.* | 54 |
| VII. | *De forma nominis.* | 59 |


*De ge-*

VIII. *De genere nominis.* 66
IX. *De numero nominis.* 69
X. *De ſpecie nominis.* 90
*De formatione nominis dicti* المنسوب *ideſt relatum.* 90. *in fine.*
*De formatione nominis diminutiui.* 92. *in fine.*
*De formatione loci, & vaſis.* 96
XI. *De caſu, declinatione, & irreuolubilitate nominis.* 97
*De prima inflexione.* 99
*De ſecunda inflexione.* 101
*De tertia inflexione.* 102
*De quarta inflexione.* 103
*De nomine irreuolubili, & cauſis irreuolubilitatis.* 104
*De quinta inflexione.* 116
De *ſexta inflexione.* 117
De *ſeptima inflexione.* 118
De *octaua inflexione.* 120
De *indeclinabilitate nominum.* 121
XII. De *varijs nominum diuiſionibus.* 122
De *pronominibus perſonalibus.* 123
De *pronominibus demonſtratiuis.* 129
De *relatiuis.* 132
De *cognominationibus.* 134
De *nomine ſubſtantiuo, & adiectiuo.* 134. *in fin.*
De *nomine proprio, & appellatiuo.* 135
De *nomine cognito, & ignorato.* 136
De *nomine compoſito, & ſimplici.* 137
De *nominibus numeralibus.* 138
De *nominibus coiunctis verbo.* 144
De *nominibus localibus, & tẽporalibus.* 145. & 147

De nominibus verborum. 148
XIII. De verbo, eiuſque natura. 150
XIV. De proprietatibus verbi. 151
XV. De accidentibus verbi. 153
XVI. De quantitate verbi. 154
XVII. De qualitate verbi. 164
XVIII. De forma verbi. 167
XIX. De ſpecie verbi. 192
XX. De tempore, perſona, numero, genere, modo, & declinatione verbi. 193
Diuerſa verbi membra aſsignantur. 199
De coniugatione verbi ternarij ſalui ſimplicis. 202
De præterito. 205
De modzhareo. 208
De ש confirmationis. 211
De maſdaro. 213
De imperatiuo. 215
De nomine agentis, & patientis. 218
De nomine temporis, & loci, & inſtrumenti. 226
De coniugatione verbi ternarij ſimplicis ſalui iuxta ſecundam formam. 229
De coniugatione verbi ternarij ſimplicis ſalui iuxta tertiam, quartam, & cæteras formas. 230
Coniugatio verbi ternarij ſimplicis ſalui iuxta formam paſsiuam. 232
Coniugatio verbi quaternarij ſimplicis ſalui iuxta formam actiuam. 235
Eiuſdem coniugatio iuxta formam paſsiuam. 238
Coniugatio verbi ternarij ſalui aucti per vnam litteram. 239
Coniugatio eiuſdem aucti per plures litteras. 243
De verbo duplicato, ſeu ſurdo. 248

De ver-

*De verbo infirmo prima littera truncali, ſeu* ف 267
*De verbo infirmo ſecunda littera, ſeu* ع 274
*De verbo infirmo tertia littera, ſeu* ل. 297
*De verbo infirmo ſecunda, & tertia truncali, ſeu* ع & ل 313
*De verbo infirmo prima, & tertia, ſeu* ف & ل 317
*De verbo mahmuzo, ſiue hamzato, ideſt, habente aliquam truncalium hamzat.*
*De verbo hamzato prima trũcali, ſeu* ف *ibid.* ٣٢١
*De verbo hamzato* ع 323
*De verbo hamzato* ل 324
XXI. *De varijs verbi diuiſionibus.* 329
XX. *De Hharf tertia orationis parte, natura, proprietatibus, & accidentibus eius.* 331
XXIII. *De diuiſionibus Hharf.* 332
*De particulis annexionis, ſeu contractionis.* 334
*De particulis aſſimilatis verbo.* 338
*De particulis coniunctionis.* 339
*De particulis negationis.* 342
*De particulis excitationis.* 344
*De particulis vocationis.* 344
*De particulis reſponſionis, ſeu creditionis.* 344
*De particulis exceptionis.* 345
*De particulis adſentiæ.* 345
*De particulis connexionis.* 346
*De particulis explicationis.* 346
*De particulis maſdaralibus.* 346
*De particulis adhortationis.* 347
*De particulis approximationis.* 347
*De particulis futuritionis.* 347
*De particulis interrogationis.* 348

*De particulis conditionis.* 348
*De particulis cauſationis, cominationis, & cel.* 349

## CAPITA LIBRI TERTII.

Cap. I. *De natura, & definitione orationis.* 352
II. *De diuiſione orationis.* 355
III. *De componenda oratione in genere.* 358
*Nomina partium componentium orationem.* 359
*De mobtadao, ſeu ſubiecto.* 359
*De chabaro, ſiue prædicato.* 362
*De actione, ſeu verbo.* 363
*De agente.* 364
*De patiente.* 367
*De diſpoſitione, ſeu modo agendi.* 370
*De determinatione, ſeu explicatione.* 371
*De contracto nomine.* 372
*De nomine excepto.* 373
*De ſequentibus.* 373
*De confirmatione.* 373
*De adiectiuo.* 374
*De commutatione.* 375. *in fin.*
*De coniunctione.* 376
IV. *De diſpoſitione, & ordine partium componentium orationem.* 378
V. *De concordatione partium componentium orationem.* 384
*De concordantia verbi cum agente.* 384
*De concordatione adiectiui cum ſubſtantiuo.* 387
*De concordatione relatiui cum antecedente.* 391
VI. *De coſtructione, ſeu regimine partium componentium orationem.* 392

*Enume-*

| | | |
|---|---|---|
| | *Enumerantur operantia.* | 393 |
| VII. | *De coſtructione verborum in communi.* | 395 |
| VIII. | *De coſtructione verborum tranſitiuorum formæ actiuæ.* | 398 |
| | *Primus ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 399 |
| | *Secundus ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 405 |
| | *Tertius ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 406 |
| | *Quartus ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 407 |
| | *Quintus ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 407 |
| | *Sextus ordo tranſitiuorum primæ claſsis.* | 408 |
| | *De tranſitiuis ſecundæ claſsis.* | 409 |
| IX. | *De coſtructione verborum tranſitiuorum formæ paſsiuæ.* | 410 |
| | *De tranſitiuis primæ claſsis paſſiuè cōſtructis.* | ibid. |
| | *De tranſitiuis ſecūdæ claſſis paſſiuè cōſtructis.* | 411 |
| X. | *De conſtructione verborum intranſitiuorum formæ actiuæ.* | 412 |
| | *Primus ordo intranſitiuorum.* | 413 |
| | *Secundus ordo intranſitiuorum.* | 414 |
| | *Tertius ordo intranſitiuorum.* | 415 |
| | *Quartus ordo intranſitiuorum.* | ibid. |
| | *Quintus ordo intranſitiuorum.* | 416 |
| | *Sextus ordo intranſitiuorum.* | ibid. |
| XI. | *De conſtructione verborum intranſitiuorum formæ paſsiuæ.* | 417 |
| XII. | *De conſtructione verborum cordis.* | 419 |
| XIII. | *De conſtructione verborum deficientium.* | 424 |
| XIV. | *De conſtructione verborum propinquitatis.* | 429 |
| XV. | *De conſtructione verborū laudis, & improperij.* | 434 |
| XVI. | *De conſtructione verborum admirationis.* | 437 |
| XVII. | *De conſtructione nominum.* | 440 |
| | *De conſtructione Maſdari.* | 442 |

XVIII. De conſtructione nominis agentis, ſeu participij actiui. 445
XIX. De conſtructione nominis patientis, ſeu participij paſſiui. 449
XX. De conſtructione adiectiui, ſeu poſitiui, item comparatiui, & ſuperlatiui. 453
XXI. De conſtructione nominis perfecti. 458
XXII. De conſtructione nominis annexi. 459
XXIII. De conſtructione nominum diminutorum. 462
XXIV. De conſtructione nominum indiſtinctorum. 464
XXV. De conſtructione nominum verborum. 467
XXVI. De conſtructione particularum. 468
XXVII. De particulis nasbantibus, & giarrantibus nomen. 469.
XXVIII. De particulis operantibus in ſummam. 473
XXIX. De particulis nasbantibus verbum. 477
XXX. De particulis gezmantibus verbum. 481

LIBER

# LIBER PRIMVS
## DE LITTERIS, ET ELEMENTIS,
### SEV PARTIBVS DICTIONVM,

*Earumq; Numero, Figura, Appellatione, Valore, Ordine, Sono, Nexu, Motionibus, Signis, ac Diuiſionibus.*

## PROOEMIVM.

QVÆ poſſent de Characteribus Arabum ab huiuſmodi Lectionis, & Scripturæ inſtituto aliena referri, conſultò omittimus. Atque præſenti libro capitibus ſex, decem res propoſitas complectemur. Quinque nimirũ Numerus, Figura, Appellatio, Valor, & Ordo, cum diſcretam tractationem non ſatis commodè patiantur, vnico, eodemq. primo Capitulo connectuntur. Reliquas vero quinque ſingulis ſingillatim capitibus proſequemur. Quoniam vero de Arabicis litteris elegantiſsimè ſcripſit Ioannes Baptiſta Raymundus, qui, vt prima iecit latentis huius idiomatis fundamenta, ſic noſtri temporis lumen ſplendentiſſimum extitit, ſumma ipſius tum cæterarum linguarum, tum diſciplinarum, omniumq. ferè ſcientiarum peritia. Idcirco nos præter ea, quæ apponenda nouiter, vel vlterius explicanda cenſuimus, nonnulla ipſius, vt iacẽt ad verbum huc inſeremus.

# CAPVT PRIMVM.

## De Numero, Figura, Appellatione, Valore, & Ordine Arabicarum Litterarum.

LITTERÆ apud Arabes ſunt viginti octo, omnes conſonantes, quarum Figura multiplex eſt; aliter enim vnaquæq. formatur cum ſola, ſiue ab alijs ſeiuncta ſcribitur, ac dum alicui præcedenti, vel ſubſequenti nectitur. Vnde nos primo in præſenti Capite abſolutas earum ſubijciemus figuras, quibus ſolæ formantur; Poſthac vero Cap. 3. de ipſarummet nexu agentes, qua ratione in nouas mutentur formas, copioſe dicemus.

Sunt inſuper huiuſmodi litteris peculiaria nomina, quorum prima littera ea ſemper eſt, cuius eſt nomen, dumq. orationem aliquam ingrediuntur, ad inſtar nominum cæterarum rerum articulum in fronte ſuſcipiunt, ac in fine per caſus varios inflectuntur, vt ſuo loco fiet conſpicuum; Ea vero tum Latinis, tum Arabicis Characteribus à latere ipſis litteris paulò inferius apponentur.

Valor præterea earundem litterarum dupliciter poteſt intelligi. Primo quatenus ſoni ſimilitudinem, ſeu æquipollentiam quandam latinis, vel alterius linguæ litteris importat. Secundo quatenus vnaquæq. dum cum ipſis numeratur peculiarem numerum ſignificat, vt apud Hebræos, Chaldæos, Græcos, & alios accidit, vtrumque autem valorem à latere pariter ipſis litteris appoſuimus.

Ordo tandem ipſarum triplex eſt. Primus congruit figuris, ſiue ſimilitudini litterarum, quo vocabularia omnia ſunt digeſta, isq. modo potiſsimum eſt in vſu. Secundus congruit valori, ſiue numero, quem ſignificant litteræ, quo vſi ſunt Auerroes, & Auicenna, vt ex ſimplicibus lib. 2. Canonum hac Alphabeti ſerie diſpoſitis comprobatur. Tertius litterarum figuris, non numeris congruens, adhuc differt à primo, eoq. vtuntur Aphricani, qui trium litterarum puncta immutant etiam, vt clarius infra

infra ſuo loco patebit. Iuxta primum igitur ordinem huiuſmodi eſt Arabicarum litterarum

| *Num.* | *Figura* | *Appellatio* | | *Valor.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | ا | الف | Eliph | א | 1 |
| 2 | ب | بَ | Be | B | 2 |
| 3 | ت | تَ | Te | T | 400 |
| 4 | ث | ثَ | The | Th | 500 |
| 5 | ج | جيم | Gim | G | 3 |
| 6 | ح | حا | Hha | Hh | 8 |
| 7 | خ | خا | Cha | Ch | 600 |
| 8 | د | دال | Dal | D | 4 |
| 9 | ذ | ذال | Dhal | Dh | 700 |
| 10 | ر | رَ | Re | R | 200 |
| 11 | ز | زين | Zain | Z | 7 |
| 12 | س | سين | Sin | S | 60 |
| 13 | ش | شين | Scin | Sc | 300 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 14 | ص | صَادْ | Sad | S | 90 |
| 15 | ض | ضَادْ | Dzhad | Dzh | 800 |
| 16 | ط | طَا | Ta | T | 9 |
| 17 | ظ | ظَا | Thda | Thd | 900 |
| 18 | ع | عَيْن | Ain | ע | 70 |
| 19 | غ | غَيْن | Gain | G | 1000 |
| 20 | ف | فَ | Phe | Ph | 80 |
| 21 | ق | قَاف | Qaph | Q | 100 |
| 22 | ك | كَاف | *K*aph | *K* | 20 |
| 23 | ل | لَام | Lam | L | 30 |
| 24 | م | مِيم | Mim | M | 40 |
| 25 | ن | نُون | Nūn | N | 50 |
| 26 | ه | هَ | He | H | 5 |
| 27 | و | وَاو | Vau | V | 6 |

لا لاَمْ اِلِفْ Lam Eliph

28 ى يَ Ie I 10

Quæ autem poſt vigeſimam ſeptimam collocatur figura, re vera littera non eſt à reliquis diſtincta, ſed duæ ſimul, nimirum prima in ſinu vigeſimę tertię, vt ex figura, & nomine patet.

Porro congruit ordo hic litterarum figuris, ſiquidem poſt ſecundam litteram, quæ eſt ب ſtatim ſequuntur ت, & ث corpore omnino ſimiles ſolis punctis diſtinctę, quę enim vnicum habet punctum inferius, eſt Be; quæ vero duo ſuperius, eſt Te; quę vero tria etiam habet ſuperius, eſt The. Similiter poſt quintā ج immediate ſequuntur ح, & خ forma eædem prorſus, quamuis diſtinguantur punctis; nam quæ punctum habet inferius, eſt Gim; quæ vero punctis caret, eſt Hha; quæ autem punctum habet ſuperius, eſt Cha. Idem prorſus conſpicitur in reliquis omnibus, corpore, ſiue forma ſimilibus, quæ ſolis ſeſe punctis diſcernunt, vt Sin ſine punctis, & Scin cũ tribus pũctis; item Sad ſine puncto, & Dzhad cum puncto deſuper; Ta ſine puncto, & Thda cum puncto deſuper; Ain ſine puncto, Gain cum puncto deſuper. Phe tandem cum vnico puncto deſuper, Qaph capite ſimilis cum duobus punctis.

Aduerſatur autem hic ordo Valori, ſiue numero, quem valent litteræ, nam ا Eliph, quæ eſt prima valet 1. & ſequens ب Be valet 2. tertia tamen ت Te valet 400. & ſic ferè ſemper difformiter vſque in finem proceditur. Præter quas numerorum notas aliæ pariter nunc vſui ſunt apud Arabes, videlicet,

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| ١ | ٢ | ٣ | ٤ | ٥ | ٦ | ٧ | ٨ | ٩ | ١٠ |

quas deinde more noſtro componunt ad varias numerorum compoſitorum ſpecies exprimendas veluti:

| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 30 | 40 | 50 | 60 | 70 | 80 | 90 | 100 |
| ١١ | ١٢ | ١٣ | ١٤ | ١٥ | ١٦ | ١٧ | ١٨ | ١٩ | ٢٠ | ٣٠ | ٤٠ | ٥٠ | ٦٠ | ٧٠ | ٨٠ | ٩٠ | ١٠٠ |

Sæpe quidem pro cifra utuntur quinta figura, ut apud nos accidit, ſed tunc pro quinta hãc ه adhibent, ut proinde hic numerus ١٠ ſit decem, hic ١ه quindecim, &c.

At

At valor, qui ad lectionis, ſeu pronunciationis rationem magis attinet, non potuit omnino Latinis litteris explicari, cum ex Arabicis litteris plures ſint, quibus nulla ex latinis ſono reſpondere valet; ac proinde ad explicandum valorem primę litteræ, Eliph, vſi ſumus prima Hebræorum littera א, quam אָלֶף Aleph dicunt; hæc enim illi valore ſimilis prorſus exiſtit. At Latinis Hebraicæ linguę ignaris, negatiuè quodammodo, explicãtes ſcilicet quomodo ab omnibus Latinorum litt. ris differat, oſtendemus. Differt igitur ا Eliph ab omnibus latinorum conſonantibus, quoniam nullius earum imitatur ſonum. Differt vero à vocalibus eorumdem, quoniam Eliph, conſonans cum ſit, penes motiones (vt aiunt) varias ſuperadditas, cuiusq. Latinorum vocalis emulatur ſonum, atque proinde valorem earum omnium continere veluti virtualiter dici poteſt, niſi quod ſono paululum vehementior extat. Valorem pariter quartæ litteræ, ث The duabus latinis litteris explicuimus, hę namq. ſimilem edunt ſonum. Similiter, & in alijs fecimus, valorem omnium litteris ęquè ſonantibus explicantes, vt ex dicendis in ſequenti Capite de ſingularum ſono patebit clarius.

Porro iuxta ſecundum ordinem ſic diſponitur Arabicarum litterarum

| *Num.* | *Figura* | *Appellatio* | | *Valor.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | ا | الف | Eliph | א | 1 |
| 2 | ب | بَ | Be | B | 2 |
| 3 | ج | جيم | Gim | G | 3 |
| 4 | د | دال | Dal | D | 4 |
| 5 | ح | ح | He | H | 5 |
| 6 | و | واو | Vau | V | 6 |

7

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 7 | ز | زَيْن | Zain | Z | 7 |
| 8 | ح | حَا | *Hha* | *Hh* | 8 |
| 9 | ط | طَا | Ta | T | 9 |
| 10 | ى | يَ | Ie | I | 10 |
| 11 | ـكـ | كَاف | Kaph | K | 20 |
| 12 | ل | لَامْ | Lam | L | 30 |
| 13 | م | مِيمْ | Mim | M | 40 |
| 14 | ن | نُونْ | Nun | N | 50 |
| 15 | س | سِينْ | Sin | S | 60 |
| 16 | ع | عَيْنْ | Ain | y | 70 |
| 17 | ف | فَ | Phe | Ph | 80 |
| 18 | ص | صَادْ | Sad | S | 90 |
| 19 | ق | قَافْ | Qaph | Q | 100 |
| 20 | ر | رَ | Re | R | 200 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 21 | ش | شين | Scin | Sc | 300 |
| 22 | ت | تَ | Te | T | 400 |
| 23 | ث | ثَ | The | Th | 500 |
| 24 | خ | خَا | Cha | Ch | 600 |
| 25 | ذ | ذَال | Dhal | Dh | 700 |
| 26 | ض | ضَاد | Dzhad | Dzh | 800 |
| 27 | ظ | ظَا | Thda | Thd | 900 |
| 28 | غ | غَين | Gain | G | 1000 |
| | لا | لَامْ اَلِف | Lam Eliph | | |

Ex his liquet ordinem hunc, litterarum valori, ſiue numero, quem valent, congruere, non tamen figuris; iuxta quem ordinem litteræ omnes, vt facilius memoriæ dentur, octo dictionibus exprimuntur videlicet: أَبْجَدْ هَوَزْ حُطِّي كَلَمَنْ سَعْفَصْ قَرَشَتْ ثَخَذْ ظَضَغْ

Tertius vero litterarum ordo ſic procedit ا ب ت ث
ح ج خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض ع غ ف ق س ش ه و لا ي

vbi conſpicere licet apud Aphricanos س Sin, & ش Scin tranſponi poſt ق Qaph, atque litterę Sin ſubijci tria puncta; item litteram Phe vnico inferiori puncto notari, Qaph vero vnico pariter ſuperiori, atque alias pariter litteras è primo ordine immutatas exiſtere.

CA-

# CAPVT SECVNDVM.

## De Sono Arabicarum litterarum.

SONVS, ac vera litterarum prolatio, viua Prę-ceptoris voce omnino indiget. Verumtamen exemplis, ac regulis id quoad fieri potuit expli-cuimus.

ا Eliph, vt pręcedenti cap. diximus, ſic ſonat, vt Latinorum vocalis quælibet, cum vocalis of-ficio fungitur, ſuperaddito tamen aliquanto amplius vigoris, ac roboris, formaturq. in profunda gutturis parte, Vnde cum ha-buerit motionem, ſeu vocalem Latinorum vocali A reſponden-tem, dicetur A; cum vero vocalem habuerit ſimilem vocali e, ſonabit e, eodemq. pacto ſonabit I, o, & v, cum his vocalibus ſimiles motiones habuerit.

ب ſic prorſus ſonat, ac B Latinorum.

ت vt T Latinorum, cum poſt T, non ſequitur H.

ث Aliquanto lenius ſonat nempe vt T Latinorum, cum poſt ipſum ſequitur H, vel vt ϑ Græcorum, aut ת Hebræorum cũ caret puncto דגש Dagheſc.

ج Eundem ſonum ſemper edit, ac G Latinorum, ſubſe-quentibus vocalib. E, vel I, ita vt, cum ſuper ipſam ج poſitę fuerint vocales, ſeu motiones vocalibus Latinorum A, o, u, reſpondentes, non ſit dicendum Ga, Go, Gu, ſed per modum vnius tantum ſyllabæ proferendum eſt Gia, Gio, Giu.

ح Ex profunda parte gutturis paulo vehementius ſonat, quam H, vnde duplici H h valorem eius expreſsimus.

خ Adhuc vehementius ſonat, formaturq. paulo ſuperius in principio gutturis. Vnde ad eius valorem aliquanto amplius explicandum duabus litteris C, & H, vſi ſumus in præcedenti Capite. Verumtamen adęquatum eius valorem, ac ſonum, ח Hebręorum demonſtrat.

د vt Latinorum D.

ذ Aliquanto lenius, vt nempe ſonat D, cum poſt ipſum im-mediate ſequitur H.

ر vt Latinorum R.

ز vt Z.

س vt S.

ش vt ſ, &c, cum ſequuntur vocales i, & e; atque ſic ſonat cum quauis motione, vt de ج ſuperius diximus.

ص Hoc differt ab ſ, ſeu س, quod aliquanto fortius, vel (vt ſic dicamus) paululum ſibilantius ſonat.

ض ictu quodam extremitatis linguæ ſuperiores gengiuas percutientis exprimitur, ſonusq. editur ex d, & z mixtus, ſed valde confuſus, & temperatus, ita vt expreſsè, nec ſonus d, nec z audiatur. Vnde addita eſt h tertio loco, qua ſibilans ſonus litteræ z, quodam modo lenitur.

ط vt ت profertur, maiori tamen eleuatione palati.

ظ Hoc differt à ſono litterę ض quod minori quidem ictu, ſed maiori veluti ſtridore profertur.

ع In profunda parte gutturis formatur, vt ا Eliph, ſed magna faucium dilatatione, atque innixa extremitate linguę interius ſubtus inferiores dentes profertur, nec Latinis litteris valor eius explicari valet, niſi cum ע Hebręorum.

غ vt ſonat g, cum ſequuntur vocales a, o, u, ita vt quem ſonum edit g, cum vocalib. ę, & i, hunc edat vniuerſaliter ج, vt ſuo loco diximus, quem vero edit g, cum a, o, & u, hunc غ vniuerſaliter cum omnib. motionibus formet.

ف vt Ph, vel f.

ق Paulo aſperius ſonat, quam c, ſequentibus uocalibus a, o, u, formatur. n. in profundiori parte gutturis admota aliquantulum lingua ſuper molares dentes inferiores.

ك liquidius aliquantulum ſonat, quam pręcedens, prorſus ſanè, ut c, cum non ſequuntur uocales e, & i, uel, ut alij uolunt proferendum eſt, ut c, h, i, modo i, pariter conſonans ſit, vt cum apud Italos dicitur Chiaro, Chiodo, Chiede, &c. hæc tamen prolatio Turcis propria eſt.

ل vt l.

م vt m.

ن vt n. Sed quas ſonorum differentias n, Latinum dum ei ſubſequitur conſonans per ſui conuerſionem in alias litteras pręſtat, eaſdem quoque apud Arabes ipſummet ن, inuariatum ſemper, adiectis tantum quibuſdam indicijs edit.

Vnde

Vnde ante ب ſonum litterę م aſſumit, adiecto proinde ſuper ipſum paruulo م rubro, vt تنبيه tambihon *excitatio*, pro tanbihon, من بطن mimbatnin *de ventre*, pro minbatnin, quēadmodū apud Latinos dicitur imbellis, pro inbellis, imbibo, pro inbibo.

Similiter ante litteras ى و م ل ر ſonum earundem ſubſequentium edit, appoſito proinde deſuper ع rubro, & ſigno reduplicationis teſcdid ſuper ſequentē, de quo infra, vt من رجل mirragiolin *de homine*, من مرض mimmaradzhin *de infirmitate* من لطفك millotphika, *ex beneuolentia tua*, quemadmodum apud Latinos dicitur irrationale; illicitum, immortale, pro inrationale, inlicitum, inmortale. Immo ante م ſępe etiam ن in م conuertitur, vt مما mimma, *ex eo quod*, pro من ما

Tandem exceptis ſex, nempe ا ح خ ع غ ه ante quas propriū ſonum omninò retinet, ſuperſcripto proinde ن rubro, vt من اكل man akala, *qui comedit*, انعمت an-amto, *mihi cōplacui*, ينخس ianchoſo, *pungit*, من حسن min hhoſnin, *de bonitate*, انعقد en-aqada, *congelatus eſt*, من غير min gairin, *ab alio*, انهار anharon, *flumina*.

Ante reliquas ſonat vt ng, ſeu vt گ Perſicum, ſuperpoſito خ rubro, ſed hoc proprijſſimè quidem fit ante ق, & ك, vt منقذ monqedon, *redemptor*, انكسر enkaſara, *fractus eſt*, quę perinde proferuntur, ac ſi diceretur mongqedon, & engkaſara. Sed notandum hüiuſmodi ſigna rubra ſępe negligi, ſolumque in accuratiſſimis quibuſdam manuſcriptis reperiri.

ه vt h.

و Non propriè ſonat, vt u conſonans, non enim ſuperiores dentes inferius labium habent contingere in eius prolatione, ſed ſonat potius, vt g, ſequente u conſono, modo non fortiter,

& aſpere proferantur ſub interiori parte palati, ſed magis verſus dentes, vt cum apud Latinos, & Hiſpanos dicitur, guarda, guida, &c.

س vt ſ conſonas profertur, veluti ſa, ſe, ſo, &c.

Ex quibus omnibus liquet Arabum litteras multitudine quidem, ac varietate ſonorum Latinas excedere, duabus tamen ab ijs deficere, nimirum p, ac c, prout c, cum e, & i, vocalibus ſonat. Has tamen peculiariter proferunt Perſę, ac Turcę, qui ſub littera ب Be alia duo ſupponunt puncta hoc pacto پ atque litterę p, ſonum efformant. Item alia duo puncta ſupponunt litterę ج hoc modo چ ac ſonum edunt litterę c prout cum e, & i ك vocalibus ſonat. Quinimmo & litterę ك quę etiam ſic گ formatur, ( vt in ſequēti cap. dicemus) tria adhuc ſuperponunt puncta ſic ڭ, atque ſonat, vt Gn, veluti Gna, Gne, &c. Vel vt alij malunt, vt ngh, veluti cum dicitur apud Italos Inghilterra.

Item Perſę, litterę ز duo etiam puncta adiungunt ſic ژ, & ſonum quemdam edit mixtum ex ſonis litterarum چ ج atque ز, quamuis hac littera non vtantur Turcę. Verumtamen è contra tam Perſę quàm Turcę aliquibus Arabum numquam vtuntur litteris, quę ſunt ق غ ع ظ ط ض ص ذ خ ث item littera ح quamuis apud Perſas in vſu ſit, numquam tamen ea vtuntur Turcę; quod ſi hæ ſępe in vtrorumque reperiantur ſcripturis, hoc aduenit, quoniam nonnullas Arabum Perſę quoque, ac Turcę retinent voces.

## CAPVT TERTIVM.

### De Nexu Arabicarum litterarum.

ARABVM litterę cęterorum Orientalium more à dextera progrediuntur ad ſiniſtram, atque nectuntur inuicem dum ſcribuntur cum precedentibus quidem omnes, cum ſequentibus vero ſex tantum ا د ذ ر ز و non coniunguntur. Hac de cauſa in nouas, variasq. ſępè mutantur formas, aliter enim formatur quælibet dum ſubſequenti tantum

tum ex vna parte nectitur, vt in principio dictionis ſemper accidit, ac dum in fine præcedenti ſolum, vel in medio, præcedenti ſimul, ac ſubſequenti vtraque parte iungitur. Immo in eiſdem locis eadem littera, non eandem ſemper figuram retinet; ſiquidem penes diuerſas, quibus nectitur litteras, diuerſas pariter ibidem induit formas. Ex quibus accidit, vt Arabum litteræ, quamuis valore ſint viginti octo, non amplius, innumeris tamen repræſententur figuris, ac formis. Quod tamen nullatenus eſt captu difficile, perceptis enim optimè præcedentibus formis, quibus ſolæ formantur litteræ, facillimo negotio reliquæ omnes ſequentibus regulis diſcernentur. Primo igitur ſingillatim cuiuſq. formas, ac differentias omnes explicabimus, Deinde varietates eaſdem ſimul proſpiciendas, ac inuicem comparandas ordine alphabetico diſponemus. In primis ergo.

ا cum alicui præcedenri nectitur, ſic formatur ـا, vt بـا: quod ſi pręcedens ſit ل interdũ formatur ſic ﻼ, veluti ﻼ; interdum ſic ﻻ, vt ﻻ.

ب Dum nectitur alicui ſuſequenti ſolum, vt plurimum formatur ſic ﺑ dempta ſcilicet cauda, ſiue reliquo ſui corporis, ſuperſtite ſolum capite, ſiue principio eius cum proprio puncto, vt ſi exempli gratia ſcribendæ ſimul ſint ب & ا, formabuntur ſic با. Item ſic ﺑ ſi ſequantur litteræ ج, خ, ح aut م, veluti بج بخ بح بم. Interdum etiam ſic ﺑ, cum nempe ſequitur ر, vel ز, veluti بر بز: Immo etiam quandoq. ſolum eſt pululum lineæ rectæ ſic ـ, cum nimirum ſequuntur interdum eædem litteræ ر, & ز, vel etiam ى, quæ, vt ſuo loco dicemus: quandoque formatur ſic ﺑ, veluti بى بى. Cum vero ب non nectitur ſequenti, ſed tantum præcedenti litteræ, vt in fine dictionis accidit, formatur ſic ـب, vt ſi altera ب præcedat بب. Cum autem ب præcedenti, & ſubſequenti litteræ nectitur, vt in medio dictionis aduenit, vt plurimum formatur ſic ـبـ vt inter ب, & ا, vel ب, & ب, ببا ببب: quandoq. vero ſic ـبـ, vt cum ſequuntur ر, uel م, uel ى, ueluti ببر ببم ببى: quandoque etiam ſic ـبـ, ut cum pręcedunt multę, ac ſubſequitur ج, ueluti يببج; quę omnia facillimo negotio diſcernentur, ſi ſemper

inſpi-

inſpiciatur punctum ſuppoſitum: hoc enim ſemper indicium certiſſimum erit litteræ ب.

ت, & ث eadem prorſus ratione ac ب mutantur, ſoliſque diſtinguuntur punctis, ut تا تج تم تر تز تن تي بتا بت بتر بتم بتى

. نصبتج بتربتم بتى بتا بث تن ثر تز ترثم ثج ثا بصبتج

ج dum alicui ſequenti ſolum nectitur, caudam, ſiue uentrẽ amittit, remanetq. cum ſuo puncto ſic جـ, ut ſi ſequatur ا, fiet ſic جا. Cum uero nectitur ſolum præcedenti, ligatur ſic ـج, ut iam exemplis præcedentibus patuit. Cum uero præce ج dẽti, & ſubſequenti coniungitur, formatur ſic ـجـ, ut inter ب, & ا بجا, uel cum alijs تجب تجم بجص.

ح & خ eodem prorſus pacto ac ج formantur: ſolis enim punctis diſtinguuntur ab inuicem.

د & ذ ſolum cum præcedentibus poſſunt necti, vt diximus, ac formantur ſic ـد ـذ, vt بذ جد.

ر & ز pariter cum ſolis præcedentibus nectuntur, atque hoc pacto formantur ـر ـز, vt حز جر, quandoq. etiam ſic ـر ـز vt حز جر, atque interdum ſic ـر ـز, vt cum præcedit ب, vel alia ſimilis media, vt جبز جبر, vel cum præcedunt س ش ص ض, vt ſuis locis dicemus.

س & ش dum nectuntur præcedentibus tantum, formantur ſic ـس ـش, vt بش جس. Cum autem nectuntur ſolum ſequentibus, amittunt caudam, ſolis dentibus reliquis ſic ـسـ ـشـ, veluti شب سا, quod ſi ſequantur ج ح خ ز ر م ى, & ن, vltimus dens eleuatur, atque ad contin ج ح خ gendam ſequentem inuertitur ſic سج سر سم شى سن. Quod ſi præcedentibus, & ſubſequentibus nectantur, formantur ſic ـسـ ـشـ ſeruatis tamen ſuperioribus differentijs, vt جسب بشى بشج, & ſimilibus.

ص & ض cum ſubſequenti nectuntur, ſic formantur صـ ضـ, vt صا ضج, quod ſi ſequantur ر, vel ز, vel م, vel ى, eleuatur earum dens, atque ad ſequentem contingendam inflectitur ſic vt صر صم ضى. Cum vero præcedenti nectuntur, formantur ita ـص ـض vt بض جص. Cum tandem præcedentibus, ac ſubſequentibus nectuntur, ſeruantur ea, quæ de earumdem nexibus

cum

cùm præcedentibus, & ſubſequentibus ſeorſim dicta ſunt; vt جمى شضب, & quod de earum nexu cum ر, & alijs dictum eſt etiam cum ج ح خ & خ ſeruatur cum plures præcedunt, vt شمضج

ط & ظ cum ſequentibus nectuntur, ſic ظر طس; cum vero præcedentibus etiam iunguntur, ſic efformantur ط ظ, ut جظب سطا.

ع & غ cum ſequentibus nectuntur, ſic ueniunt عـ غـ, vt عمص غخ. Cum autem nectuntur ſolum præcedentibus, formantur hoc pacto ـع ـغ, vt جمع صغ. Cum tandem præcedentibus, ac ſubſequentibus ſimul iunguntur, formantur ſic ـعـ ـغـ ut صغر حمعطا.

ف & ق cum præcedentibus ſolum nectuntur, ſic formantur ـف ـق, vt جق ضف, cum ſequentibus vero, ſic فـ قـ, vt قس فط cum præcedentibus autem, & ſubſequentibus, ſic ـفـ ـقـ, vt صفع جقص

ك adhuc ſola formatur etiam ſic ك: cum vero ſequenti ſolum nectitur, formatur his modis كـ ک, ut كك صكم. Cum autem ſolum iungitur præcedenti, formatur ſic ـك, ut جك. Cum tandem nectitur præcedenti, & ſubſequenti, formatur quandoq. ſic ـكـ, & frequentius ſic ـکـ, ueluti بكر فكا صكم.

ل cum præcedenti ſolum nexa ſic formatur ـل, ut شل, cum ſequenti uero ſic لـ, ut لص, uel ſic ا ſi ſequatur م non ultima, ut in littera م dicemus: cùm præcedenti uero, ac ſubſequenti ſic ـلـ, ut صلس; uel ſic ـلـ ſi ſequatur ح, ut صلح.

م dum præcedenti ſolum nectitur formatur ſic ـم uel ſic ـم, ut بم م. Cum ſequenti uero ſic مـ, ut مط. Cum antecedenti autem, & ſubſequenti ſimul multifariam nectitur: præcedente enim ب ſola, uel ei ſimili formatur ſic ـمـ; præcedente uero ل, uel س, uel ص, uel ن, modo non ſit prima dictionis littera formatur ſic ـمـ; regulariter uero inter reliquas formatur ſic ـمـ, ut جمع صمط ضمط صمس بمر لمص بمى.

ن cum præcedenti ſolum nectitur, formatur ſic ـن, uel ſic ـن, ut من من. Cum uero ſubſequenti, uel præcedenti, & ſubſequenti ſimul nectitur, eodem prorſus modo formatur ac ſi eſſet ب, ſoloue ſuperno puncto diſtinguitur ſic صنم بنع نج.

ه cum ſola ſcribitur in quauis dictione nõ ſic ه , ut in Alphabeto,ſed ſic ة,vel ſic ه formatur. Cũ uero iungitur litterę ſequenti,formatur ſic ﻫ , ut هم . Cum uero ſequenti,& præcedenti nectitur,formatur ſic ﻬ regulariter,ut جهل , uel ſic ﻬ , ut طهر ; præcedente autem ل ſola, uel ب , aut huic ſimilis , nectitur etiam ſic لهو بهم : & cum fuerit penultima , ac ſequatur ر quandoque formatur ſic ﻬ , ut نهر . Cum uero ſolum præcedenti iungitur,formatur ſic ﻪ , ut جه ; uel etiam ſic ﻪ , ut مه . Atque notandum , quod quandoque dum hæc littera eſt ultima dictionis , habere ſolet duo puncta deſuper ſic نسوة صنة , & tunc proferenda eſt ut ت , eſtq. indicium generis fœminini eius nominis, in quo fuerit.

و dum præcedenti nectitur formatur ſic ﻮ , ut سو .

لا ſola formatur etiam ſic لا , & dum præcedenti litteræ nectitur,ſic ﻼ , ut صلا .

ى dum præcedenti,uel ſubſequenti ſimul ac præcedenti nectitur,formatur prorſus ut ب , ac duobus diſtinguitur punctis infrapoſitis, ut بيس يخ صيق سيم . At uero dum ſolum præcedenti nectitur,formatur regulariter ſic ى , uel extenſa magis ſic ى , ut طى جى ; & quidem ſine punctis ut plurimum, nam ratione ſolius corporis optime diſcernitur. Quandoque autem inflectitur retrorſum ſic ــې , ut [illegible] [illegible] [illegible].

Quas omnes formas ( ut facilius diſcernantur ) quattuor columnulis ſimul depinximus, in quarum Prima ſimplices litterarum formas, quibus ſolæ formantur,repoſuimus. In Secunda uero formas earum locauimus, quibus formantur in principio,hoc eſt,cum ipſæ litteræ ſolum ſequentibus nectuntur, non autem præcedentibus. In Tertia autem deſcripſimus earumdem formas,quibus formantur in medio, ſiue cum pręcedentibus ſimul iunguntur, ac ſubſequentibus. In Quarta tandem collocauimus eas formas, quibus formantur in fine, ſiue cum præcedentibus tantum, non autem ſubſequentibus connectuntur.

Solæ

| *Nexa præced.* | *Nexa vtrinq.* | *Nexa ſequen.* | *Solæ* |
|---|---|---|---|
| ـا | | | ا |
| ـب | ـبـ | بـ | ب |
| ـت | ـتـ | تـ | ت |
| ـث | ـثـ | ثـ | ث |
| ـج | ـجـ | جـ | ج |
| ـح | ـحـ | حـ | ح |
| ـخ | ـخـ | خـ | خ |
| ـد | | | د |
| ـذ | | | ذ |
| ـر ـر ـر | | | ر |
| ـز ـز ـز | | | ز |
| ـس | ـسـ | سـ | س |
| ـش | ـشـ | شـ | ش |
| ـص | ـصـ | صـ | ص |
| ـض | ـضـ | ضـ | ض |
| ـط | ـطـ | طـ | ط |
| ـظ | ـظـ | ظـ | ظ |
| ـع | ـعـ | عـ | ع |
| ـغ | ـغـ | غـ | غ |
| | | C | ف |

| | | | |
|---|---|---|---|
| ـف | ـفـ | فـ | ف |
| ـق | ـقـ | قـ | ق |
| ـك | ـكـ ـڪـ | كـ ڪـ | ك ڪ |
| ـل | ـلـ ـلـ | لـ لـ | ل |
| ـم ـم | ـمـ ـمـ | مـ | م |
| ـن ـں | ـنـ ـنـ ـنـ ـنـ | نـ نـ | ن |
| ـه ـه | ـهـ ـهـ ـهـ ـهـ | هـ | ه ة ة |
| ـو | | | و |
| ـلا | | | لا لا |
| ـي ـى ـى | ـيـ ـيـ ـيـ | يـ يـ | ي |

Notandum prꝺterea litteram vnam quandoque alteri necti aliqua mediante linea nimis producta, vt جانى رجـــــــل hoc tamen myſterij nihil continet, ſed tantum fit ad integrandos verſus, ſeu ſcripturæ lineas: vtplurimum enim Arabes dictiones non diuidunt; vt.ſ. cum importunitas loci coegerit, earum partem quidem in vno, partem vero in altero collocent verſu, prout Latinis, Gręcis, Aegyptijs, Armenis, Aetiopibus, ac Indorum quamplurimis vſui eſt; ſed vbi hoc acciderit, ad perficiendam lineam, pręcedentis dictionis litterę alicuius, quę id patiatur, nexum potius producere malunt, eo pacto, quo diximus.

Hoc idem etiam Arabes faciunt nulla coacti neceſſitate in dictionibus alijs ob ſcripturæ venuſtatem, atque ob Dei reuerentiam, in hac dictione, quam ſic ſemper ſcripturis ferè omnibus præmittunt بســــــــم الله الرحمن الرحيم, ideſt, *In nomine Dei miſericordis miſeratoris.*

CA-

# CAPVT QVARTVM.

## De Motionibus, ſiue Vocalibus Arabicarum litterarum.

QVÆ hactenus commemoratę ſunt Arabum litteræ, vt initio diximus, conſonantes ſunt omnes; atque omnino ex ſe ita indifferentes ſunt ad eliciendos determinatis, ac peculiaribus vocibus ſonos proprios, vt in ſe præciſè inſpectæ, immobiles quodammodo videantur; adeo vt è clauſtris oris ſine ope vocalium educi minime queant: licet enim ب Be, exẽpli gratia, proprium, ac determinatũ ſonũ habeat ſono B, ſimilẽ, nunquam tamẽ hic elici poteſt, niſi aliqua comitãte voce, per modũ a, vel e, aut vocalis alius ſubſequẽtis, vel præcedentis ſaltẽ, vt vel fiat ſyllaba directa, dicaturq. Ba, be, bi, bo, bu; vel inuerſa, ac dicatur Ab, eb, ib, ob, ub. Proinde حَرَكَاتٌ Hharakaton, ideſt *Motus*, ſiue *Motiones* appellant Arabes ea ſigna, quibus determinantur eorum litterę ad ſyllabas, ſeu vocales ſonos efformandos, quę apud Latinos litterę ſunt. atque vocales vocantur. Hę autem apud Arabes motiones ſupra, vel infra litteras collocantur. Atque figura quidem non ſunt, niſi duæ, nomine autem tres, poteſtate vero, ſeu valore, ſex.

Figuræ quidem hę ſunt ـُ ـَ Prima eſt parua linea, quę à parte ſuperiori dextera incipiens, & ſpatium inſtar circuli parui concludens, curuato deinde ductu inferius obliquè verſus latus ſiniſtrum deſcendens terminatur. atque ſuper litteras perpetuo ſiſtitur hoc pacto بُ. Secunda eſt recta linea à ſuperiori dextero in inferius ſiniſtrum latus deſcendens, quę interdum ſupra, interdum vero ſubtus litteras collocatur ſic بَ بِ. Nomina uero ſunt hęc. Prima ـُ dicitur ضَمٌّ Dzhammon, ideſt *collectio*, ſiue vnio quod colligantur labia, cum profertur. Secunda cum ſuper litteras ponitur, ve-

luti ـُ dicitur فَتْحٌ Phathhon,ideſt *aperitio*,quod aperiantur ad eius prolationem labia,atque ab Africanis ـ non oblique pendens,ſed iacens ſuper litteras collocatur ſic بَ . Cum vero ponitur ſubtus litteras ſic بِ dicitur كَسْرٌ Kaſron , ideſt *fractio*, quod os,ſiue labia fran ـِ gi quodammodo videantur, cum profertur.Eadem vero nomina,latina nos terminatione Dzhāmum,Phathhum,&Kaſrum dicemus;quod cōmoditatis gratia, & in cęteris deinceps Arabum terminis præſtabimus.

Porro valor cuiuslibet duplex eſt, atque Dzhammū primario valet o, Latinorum, declinans tamen ad ſonum vocalis u, ita vt vocem quandam edat mediam inter o, & u, & ſic regulariter valet, niſi fuerit ſuper litteram, poſtquam immediatè ſequitur littera و vau carens motionibus: tunc enim valebit prorſus vt u Latinorum, vt صُدُورٌ Soduro قُبُورٌ Qoburo. Inſuper Phathhum primario quidem, ac regulariter valet a, Latinorum, declinans tamen ad vocem, ſiue ſonum vocalis e, ita vt ſonum, vel vocem pariter edat mediam inter a,& e. Secundario autem dum fuerit ſuper litteram dictionis vltimam, vel grauatam ſigno ـّ Teſcdid, de quo infra dicetur, vel poſtquam immediatè ſequitur ا Eliph,motionibus carens, valebit a,clarū, vt كَلَامٌ Kelama, فَرَحٌ Pherraha. Kaſrum tandem primario valet e, Latinorum, declinans tamen ad i, vt eadem ratione media ſit eius vox inter e,& i. At ſecundo dum fuerit ſubter vltimā dictionis litterā,vel poſt quā ـِ immediate ſequitur ى,ſemper ſonabit i clarum,vt لَازِمٌ Lazemi فَقِيرٌ Pheqiri. Atque huiuſmodi regulariter eſt ha ـً rū motionum vox. Verumtamen obtinuit vſus, vt in aliquibus dictionibus hæ regulæ non ſeruentur: licet enim cum motiones iſtæ tres præfatas litteras motionibus deſtitutas pręcedunt,ea, qua diximus ratione, perpetuo proferantur, alias tamen aliqualiter variantur, atque præſertim Phathhum magis ad a, quandoque; interdum vero magis ad e, declinat, iuxta diuerſarum nationum vſum. Hæc tamen omnia experimento potius,quam lege aliqua dignoſcenda ſunt. Quæ vero tradidimus,vt facilius teneantur, in ſeq. ſchem.ſimul deſcripſimus.

Figu-

| *Figura* | *Nomina* | *Valor* |
| --- | --- | --- |
| بُ | ضَمّ Dzhammon | o,declinans ad u, & u,clarum. |
| بَ | فَتْحٌ Phathhon | a,declinans ad e,& a, clarum. |
| بِ | كَسْرٌ Kaſron | e, declinans ad i, & i, clarum. |

In quibus motionibus explicanda ſunt duo,nimirum Quantitas,& تنوين Tanuinon. Quantitate quidem motiones quandoq.ſunt longæ,quandoque breues. Longæ dupliciter eſſe poſſunt, eſſentialiter, & accidentaliter. ضَمّ dzhāmon eſſentialiter eſt longa, cum poſt ipſam immediate ſequitur و vau,omni carens motione: tunc enim و vau, nullatenus profertur, ſed tantum præcedentis motionis productioni deſeruit; immo quodammodo tunc non cenſetur littera, ſed vocalis naturam induens, cum præcedenti ضَمّ Dzhammo vocalem vnam longam conſtituit,vt نُورٌ nuro. Eodem prorſus modo eſſentialiter ſunt longæ motiones فَتْحٌ cum ſequitur ا Eliph, & كَسْرٌ cum ſequitur ى Ie,motionibus carens,vt نَارٌ naro, نِيرٌ niro: ſic enim tam ا Eliph,quam ى Ie, in naturam abeunt vocalium;quemadmodum tribus etiam Hebræorum vocalibus aduenit,quæ punctis,atque litteris ſimul conſtant, vt שׁוּרֶק ו Sciurec, חִירִיק גָדוֹל ִי Chiric gadol, & חוֹלֶם ו Cholem.

Sunt autem hæ motiones accidentaliter longæ, cum poſt ipſas ſequitur littera quæcumque omnibus quidem motionibus deſtituta,non tamen omnino quieſcens, ſed prolata, atque contracta ad præcedentem ſyllabam,vt قُلْنَ colna, صَرْفٌ Sarpho صِرْنَ Serna, قَوْلٌ qaulo, كَوْنٌ keuno, فِيْلٌ Phoila, لَيْسَ laiſa.

Similiter longæ ſunt accidentaliter hæ motiones, quotieſcumq. poſt ipſas quæ ſequitur littera,cum ſemel poſita ſit, tamen dupli-

plicata eſt, quod ſignificatur per hoc ſignum ّ ſuprapoſitum, quēadmodū ſeq.cap.dicemus, vt بُرّ borro, قَرّ qarra, فَرّ pherra, tunc enim perinde eſt, ac ſi explicitè duæ litteræ eſſent, ac prima vocali careret, & ad præcedentem ſyllabam contraheretur, ac ſi diceretur بُرْرُ bor-ro قَرْرَ qar-ra, فَرْرَ pher-ra.

At vero breues erunt motiones huiuſmodi, quotieſcumque nullum ex his aderit productionis ſignum.

Porro تَنْوِين tanuin aliud non eſt, quam (vt ſic dicamus) nunnatio, ſiue adiūctio ſoni litteræ ن nun, poſt ipſas motiones, quod fit in fine dictionum duplicatis ad hoc figuris ipſarum hoc pacto ٍ ٌ ً, atque tunc ſic proferendæ ſunt, ac ſi poſt ſe litteram ن nun, haberent, vt كَلِمَةٌ kalematon, كَلِمَةً kalematan, كَلِمَةٍ kalematin. Quæ vox تَنْوِين tanuin ab eodem nomine litteræ ن deriuata eſt: formant.n. ex eo grāmatici verbum نَوَّنَ nauuana, ex quo formatur nomen verbale تَنْوِين tanuin. Atque ſi quæ geminatur motio fuerit ضَمّ dzhāmō, dicetur تَنْوِينُ ٱلضَّمّ tanuinodzhdzhammi; ſi vero motio geminata fuerit phathhō فَتْح, dicetur تَنْوِينُ ٱلْفَتْح tanuino-lphathhi, & hoc ſemper habebit poſt ſe litteram ا eliph, vel ى ie, motionibus carentes, vt بِرًّا berran, هُدًى Hodan, niſi fuerit ſuper litteram ة, vel ſuper ſignum ء Hamzat, de quo infra dicetur. Si tandem quæ geminatur motio fuerit كَسْر kaſron, dicetur تَنْوِينُ ٱلْكَسْر tanuino-lkaſri. Atque omnia in ſequenti ſchemate conſpiciuntur aperte.

Figu-

| *Figura* | *Nomina* . | *Valor.* |
| --- | --- | --- |
| ٌ بٌ | تَنْوِينُ ٱلضَّمِّ Tanuino-dzhdzhammi | on |
| ً بًا | تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ tanuino-lphathhi | an |
| ٍ بٍ | تَنْوِينُ ٱلْكَسْرِ Tanuino-lkaſri | in |

# CAPVT QVINTVM.

## De cæteris Arabicarum litterarum ſignis.

PRAETER iam dicta motionum ſigna, pleraque alia connectuntur litteris, ad diuerſa munera, quorum potiſſima ſunt ٱلسُّكُونُ eſſocuno, ٱلتَّشْدِيدُ ettefcdido, ٱلْهَمْزَةُ elhamzato, ٱلْمَدُّ elmaddo, ٱلْوَصْلُ eluaſlo, ideſt *quies, fortificatio, punctio, extenſio, & coniunctio*.

### De ſigno ٱلسُّكُونُ eſſocuno.

SIgnum hoc ſuper litteras tripliciter efformatur, vel ad inſtar parui circuli ſic ˚, vel ad formam lunulæ reſpicientis ſurſum, ita ˘, vel reſpicientis deorſum, hoc pacto ˆ.

Munus ipſius eſt indicare litteram, cui ſuperponitur omni motione deſtitui, ac proinde quieſcere, hoc eſt peculiarem ſyllabam non conſtituere, ſed ad præcedentem ſpectare, atque illius ope tantum proferri, vt قُلْتُ colto, *dixi*, لَسْتُ leſto, *non*

*fui*,

*fui,* صرت ſerto, *ambulaui,* vbi conſpicitur medias litteras peculiari´bus vocibus non proferri, ſed cuiuſque ſonum ad præcedentem motionem contrahi, atque cum illa in vnam longam ſyllabam coaleſcere. Igitur quamuis litteram, vel motionem habere oportet, vel huiuſmodi quietis ſignum, niſi fuerit aliqua ex tribus ا و. & ى, quę præcedentis motionis productioni deſeruiat, vt cap. præced. diximus: tunc enim, quod nullatenus proferatur, atque (vt ibidem diximus) potius motionis quam litteræ naturam ſapiat, huiuſmodi quietis ſigno vtplurimum non afficitur, vt in exemplaribus Alcorani quampluribus eſt conſpicere; quamuis multoties ſuper has quoque litteras ſignum hoc reperiatur. Vnde duplex quietis genus dici poteſt innuere, primam ſcilicet, & ſecundam: quieſcet enim littera quælibet quiete prima quotieſcumque profertur, etſi non moueatur, quo pacto quieſcunt س, & و, in dictionibus

لست leſto, *non fui,* & قول qaulon, *ſermo*, quieſcunt autem tres´ litteræ ا و, & ى quiete ſecunda, cum nec moueantur, nec proferuntur; ſed in naturam abeuntes vocalium, tantum productioni deſeruiunt, vt in his patet exemplis نار naron, *ignis,* نور nuron, *lux,* نير niron, *iugum.*

## De Signo اَلتَّشْدِيدُ etteſcdido.

Signum huiuſmodi fortificationis ferè nihil differt forma à tribus dentibus litteræ س: ſic enim formatur ـّ, collocatur autem perpetuò ſuper litteras, eiuſque munus non aliud eſt quam roborare ſonum litteræ, ac ſi duplex eſſet, vt قرّ qarra, quod enim Latini faciunt per geminationem eiuſdem litteræ, hoc idem ſignum huiuſmodi apud Arabes præſtat; nec quidem reperire eſt apud ipſos in dictione eadem, duas eiuſdem generis litteras, quarum prima quieſcat, vt قرر qar-ra, ſed cum in efformanda dictione hoc accidit, vna tantum ſcribitur, ac

pro

pro alia ſuper ipſum huiuſmodi ſignum duplicationis ponitur, ratione cuius littera roborari, geminari, atq; grauari dicitur: vnde hoc ſignum تَشْدِيدٌ teſcdidon, ideſt *fortificatio*, & تَثْقِيلٌ tathqilon .i. *grauatio* dr̃, cui opponitur التَّخْفِيفُ eltahhphipho, ideſt *alleuiatio*. ad quam ſignificandam nullum peculiare ſignum deſtinatum eſt præter meram abſentiam ſigni teſcdid, qua littera leuis dicitur, hoc eſt non fortificata ſono, atque grauata, cuius quidem fortificationis omnis littera capax eſt, præter ا eliph, ob nimiam ſui ſoni exiguitatem.

## De Signo الْهَمْزَةُ elhamzato.

Signi huius hæc eſt figura ء ferè nihil differens à capite litteræ ع Ain. Collocatur autem potiſſimum ſuper litteram ا eliph, vel ad latus eius, vel ſubtus ipſam, vt إِجْتَمَعَ أَلْقَى الْتَقَى atque tunc innuit illam proferendam eſſe, vel motam, ſi motionem habeat, vt يَقْرَأُ iaqrao, *legit*, سَأَلَ ſaala, *interrogauit*, إِجْتَمَعَ egtama-a, *congregatus eſt*; vel quieſcentem quiete prima, vt يَأْتِي ia-ti, *venit*. Itaque littera ا eliph abſolutè picta, littera productionis tantum cenſenda eſt, nec niſi beneficio ſigni huius vim ſumit, qua moueatur, vel quiete prima quieſcat. Et quemadmodum ſæpe ſuper ا eliph motam ſignum huiuſmodi, licet apponendum ſit, non apponitur, nam ex ſola motione ſubintelligitur, vt أَلْقَى pro أَلْقَى; ita multoties ſuperſtite ſigno hamzat, ipſamet ا eliph, vel compendij cauſa prætermittitur, vt يَسْأَلُ iaſalo, *interrogat* (quod neceſſario fit cum altera eliph ſimul immediatè concurrit, ſuperpoſito ſigno

 mad-

maddo, de quo infra dicetur, vt آلُ alon, *familia*, pro أَلُّ & سَمَآءٌ ſamaon *cælum*, pro سَمَاءٌ) vel in litteram و aut ى conuertitur, prout infra ſuo loco dicemus. Vnde ſignum huiuſmodi hamzat, ſpecies quædam litteræ eliph à multis dicitur, & cum eliph mota ſæpe confunditur.

## De Signo أَلْمَدّ elmaddo.

Signum huiuſmodi ſuper litteram ا eliph pariter collocatur, cum nempe duę ſimul concurrunt eliph, altera mota, altera quieſcens: tunc enim ſcribitur vna tantum, ſed in alterius indicium hoc ſignum ~ apponitur, quo quidē caueur debita productio, quocirca مَدّ ideſt *productio* dicitur: debet enim produci pręcedens phathhum ſi duarum eliph prima ſit quieſcens, vt سَمَآءٌ ſamaon, *cælum*, quaſi ſcriptum eſſet سَمَاءٌ; vel ſi ſit quieſcens ſecunda, producendum eſt phathhum ipſius primę, licet hoc expreſſe non apponatur, ſicut & ſignum hamzat; nam eodem hoc ſigno maddo ſupplentur, vt آلُ alon, *familia*, quaſi diceretur أَأْلُ. Itaque ſignum hoc, vt ſignum teſcdid, litterę duplicationem ſemper importat; licet peculiare ſit litterę eliph, atque ad inſtar illius cum prima eſt quieſcens, eam ad pręcedentem motionem contrahit, non quidem ſono, ſed productione, & duratione.

## De Signo أَلْوَصْل eluaslo.

Hoc etiam ſignum ſuper litteram eliph tantum collocatur, cum ſcilicet eliph prima littera dictionis fuerit, atque ipſam aliqua prępoſitio anteceſſerit, vel motio quęlibet ſaltem vltima dictionis pręcedentis; ita ut non ex ipſa exordiatur oratio.

tio. Forma quidem ſimile eſt regio accentui Hebręorum, quē dicunt זַרְקָא zarca, vt ؕ ا . Significat autē eliph ſuppoſitam alioqui hamzatam, atque mouendam, breuitatis gratia, non moueri, neque proferri; ſed mox ſequentem litteram, quę ſemper quiete prima quieſcet, ad pręcedentem ſyllabam, ſiue motionem contrahi, vt بَابُ ٱلْبَيْتِ babo-lbaiti, *porta domus*, pro بَابُ أَلْبَيْتِ babo elbaiti, & بِٱلْقَلَمِ belcalami, *cum calamo*, pro بِأَلْقَلَمِ beelcalami; quemadmodū apud Italos in articulo, *il*, vt *il pane*, cū prępofitur prępoſitio, *de*, pro genitiuo, uel alia ſimilis, non dicitur *de il pane*, ſed abiecta littera i, quę litterę eliph hamzatę articuli Arabum reſpondet, abſolutè dicitur *del pane*: vnde huiuſmodi eliph initialis, ſiue fuerit in articulo, ſiue in alia dictione, vt mox dicemus هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ hamzato-luaſli dicitur, i. *hamzat vnionis*, quę ſci licet, cum aliqua motio pręcedit, non mouetur, ſed ſequentem litteram ad pręcedentē motionem vnit. Porro non quęlibet eliph initialis huiuſmodi eſt: tantum enim eſt triplex, nimirum verbalis, quę .ſ. reperitur in principio quorumdam verborum, vt ſequenti libro dicemus: nominalis, quę .ſ. reperitur in principio quorumdam nominū, quę eodem libro cap. 5. referentur; & articularis, quę .ſ. reperitur in pręfato articulo أَلْ. In quo notādum, quod ſi poſt ل articulare, ſequatur littera ſigno teſcdid grauata, quod tantum accidit litteris ſolaribus, quas cap. ſeq. explicabimus; tunc non littera ل, ſed quę ſequitur, virtute teſdid ſub altera latitans, ad pręcedentem ſyllabam contrahitur, & vnitur, ipſa ل nullatenus prolata, vt بِٱلرَّجُلِ ber-ragioli, *cum viro*, مِنَ ٱلسَّمَآءِ minaſſamai, *è cælo*, non autem belragioli, vel menalſamai; quemadmodum etiam cum ipſa eliph articularis mouetur, cū .ſ. nihil præcedit, non dicitur أَلرَّجُلُ elragiolo, أَلسَّمَآءُ elſa-

mao, ſed erragiolo, eſſamao. Itaque ſtatus litteræ eliph quadruplex eſſe poteſt, nimirũ Motus, Quietis primę, Productionis, ſiue quietis ſecundæ, & Vnionis, vt أَسَالَ aſ-alo, *peto*, يَاتِي ia-ti *venit*, نَارٌ naron, *ignis*, بِالْقَلَمِ belqalami, *cum calamo*.

## De cæteris ſignis minus principalibus.

PRæter ea, quę commemorauimus Arabicarum litterarum ſigna, alia ſimul minus principalia eaſdem litteras comitantur, vel pro certiori expreſſione ipſarum, vel pro diſtinctione membrorum, ac ſenſus orationis.

In primis ergo ſuper litteras د ر س quę ſola punctorum carentia diſtinguuntur à litteris ذ ز ش vbi amphibologiæ periculum eſt, ſignum hoc v ſupernè apponunt, quo intelligatur non ex obliuione, ſed data opera deeſſe puncta, ac proculdubio eas eſſe litteras د ر س, non autem ذ ز ش.

Similiter pro diſtinctione litterarum ع ط ص ح ab alijs غ ظ ض خ ج ipſarummet figuras paruulas, ac diminutas primis ſuponunt, quę proinde ſuppoſitæ certiſſimè indicant ſuperiores ſimiles iure punctis carere.

Sic etiam litteræ ة finali ſupernè pingitur eius figura paruula, vt diſtinguatur à ſimili, quæ duobus ſuperpoſitis punctis valet ت, ac genus femininum notat.

Sed ſciendum hæc omnia ſigna, motiones, ac litterarum figuras hactenus explicatas, apud varias nationes, atque ad diuerſa munera, & vſus, ſæpe alterari; quemadmodum enim apud nos non modo ſcripturarum, ſed & typorum varia extant genera, quæ peculiaria ſibi nomina vendicant; ſic & Arabicæ ſcripturæ quodam genus dicitur نَسْخِي nisſhiion, quale nos modo tamquam potiſſimum, primarium, ac veſut originale excudendum curauimus, atque præſenti prælo expreſſimus.

Aliud dicitur ثُلُثِي tholothiion, quo præſertim librorum tituli de-

decorantur. Aliud appellatur دِيوَانِي diuaniion, quo tabelliones, ac forenſes vtuntur. Aliud dicitur قِرمَةٌ qermaton, quo potiſſimum libri accepti, & expenſi conſcribuntur. Aliud dicitur تَعلِيقِي ta-liqiion, quod Perſis proprium eſt. Aliud dicitur garabiion غَرَبِي quod peculiare eſt Aphricanis, atque Occidentalioribus Arabibus. Aliud dicitur كُوفِي Kuphiion, quod proprium eſt Kuphianis. Aliaque tan´dem varia extant characterum genera, quę omnia dum occurrent, ex pręſenti nishhiio bene inſpecto, erit facillimum deprehendere. Huic autem deſunt vt plurimum quę ſuperius explicuimus minus principalia ſigna. Vnde regulariter huiuſmodi conſpicitur ſcriptura, quam exercendę lectionis gratia, ſubijcere libuit.

الكلة

أَلْكَلِمَةُ ثَلٰثَةُ أَنْوَاعٍ إِسْمٌ وَفِعْلٌ وَحَرْفٌ: أَلْإِسْمُ عَلَى ثَلٰثَةِ أَقْسَامٍ ظَاهِرٌ
وَمُضْمَرٌ وَمُبْهَمٌ أَلظَّاهِرُ مُعْرَبٌ وَٱلْبَاقِيَانِ مَبْنِيَّانِ أَلْمُعْرَبُ قِسْمَانِ
مُعْرَبٌ بِٱلْحَرَكَاتِ وَمُعْرَبٌ بِٱلْحُرُوفِ وَٱلْمُعْرَبُ بِٱلْحَرَكَاتِ نَوْعَانِ مُنْصَرِفٌ
وَغَيْرُ مُنْصَرِفٍ: أَلْفِعْلُ عَلَى ضَرْبَيْنِ ثُلَاثِيٌّ وَرُبَاعِيٌّ وَكِلَاهُمَا إِمَّا مُجَرَّدٌ
أَوْ مَزِيدٌ فِيهِ وَكُلُّ وَاحِدٍ مِنْهُمَا إِمَّا سَالِمٌ وَإِمَّا غَيْرُ سَالِمٍ وَغَيْرُ ٱلسَّالِمِ
ثَلٰثَةُ أَنْوَاعٍ مُضَاعَفٌ وَيُقَالُ لَهُ ٱلْأَصَمُّ وَمَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ وَٱلْمُعْتَلُّ خَمْسَةُ
أَقْسَامٍ مِثَالٌ وَأَجْوَفُ وَنَاقِصٌ وَلَفِيفٌ مَفْرُوقٌ وَلَفِيفٌ مَقْرُونٌ
فَأَمَّا ٱلثُّلَاثِيُّ ٱلْمُجَرَّدُ عَلَى سَبْعِ صِيغَاتٍ سِتٌّ مِنْهَا لِلْمَعْرُوفِ وَوَاحِدَةٌ
لِلْمَجْهُولِ فَأَوْزَانُ ٱلْمَعْرُوفَةِ أَوَّلُهَا فَعَلَ يَفْعُلُ أَيْ بِفَتْحِ ٱلْعَيْنِ فِي ٱلْمَاضِي
وَضَمِّهَا فِي ٱلْمُضَارِعِ كَنَصَرَ يَنْصُرُ أَلثَّانِي فَعَلَ يَفْعِلُ مَفْتُوحُ ٱلْعَيْنِ
فِي ٱلْمَاضِي وَمَكْسُورٌ فِي ٱلْمُضَارِعِ كَضَرَبَ يَضْرِبُ أَلثَّالِثُ فَعَلَ يَفْعَلُ
بِفَتْحِ ٱلْعَيْنِ فِي ٱلْمَاضِي وَٱلْمُضَارِعِ كَفَتَحَ يَفْتَحُ أَلرَّابِعُ فَعِلَ يَفْعَلُ
بِكَسْرِ ٱلْعَيْنِ فِي ٱلْمَاضِي وَفَتْحِهَا فِي ٱلْمُضَارِعِ كَعَلِمَ يَعْلَمُ أَلْخَامِسُ فَعِلَ
يَفْعِلُ بِكَسْرِ ٱلْعَيْنِ فِي ٱلْمَاضِي وَٱلْمُضَارِعِ كَحَسِبَ يَحْسِبُ أَلسَّادِسُ فَعُلَ

Elkalemato thalathato anua-in Eſmon va Phelon va Hharphon Eleſmo ala thalathati aqſamin thdaheron.

va modzhmaron va mobhamon. Etthdahero mo-rabon valbaquani mabniiani Elmo-rabo qeſmani

mo-rabon belhharakati va mo-rabon belhhoruphi valmorabo belhharakati nau-ani monſarephon.

va gairo monſarephin. Elphe-lo ala dzharbeini tholathiion va roba-iion va Kelahoma emma mogiarradon.

au mazidon phihi va kollo vahhedin minhoma emma ſalemon uamma gairo ſalemin va gairoſſalemi

thalathato anua-in modzha-aphon ua ioqalo lahol-aſammo ua mahmuzon ua mo-tallon ualmo-tallo chamſato

aqſamin methalon va Aguaphon ua naqeſon ua laphiphon maphruqon valaphiphon maqrunon. .

Phammat tholathiiol mogiarrado ala ſeb-i ſigatin ſetton minha lilma-ruphi ua uahhedaton.

lilmaghuli pha auzanol ma-ruphati auualoha pha-ala iaph-alo ai bephathhil-aini philmadzhi

ua dzhammiha philmodzhare-i kenaſara ianſoro Etthani pha-ala iaph-elo maphtuhhol-aini

philmadzhi va makſuron philmodzhare-i kedzharaba iadzhrebo etthaletho pha-ala iaph-alo

bephathhil-aini philmadzhi valmodzharei kephatahha iaphtahho. Errabe-o pha-ela iaph-alo

bekeſril-aini philmadzhi ua phathhiha phil-modzhare-i kealema ia-lamo elchameſo pha-ela

iaph-elo bekeſril-aini philmadzhi ualmodzhare-i kehhaſeba iahhſebo eſſadeſo pha-ola

iaph-

يَفْعُلُ مَضْمُومُ ٱلْعَيْنِ فِى ٱلْمَاضِى وَٱلْمُضَارِعِ كَحَسُنَ يَحْسُنُ وَوَزْنُ

ٱلصِّيغَةِ ٱلْمَجْهُولَةِ فُعِلَ يُفْعَلُ بِضَمِّ ٱلْفَاءِ وَكَسْرِ ٱلْعَيْنِ فِى ٱلْمَاضِى

وَبِضَمِّ ٱلْحَرْفِ ٱلْمُضَارِعِ وَفَتْحِ ٱلْعَيْنِ فِى ٱلْمُضَارِعِ وَٱلثُّلَاثِىُّ ٱلْمَزِيدُ فِيهِ يَشْتَمِلُ

عَلَى أَرْبَعَةَ عَشَرَ بَابًا سَنُبَيِّنُهَا فِى مَحَلِّهَا

iaph-olo madzhmumol-aini philmadzhi ualmodzhare-i kehhaſona iahhſono va vaznoſ-

ſigatil maghulati pho-ela ioph-alo bedzhammil phai uakeſrilaini philmadzhi

va bedzhammil hharphil modzhare-i ua phathhil-aini philmodzhare-i uattholathiio lmazido phihi iaſctamelo

ala arba-ata aſciara baban ſanobaiienoha phi mahhallihà.

Hoc eſt: D*ictio tres ſpecies*, ideſt eſt tres ſpecies, ſcilicet triplicis ſpeciei, N*omen*, *& Verbum*, *& Hbarpb*. particula conſignificatiua. *Nomen ſuper tres partes*, tria continet membra diuidentia, ſeu ſegmenta, hoc eſt, triplex eſt, *manifeſtum*, ſeu patens, *& ſubintellectum*, pronomen perſonale, *& indifferens*, ſeu indeterminatum, quale eſt pronomen demonſtratiuum, & alia, de quibus infra. *Manifeſtum* eſt *declinabile*, *& duo reliqua ædificata*, ſeu firmata. D*eclinabile duæ partes*, ſeu duplex eſt, *declinabile per motiones*, nempe vocales, *& declinabile per litteras*. *& declinabile per motiones duæ ſpecies*, duplicis eſt ſpeciei, *reuolubile*, *& irreuolubile*. V*erbum ſuper duas percuſſiones*, in duo ſcinditur, eſtq. duplex, *ternarium*, *& quaternarium*, *& vtrumque ipſorum*, *vel* eſt *denudatum*, ſeu purũ, ac ſimplex carens aduentitijs litteris, *vel* eſt *cui adiectum eſt*, nempe auctum, & compoſitum; *& vnumquodque ex ipſis*, *vel* eſt *ſaluum*, *vel non ſaluum*, ſeu imperfectum; *& non ſaluum tres ſpecies*, triplicis eſt ſpeciei, *duplicatum*, *& dicitur ei*

*ſur-*

*ſurdum*, quod nempe dicitur ſurdum, *& hamzatum*, habens.ſ. hamzat, *& infirmum. & infirmum quinque ſegmenta*, ſeu quicuplex eſt. S*imile & Concauum*, *& Deficiens*, *& Inuolutum ſeiunctum*, *& Inuolutum coniunctum. At vero ternarium denudatum* eſt *ſuper ſex formas; ſex ex eis* ſunt *pro noto* actiuo, *& vna pro ignorato* paſſiuo. M*enſura igitur actiuarum prima earum* ex menſuris actiuarum formarum prima eſt فَعَلَ يَفْعُلُ *i.cum phathho* litteræ ع hoc eſt ſecundæ *in præterito*, *& cum dzammo eiuſ*dem *in modzbareo vt* نَصَرَ *iuuit*, يَنْصُرُ *iuuat*. *Secunda* eſt فَعَلَ يَفْعِلُ *phathhata* littera ع *in præterito*, *& Kaſrata in modzbareo*, *vt* ضَرَبَ *percuſſit*, يَضْرِبُ *percutit. Tertia* eſt فَعَلَ يَفْعَلُ *cum pathho* litteræ ع *in præterito*, *& in modzbare-o*, *vt* فَتَحَ *aperuit*, يَفْتَحُ *aperit. Quarta eſt* فَعِلَ يَفْعَلُ *cum* k*aſro* litterę ع *in præterito*, *& phathho eiuſ*dē *in modzbare-o*, *vt* عَلِمَ *ſciuit*, يَعْلَمُ *ſcit. Quinta* eſt فَعِلَ يَفْعِلُ *cum* k*aſro* litteræ ع *in præterito*, *& modzbare-o*, *vt* حَسِبَ *putauit*, يَحْسِبُ *putat. Sexta* فَعُلَ يَفْعُلُ *dzhammata* littera ع *in præterito*, *& in modzbare-o*, *vt* حَسُنَ *pulcher fuit*, يَحْسُنُ *pulcher eſt. & menſura formæ ignoratæ* paſſiuæ eſt فُعِلَ يُفْعَلُ *cum dzhammo* litterę ف, *&* k*aſro* litteræ ع *in præterito*, *& cum dzammo* litterę *modzbarea*, *& phathho* litterę ع *in modzbareó*. *& ternarium*, *cui additum eſt*, *commune eſt ſuper quattuordecim portas*, complectitur quattuordecim portas, ſeu genera coniugationum, & verborũ, *declarabimus eas in loco earũ*, quas explicabimus ſuo loco.

Nonnumquam vero etiam motiones, ſiue vocales, cōpendij cauſa negliguntur, ac ſolū nudis litterarū corporib. efformatur ſcriptura, vt الكلمة ثلثة انواع اسم وفعل وحرف الاسم على

Sepe etiam dictiones integrę ſolis ac ſingularibus litteris exprimuntur, adhibitis.ſ. earundem dictionum vel primis tantū, vel medijs, vel poſtremis litteris, appoſito ſuperius in myſterij huius indicium hoc ſigno ~, vt حٓ pro حِينَئِذٍ Hhinaidhin, *illo tempore*. عٓمٓ pro عَلَيْهِ السَّلَامُ alaihiſſalamo, *ſuper eum pax*. آلٓمٓ pro أنَا اللّٰه أعْلَم anallaho a-Iamo, *ego Deus ſapientiſſimus*.

Tandem ſciendum Arabicam ſcripturam alienis characteribus interdum exprimi, nempe Hebręis, ac Syris, quod quidem Hebræi, Syriq. efficiunt, vt Mohammedanos ipſorum ſcripta lateant. Vt autem & hæc tu legere queas, ſequens vtrorumque alphabetū Arabicis litteris correſpōdens ſubiecimus, videlicet

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ

א ב ת ת̄ ג ח כ̄ ד ד̄ ז ר ס ש צ צ̇ ט ט̇

ܐ ܒ ܬ ܬ̤ ܓ̰ ܚ ܟ̰ ܕ ܕ̤ ܪ ܙ ܣ ܫ ܨ ܨ̇ ܛ ܛ̇

ع غ ف ق ك ل م ن ه و ي

ע ג̄ פ̄ ק כ ל מ נ ה ו י

ܥ ܓ̇ ܦ ܩ ܟ ܠ ܡ ܢ ܗ ܘ ܝ

Quibus ſic eædem prorſus exprimuntur dictiones.

ابجد هوز حطى كلمن سعفص قرشت ثخذ ظضغ

אבגד הוז חטי כלמנ סעפ̄צ קרשת ת̄כ̄ד̄ ט̇צ̇ג̄

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ ܬ̤ܟ̰ܕ̤ ܛ̇ܨ̇ܓ̇

# CAPVT SEXTVM.

## De Arabicarum litterarum Diuiſionibus.

QVINQVE potiſſimas explicabimus Arabicarum litterarum diuiſiones, quas è quinque potioribus Prolationis, Roboris, Cognationis, Cognominationis, ac Officij rationib. deprompſimus.

Ratione igitur Prolationis, ſiue diuerſitatis organorum, ac inſtrumentorum, quorũ adminiculo proferũtur.

Aliæ dicuntur حَلْقِيَّةٌ chalchiiaton, i. *gutturales*, quod .ſ. in gutture formẽtur, quæ quidem ſunt ſex ع ع خ ح ا.

Aliæ dicuntur لَهْوِيَّةٌ lahuiiaton .i. *Vuales*, quod in ea parte formentur, quam medici appellant vuam, quę ſunt ق ك.

Aliæ شَجَرِيَّةٌ ſciagiariiaton, i. *palatina*, quod in palato formẽtur, vt ض ش ج.

Aliæ أَسْلِيَّةٌ asliiaton, i. *ſibilantes*, quod ſibilare quodammodo audiantur, vt ص س ز.

Aliæ نَطْعِيَّةٌ natiiaton, i. *balbutientes*, in has enim litteras balbutientes ſæpe incidunt, vt ط د ت.

Aliæ لِثَوِيَّةٌ i. *gingiuales*, quod ſuper interiores ſuperiorum dentium gengiuas efformentur, vt ظ ذ ث.

Aliæ ذَلْقِيَّةٌ dhalchiiaton, ideſt *flexa*, quod .ſ. flectatur lingua in eis pronunciandis, vt ن ل ر.

Aliæ شَفَهِيَّةٌ ſciaphahiiaton i. *labiales*, vt م ف ب .

Aliæ لِينِيَّةٌ liniiaton .i. *lenes*, quod leniter proferantur, vt ى و ا .

Ratione autem roboris, quædam litteræ ſunt debiles, quæ .ſ. multoties ſono deſtituuntur, ac languent, vt ا و ى, aliæ dicũtur robuſtæ, quæ ſẽper proferũtur, cuiuſmodi ſunt reliquę oẽs.

Ratione Cognationis litteræ quædam dicuntur commutabiles, quæ .ſ. inuicem mutuo permutantur, atq. vna in aliam conuertitur, vt ſunt ا و ى, quod qua ratione faciendum ſit, infra lib. 2. ſuo loco dicetur. Aliæ vero ſunt incommutabiles, cuiuſmodi ſunt reliquæ omnes.

Ratione Cognominationis, quædam ex litteris dicuntur Solares, quædam vero dicuntur Lunares. Solares ſunt ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن. Lunares autem ſunt ا ب ج ح خ ع غ ف ق ك ل م ه و ى. Solares hoc peculiare habent, quod dũ in principio nominum fuerint, ac præceſſerit articulus ال ſemper ſigno teſcdid grauantur, & lam articulare non legitur, vt اَلتَّقْسِيمُ ettaqſimo, vel مِنَ ٱلتَّقْسِيمِ menattaqſimi. Lunares vero alleuiantur, ac ſemper lam articulare legitur, vt اَلْقَسْمُ elqeſmo مِنَ ٱلْقَسْمِ menalqeſmi.

Ratione tandem Conditionis diuiduntur litteræ in truncales & ſeruiles. Truncales ſunt, quę dictionib. ſunt originales, atq. eſſentiales, hoc eſt, ex quibus prima dictionis origo, ſiue thema componitur. Seruiles vero ſunt, quæ themati ſupra trũcales ad variandum eius ſignificatũ adiunguntur, quãuis & ipſæ quandoq. truncales eſſe poſſint, cum .ſ. ex ipſis dictionis origo, ſiue thema conſtituitur. Porro truncales quæ nunquã ſeruiunt ſunt ث ج ح خ د ذ ز ش ص ض ط ظ ع غ ق. Seruiles vero ſunt ا ب ت س ط ف ك ل م ن ه و ى. Quomodo autem, & quanam ratione ſingulæ deſeruiant, ſeq. libro explicabitur diffuſiſſimè.

LI-

# LIBER SECVNDVS
## DE DICTIONIBVS SIMPLICIBVS, ſiue Partibus Orationis.

### PROOEMIVM.

EXPLICATIS iam præcedenti libro primarijs linguę Arabicæ elementis, aggredimur modo dictiones ſimplices, quæ primo illorum admixtionibus oriũtur. Ipſarum vero bipartita eſt cõſideratio: vel enim primo conſiderari poſſunt in ſe præciſè, abſq. reſpectu, & ordine ad cõpoſitionem, vel orationem, quam texũt; vel ſecundo, quatenus ſimul conuenientes, & coeuntes in vnum, actuales orationis, ſiue compoſiti partes conſtitui poſſunt. Hinc in duplici differentia ſunt, quæcunque poſſunt tradi, ac enunciari de ipſis; quædam namque ad dictiones attinent abſolutè, atque priori modo inſpectas, vt ſunt ipſarum naturæ, definitiones accidentia varia, ac diuiſiones, ſeu varietates; Quædam vero pertinent ad dictiones eaſdem poſteriori modo ſumptas, quatenus orationem perficiunt, vt potiſſimum ſunt ipſarum conuentio varia. diſpoſitio, ſiue ordo, concordatio, & regimen, ſiue conſtructio, quæ quidem potius ad orationem. ſiue ipſius conſtitutionẽ referenda ſunt, ac iure libro 3. in orationis conſtitutione tradenda. Priora vero hic loci propriè de ſingulis dictionibus ſingillatim ordine debito, ac recta methodo explicanda ſunt. Scripſit autem eleganter ad-

admodum de dictionibus hiſce, quemadmodum & de litteris eruditiſſimus Orientalium linguarum in Leidenſi Academia profeſſor Thomas Erpenius cuius magnam leuaſſet quoq. nobis huius ſecundi libri laboris partem, ſi quod nuper hac de re in lucem edidit opus non tam ſero ad nos iam in tertio noſtrorum texendo libro laborantes perueniſſet; ingentem tamen nobis attulit voluptatem, vbi omiſſo Arabicorum Grammaticorum ordine Latinis admodum diſſono, in rebus pluribus nobiſcum quoad methodum conueniſſe comperimus. Cæterum quamuis à prædicta Arabum methodo deflectentes, noſtro nos ordine Latinis magis conſono procedamus, omnino tamen Arabum terminis, ſiue grammaticalibus vocibus vbique vtemur, eorumque ordines, ac procedendi rationes, diuiſiones, ac ſeries enucleabimus, vt facilior cunctis ad eoſdem perlegendos authores pateat aditus.

# CAPVT PRIMVM.

## De numero Dictionum ſimplicium, ſiue Partium Orationis.

DICTIO, ſiue Pars orationis ſimplex كلمة dicitur apud Grammaticos Arabum. Cuius tres ſunt prolationes, nam quidam, vt dictum eſt, كلمة dicunt in ſingulari, atque كلمات vel كلم in plurali. Alij vero in ſingulari كلمة, & in plurali dicunt كلم. Alij tandem dicunt in ſingulari كلمة, ac in plurali كلم. Hæc autem vox eorum idiomate idē ſonat, ac apud Hebræos דָבָר dauar, apud Chaldæos ܠܟܣܝܣ lechſis, apud Græcos λόγος logos, ac apud Latinos Verbum, non quidem prout verbum apud Grammaticos ac Dialecticos à nomine cæteriſq. orationis partibus differt, ſed quatenus vulgo indifferenter

pro

pro quolibet prolato ſimplici ſumitur. Vnde ex hoc deriuatur كَلِمٌ i. *loquutio*, ſiue *ſermo*, immo & verbum كَلَّمَ *loquutus eſt*. Quæ omnia opinantur quamplures Arabum à voce Arabica كَلْمٌ i. *uulnus*, ortum ducere, nam verbo veluti verbere, ictus quidam ac vulnus in animo audientis incutitur, quo pacto verborum prolationibus, rationem vulnerum tribuit quidam Author his verſibus:

جِرَاحَاتُ ٱلسِّنَانِ لَهَا ٱلْتِيَامُ وَلَا يَلْتَامُ مَا جَرَحَ ٱللِّسَانُ

Hoc eſt, *Vulneribus dentium eſt quidem remedium, non tamen remedium habet quod vulnerauit lingua.*

At vero apud Grammaticos Arabum non ſic largè ſumitur hæc vox كَلِمَة ſed deſcribitur لَفْظَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى مُفْرَدٍ بِٱلْوَضْعِ idest, *Dictio ſingularis oſtendens ſuper ſignificatum ſimplex per impoſitionem.*

Dicitur primo *Dictio ſingularis*, (quod importatur per لَفْظَةٌ; nam لَفْظٌ ſignificat dictionem, & ة adiuncta ſuperaddit ſingularitatem, iuxta ea, quæ infra c. 5. dicemus) ad excludendam orationem, & quodcumque compoſitum ex pluribus dictionibus.

Dicitur ſecundo, *oſtendens ſuper ſignificatum*, hoc eſt, ſignificans aliquid ad excludendas dictiones ſingulares, non ſignificantes, quę fingi poſſent.

Dicitur tertio *oſtendens ſuper ſignificatum ſimplex*, ſiue vnicum, hoc eſt habentis ſe per modnm vnius, ad excludendas quamplures dictiones ſingulares ſignificantes non vnicū, ſed diuerſa ſignificata, vt أَلرَّجُلُ *l'huomo*, & ضَرَبْتُ *percuſſi*, nā inquiunt أَلرَّجُلُ duo ſignificat: primum ſignificatum eſt, quod reſpondet articulo أَلْ. ſecundum, quod reſpōdet nomini رَجُلُ quam diſtinctionem nos infra cap. 3. explicabimus. Similiter

liter ضَرَبْتُ duo ſignificat, nimirum percuſſionem, quæ reſpõdet parti ضَرَبَ, & agens percutiens, quod reſpondet reliquæ parti تُ, qua formatur prima perſona præteriti, vt infra ſuo loco dicemus Cenſentur nihilominus dictiones hæ ſingulares ob nimiam earum partium neceſſitudinem, ac vnionẽ intimã.

Dicitur tandem quarto بِالْوَضْع *per impoſitionem*, ad excludendas quamplurimas dictiones ſingulares ſignificantes aliquid vnum, non tamen ex impoſitione, ſed, vel naturaliter, vt ſunt ſuſpiria, gemitus, & ſimilia, vt آخ dolentis يَا admirantis, &c. Vel ex errore, & corruptione vulgi, vt cum dicunt vulgares مَيْشُوم pro مَشْيُوم *peruerſus*: has enim dictiones à ratione كَلِمَة, ſiue peculiaris partis orationis excludunt.

Eſt autem huiuſmodi كَلِمَة ſiue dictio, ſic explicata, triplex. Primam dicunt إِسْم i. *Nomen*. Secundam dicunt فِعْل i. *Verbum*. Tertiam dicunt حَرْف *Hharfon* hac vnica, & communi voce reliqua omnia, quæ iuxta ipſos à verbo, & nomine differunt complectentes. Quem ternarium numerum multifariam explicant, hæc tamen trimembris diuiſionis potiſſima cenſetur ratio. Nam primo, vel dictio quælibet ſignificat per ſe, ſiue ſe ſola, & ſine habitudine ad tempus aliquod; & hoc eſt Nomen, vt رَجُل *Homo*; vel ſecundo ſignificat quidem per ſe dictio, connotando tamen tempus aliquod pręſens pręteritum, vel futurum; & hoc eſt Verbum, vt ضَرَبَ *percuſſit*; vel tertio non ſignificat per ſe dictio, niſi coniuncta alteri, quod eius ſignificatum tam neceſſariam dicat connexionem cum re altera, vt ſine illa cõcipi nequeat; & hoc eſt Hharfũ, vt فِي *in*, قَدْ *iam*,

hæ

hæ namque dictiones ſe ſolis minimè ſignificant, niſi alteri adiungantur, nomini.ſ.aut verbo, vt فِي ٱلرَّجُلِ *in homine*, vel قَدْ ضَرَبَ *iam percuſſit*.

Hoc igitur pacto adtria reuocant capita partes orationis omnes, ſiue dictiones ſimplices. Atque ſub nomine tam Latinorum nomen, quam pronomen, participium, ac vt lib. 3. dicemus, quamplura aduerbia comprehendunt. Quæ vero cętera præter verbum reliqua ſu..t, ſub Hharpho, tertia orationis parte referant.

## CAPVT SECVNDVM.

### De Nomine, prima Orationis parte, eiuſque natura, ac definitione.

A NOMINE potius, quam à Verbo, vel Hharpho inchoare libuit, nam dignitate Nomen eſt prima, atque potiſſima orationis pars. Vnde apud Arabes hoc dicitur أَصْلٌ truncus, Verbum autem, & Hharphum dicuntur فَرْعَانِ rami: hoc eſt nomen eſt per ſe ſtans independens ab eis; illa vero penitus dependent a nomine, ac per ſe ſtare non poſſunt: ſiquidem in compoſitione orationis, nomen non indiget eis, cum ex ſolis nominibus oratio rectè conſtrui poſſit, vt زَيْدٌ قَائِمٌ ideſt, *zaidus ſtans*. Verbum autem, & Hharphū ſine nomine, vt patet, orationem minimè conſtituere valent, ac proinde dignitatis ordine Nomen principē locum tenet inter orationis partes. An autem, & origine primum ſit, ita vt non ex verbo, ſed verbum deriuetur ex ipſo, maxima eſt controuerſia inter Arabes. Etenim Kuphiani mordicus contendunt verbum eſſe truncum, ac primam omnium deriuatorum originem, quod (vt refert Tephtazaniius) probant ex eo, quod nomen participans ſignificatum

catum verbi conſtruitur eodem pacto, atque conſtruitur verbum, vt nos lib. 3. de conſtruct. nominum explicabimus; ac proinde verbum eſt truncus, atque origo, à qua verbalia nomina deriuata ſunt. Sed reſpondent Baſriani è contra, concedentes nomen ſubſequi verbo, ac eſſe ramum illius quoad regimen, & & conſtructionem, negant tamen ex hoc inferri nomen quoad propriam formationem naſci, ac deriuari à verbo. Sed nos quãpluribus, quę pro vtraque ſententia adduci poſſent omiſſis, Dicimus, habito quidem reſpectu ad vſum, ex quo maxime omnis vocum ratio pendet, optime ſtare poſſe, vt voces aliquę primo ſub forma verbi fuerint, deinde ex ipſis deriuata ſint nomina, & è conuerſo alias ſub forma nominis tantum prolata prius fuiſſe, ac poſtea ex ipſis orta eſſe verba: hoc enim præcisè ſciri non poteſt: tamen inſpecta pręcisè natura nominis, ac verbi, dicimus hanc videri potiſſimam rationem, quę nomen eſſe truncum, atque ab ipſo deriuari verba ſuadet. Nam nomen verbale, quod dicitur مَصْدَرْ (de hoc enim tantum eſt controuerſia, cętera enim certum eſt efformari à verbo) eandem cum verbo ſignificat actionem, hoc tamen intercedente diſcrimine, quod nomen verbale maſdarum (vt ſic dicamus) ſignificat actionem pręcisè abſtrahendo à perſonis, ac tempore; verbum autem illam ſignificat contractam temporibus, ac perſonis, vt ضَرْبٌ *percuſſio*, & ضَرَبَ *percuſſit*. Igitur ſignificatum verbi conſequitur ad ſignificatum nominis: prius eſt enim rem ſimpliciter eſſe, quam taliter eſſe, ergo & ex vocibus ſubordinatas huiuſmodi rationes denotantibus quę priorem ſignificat, prior erit. At vero definitio nominis multifariam traditur; verumtamen omiſſis cęteris, hanc adducimus potiorem, ac omnibus ſupradictis magis conſonam, videlicet: كَلِمَةٌ دَالَّةٌ بِنَفْسِهَا عَلَى مَعْنًى غَيْرِ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ الأَزْمِنَةِ الثَّلَثَةِ idest, *Dictio*, ſeu pars orationis ſingularis, vt ſupra explicuimus, *oſtendens per ſe ſuper ſignificatum non coniunctum cum aliquo trium temporum*, ſcilicet, pręſentis, pręteriti, & futuri. Quę quidem omnia

nia adeo ex pręcedentibus patent, vt alia declaratione nullo pacto indigeant.

# CAPVT TERTIVM.

## De proprietatibus Nominis.

QVINQVE potiſſimum numerantur, quę tantum Nomini, nec Verbo, vel Hharpho conueniunt proprietates.

Prima eſt التَّعْرِيف ideſt *notificatio*, quę non eſt aliud quam pręmiſſio articuli ال ſimilis prorſus ei, quem Hebręi, Gręci, Itali, Hiſpani, & alij pręponunt nomini, vt cum in his nominibus غُلَامٌ *ſeruus*, vel رَجُلٌ *homo*, dicitur الغُلَامُ *il ſeruo*, vel الرَّجُلُ *l'huomo*.

Dicitur autem hic articulus Notificatio, nam quando nomē cum hoc articulo profertur, non aliud accipit de nouo, niſi quod illud ipſum, quod prius ſignificabat tamquam quid ignotum, & indeterminatum, ſeu vagum, modo ſignificat tamquam quid determinatum, ac notum audienti: cum enim ſine articulo dicitur رَجُلٌ *huomo*, ſignificatur homo velut ignotum quid, ac vagum; cum autem dicitur pręmiſſo articulo الرَّجُلُ *l'huomo*, tunc veluti quid notum, ac determinatum ſonat, ac ſi diceretur, ille qui eſt homo, ſeu id quod eſt homo. Vnde nominibus proprijs, quod ex ſe nota ſint, ac determinata, numquam pręfigitur articulus huiuſmodi.

In quoquidem non reperitur ea numeri, ac generis diuerſitas, quę apud Italos, & alios, vt *il lo la li le*, *&c.* ſed ſemper idem ل quieſcens pręponitur, ac ante ipſum ا vnionis, vt pręced. lib. c 5. diximus, niſi prępoſitio ل antecedat, de qua infra, tunc enim reiecta ا ſolum ل ponitur, vt لِلْغُلَامِ *al ſeruo*.

Diuiditur autem huiuſmodi articulus, ſiue Lam articularis in tres ſpecies: quędam namque dicitur eſſe لِلْجِنْسِ i. *ob genus*: quędam لِلاسْتِغْرَاقِ ideſt, *ob vniuerſitatem*: quædã tandẽ لِلْعَهْدِ i. *ob indictionem*. Prima eſt cum denotatur ratio communis, vt cum per اَلرَّجُلُ intenditur homo in communi abſtrahendo à ſingularibus hominibus.. Secunda eſt cum intenditur vniuerſitas, hoc eſt, non homo in communi, ſed omnis homo, ſeu tota collectio hominum. Tertia eſt cum denotatur, & intenditur aliquis homo in particulari, quem loquens, quaſi iam notum audienti ſupponit.

Secunda Nominis proprietas eſt دُخُولُ حَرْفِ ٱلْجَرِّ ideſt *introitus Hbarpbi contractionis*, quod non eſt aliud quam præmiſſio alicuius ex præpoſitionibus بِ *in*, vel *cum*, مِن *ex*, & ſimilibus, quæ ſicut apud Latinos peculiarem caſum exigunt, nempe ablatiuum, ſic apud Arabes caſum exigunt, qui dicitur جَرّ i. *contractio*, de quo infra cap. 11. Vnde hę prępoſitiones حُرُوفُ ٱلْجَرِّ appellantur, de quibus ſuo loco.

Tertia proprietas eſt اَلتَّنْوِينُ i. *tanuin*, de quo pręcedenti libro cap. 4. diximus, vt cum in hoc nomine اَلْغُلَامُ vel اَلْغُلَامَ vel اَلْغُلَامِ, dicitur غُلَامٌ غُلَامًا غُلَامٍ. Diuiditur autem huiuſmodi tanuinum in quinque ſpecies, quę dicuntur.

1 تَنْوِينُ ٱلتَّمَكُّنِ Tanuin declinationis, ſeu inflexionis.

2 تَنْوِينُ ٱلتَّنْكِيرِ Tanuin ignorationis, ſeu indeterminationis.

3 تَنْوِينُ الْمُقَابَلَة Tanuin contrapoſitionis.

4 تَنْوِينُ الْعِوَض Tanuin compenſationis.

5 تَنْوِينُ التَّرَنُّم Tanuin verſificationis.

Primum eſt illud, quod adhibetur in declinatione nominum, de qua infra capite penultimo huius libri, vt cum dicitur زَيْدٌ زَيْدًا زَيْدٍ ratione diuerſorum caſuum. Secundum eſt quod ponitur in quibuſdam nominibus indeclinabilibus, quæ dicuntur nomina verborum, de quibus cap. vlt. huiuſmet libri dicendũ, vt cum in hoc nomine صَه (quod, vt ibidem dicemus, eſt ex nominibus verborum, importatq. idem quod أُسْكُتْ *tace*) apponitur tanuinũ, ac dicitur صَهٍ vt intelligatur ipſum tũc ſe habere ad inſtar nominis notificati ad differentiam صَهْ quod dicitur مُنَكَّر *ignoratum*. Tertium eſt tanuinum, quod ponitur in plurali ſano fœminino, de quo infra cap. de Numero nominis, vt cum dicitur مُسْلِمَاتٌ hoc enim dicitur contraponi, ſeu ſtare loco litteræ ن, quæ ponitur in plurali ſano maſculino. Quartum eſt illud, quod ponitur in quibuſdam nominibus, è quibus aufertur aliquid, atque in eius compenſationem apponitur tanuin, vt cum pro قَاضِى *iudex*, dicitur قَاضٍ: ſimiliter etiam apponitur in quibuſdam nominibus compoſitis, vt in حِينَئِذٍ *tunc*, ſeu *illo tempore*: componitur enim hoc nomen ex حِين *tempus*, & إِذَا *quando*, redditurq. quidam ſenſus

ſus incompletus, videlicet, tempore, ſeu tunc quando; erat autem ſenſus integer حِينَ إِذَا كَانَ هَذَا *tempore quando fuit hoc:* tantum enim importat vox iſta, omittuntur autem verba vltima كَانَ هَذَا *fuit hoc*, & loco illarum appoſitum fuit tanuin cõpenſationis. Vltimum vero eſt quod quandoque apponitur in verſu, ſiue poeſi ad perficiendam deſinentiam; vnde dicitur tanuinum verſificationis, ſeu cantationis.

Quarta proprietas eſt الإِسْنَادُ إِلَيْهِ *adhæſio ipſi*, quod ferè aliud non eſt, quam de nomine dici, & enunciari aliquid, vt cũ dicitur زَيْدٌ قَائِمٌ *Zaidus ſtans*, vel ضَرَبَ زَيْدٌ *percuſſit Zaidus*, tunc enim nomini Zaidus, veluti adhærent prædicata ſtans, & percuſſit: vnde quod enunciatur dicitur مُسْنَدٌ i.*factum adhærere*, ſeu connexum; nomen vero de quo enunciatur dicitur مُسْنَدٌ إِلَيْهِ ideſt *id cui adhærere factum eſt*, ſeu connexum eſt *aliquid*.

Quinta, & vltima nominis proprietas eſt الإِضَافَةُ i.*annexio*, quæ non eſt aliud, quam annecti nomen ad aliquod aliud nomẽ, quo determinetur, vt cum dicitur غُلَامُ زَيْدٍ *ſeruus Zaidi*, vel غُلَامُكَ *ſeruus tuus*. Nomen igitur ſic annexum dicitur مُضَافٌ illud vero cui annectitur dicitur مُضَافٌ إِلَيْهِ i. *cui annexio facta eſt*. De qua annexione lib. 3. de conſtructione, ſiue regimine nominis annexi differendum eſt fuſius. Eſt autem duplex لَفْظِيٌّ i.*prolatilis*, vt ad verbum dicamus, ſeu quoad prolationem;

&

& معنوى i. *ſignificatilis*, ſeu حقيقى *verax*; prolatilis dicitur ea, qua annectitur nomen agentis, ſeu participium actiuũ, (de quo infra) patienti, vt cum dicitur ضارب زيد *percutiens Zaidi*. Vera autem eſt quando virtute continet præpoſitionem ل nota datiui, vel من *ex*, ſiue *de*, de quibus cap. vltimo huius, veluti cum dicitur غلام زيد *ſeruus* Zaidi, & خاتم فضة *anulus argenti*, nam ſenſus eſt الغلام الذى لزيد *ſeruus qui Zaido*, & خاتم من فضة *anulus de argento*.

## CAPVT QVARTVM.

### De Accidentibus Nominis in communi.

QVÆ præter eſſentiam, definitiones, ac proprietates tradunt de nomine Arabes, non explicãt expreſsè, ac propriè hoc formali nomine Accidentium; nec particulares accidentium differentias, ad ſuperiores, communioreſuè rationes quaſdam, tamquam ad certa capita reuocant. Nos tamen Latinorum ſemitas, ac veluti naturalem ordinem proſequentes, diſtinctionis item, ac facilitatis gratia, ad ſeptem reuocamus capita, Accidentiaq. vocamus quæcunque de nomine vtilia ſcitu, neceſſariaq. cenſuimus. Quæ ipſorum quidem, ac idiomate noſtro dici poſſunt.

ألمدّ أو الكمّ Materia, ſiue Quantitas.

ألكيفية Qualitas,

For-

الصيغة Forma.

الجنس Genus.

العدد Numerus.

النوع Species.

الحالة Caſus, ſiue diſpoſitio.

Quæ cum vniuerſam ferè doctrinam nominis complectantur, ſingulis ſingillatim capitibus explicanda ſunt.

## CAPVT QVINTVM.

### De Quantitate, primo Nominis accidente.

PER quantitatem nominis hic non intelligimus aliud, quam eius partium, ſeu litterarum numerum, quibus componitur. In primis ergo ſciendum omnia nomina eſſe in quadruplici differentia: Vel enim primo, omnes, ac ſolas obtinent truncales litteras: vel ſecundo, aliquas habent truncalibus ſuperadditas: vel tertio, è truncalibus aliquæ demptæ ſunt: vel tandem quarto, truncales ſimul demptæ ſunt, ac ſeruiles adiunctæ.

Quod ergo nomen truncales omnes, ac ſolas obtinet litteras مجرد i. *purum*, ſiue abraſum dicitur. Hoc autem ſi duarũ litterarum fuerit ثنائى i. *binarium* nuncupatur, cuiuſmodi pauciſſima ſunt, & indeclinabilia, vt ذا *ille*, هو *ipſe*, &c.

Vt plu-

Vtplurimum autem eſt ثُلاَثِيّ ideſt *ternarium*, contentum ſcilicet tribus tantum litteris, quæ primam nominis originem, ſiue thema conſtituunt, vt رَجُلٌ *homo*, فَرَسٌ *equus*. Hoc autem thema أَصْلٌ ideſt *truncus*, ſeu *radix* appellatur, ex qua poſtea velut rami, cætera deriuata procedunt. Huius vero trunci prima littera quæcumque ſit ف cognominatur; ſecunda autem ع tertia vero ل, ac tota radix hac dictione فعل repræſentatur, quæ وَزْن ideſt *pondus*, ſeu *menſura* dicitur, haberque ſe velut exemplar, ac typus, cuius transfiguratione, ac variatione omnium, tam nominis, quam verbi ſimulantur deriuatorum formæ.

Sæpe etiam hoc nomen eſt quadrilitterum, quod dicitur رُبَاعِي i. *quaternarium*, vt دِرْهَم *denarius*, ſiue *drhama* ضفدع *rana*, زبرج *ſmaragdus*, atque horum tertia littera ل primum dicitur; quarta vero dicitur ل ſecundum, ac ſimulatur tota radix per فعلل.

Aliquando etiam nomen purum eſt quinque litterarum, atque خُمَاسِي i. *quinarium* dicitur, vt سَفَرجَل *malum cydonium*, كَبَرمَك *labruſca*. Huiuſmodi autem nomina pauca ſunt, ſupra quæ plurium litterarum pura non facilè commemorantur apud Authores.

At vero nomen, quod ſupra truncales adiunctas habet litteras, dicitur مَزِيد فيه i. *additum in ipſo*, hoc eſt, cui additum eſt. Quod quidem multiplex eſt; nam quandoq. ſuperadditam habet vnam, quandoq. plures, ad ſummum ſex poteſt habere. Sex autem non niſi ternario aduenire poſſunt. Vnde ad ſummum nouenarium eſſe poteſt hoc nomen, vt مُسْتَنْرِجَتَان *duæ e-*

*ducentes*. Vt autem facilè dignoſci queat radix, notandum decem eſſe litteras, nimirum ج ن م ل س ت ى و ا ء. Quarum quandoque plures, quandoq. pauciores, vel tantum vna, vt dictum eſt truncalibus adiunguntur. Fit autem additio hęc dupliciter, nimirum regulariter, & præter regulam; & quidem primo præter regulam adiunctæ reperiuntur litteræ tantũ ad producendas truncalium motiones, vel augendas dictiones ipſas, abſque intento efformandi deriuatum aliquod, ita vt originalibus coæuæ, atque congenitæ quodammodo cenſeantur. Qua ratione frequentiſſimè apponuntur ا و & ى poſt ع, ſeu poſt ſecundam truncalem, quibus radix excreſcit in فَعِيلٌ فَعُولٌ فَعَالٌ vt غُلَامٌ *ſeruus*, رَقُودٌ *cadus*, رَغِيفٌ *placenta*. quandoque etiam poſt ف vt دَانِقٌ *genus ponderis*, & *obolus* دِيبَاجٌ *genus veſtis*; & poſt ل primum, vt قِرْطَاسٌ *carta*, عُصْفُورٌ *paſſer*, قِنْدِيلٌ *lucerna*. Raro vlterius, vt عَنْكَبُوتٌ *aranea*, مَنْجَنِيقٌ *genus inſtrumenti*, vel in fine, vt حُبَارَى *quadam auis*.

Interdum tamen adhuc hæ litteræ, compendij cauſa, auferuntur, ſed tamen præcedentes motiones producuntur, ac ſi adeſſent, vt إِلٰهٌ *Deus*, pro إِلَاهٌ. Eadē ratione, licet rarius, adiectæ reperiuntur cæteræ litteræ, ac etiam prædictæ, ſed motæ, vel quieſcentes quiete prima tantum, videlicet ء Hamzat ante ف vt اِمْرُؤٌ *vir*, اِمْرَأَةٌ *mulier*, اِيمُنٌ *iuramentum*, in fine, vt حِرْبَاءٌ *lacerta*.

و poſt ف vt جَوْهَرٌ *margarita*, كَوْثَرٌ *fouea*; poſt ع vt جَهْوَرٌ *clamor*; poſt ل vt تَرْقُوَةٌ *liberalitas*; poſt ل ſecundum, vt قَلَنْسُوَةٌ byrretum.

ى

ى poſt ف vt زَيْنَبٌ *Zainaba* nomen mulieris.

ت ante ف vt تَرْتَبٌ. In fine, vt عَنْكَبُوتٌ *aranea*.

م in fine, vt زُرْقُمٌ سُتْهُمٌ quandoq. in medio, vt كُمارِصٌ دُلامِصٌ

ن ante ف vt نَرْجِسٌ *narcyſsus*; poſt ف vt عُنْصُلٌ *ſcilla*, ſeu *pancratium*, عَنْبَسٌ *inhumanus*, قَنْفَرٌ *calumniator*, كَنَهْبَلٌ *debilis*. poſt ع vt جَنْفَلٌ *uterus*, ſeu *aluus*. In fine, vt ضَيْفَنٌ *proficiſcens*.

ع ante ف vt مَرْكَوْلَةٌ *collectio*.

ل in fine, vt عَنْدَلٌ *deuotio*.

Quare autem præter regulam nominibus adijciantur hæ litteræ, præter commoditatem prolationis, ac elegantiam vocũ innumeras, ac ſubtiliſſimas afferũt rationes Grammatici, quas inſtituti huius breuitas, ac facilitas, quod nimis prolixæ forent, explicare non ſinit.

Secundo modo .i. regulariter adijciuntur litteræ ad immutandam ſignificationem thematis, vel ad variandos caſus, hoc eſt ad efformanda deriuata varia, nempe fœmininum, duale, plurale, diminutiuum, comparatiuum, & ſimilia; Item ad conſtituendos caſus nominatiuum, genitiuum, & cæteros. Ad quę omnia, quomodo, & quænam litteræ apponantur, explicandi locus hic non eſt, ſed ex ſequentibus ſingillatim omnia ſuo loco patebunt.

Quod vero nomen aliquibus caret truncalibus, dicitur مَحْذُوفٌ عَنْهُ i. *ablatum ab ipſo*, hoc eſt, à quo ablatum eſt aliquid. Adhuc autem eſt duplex: nam

Quandoque litteræ regulariter, ac certis legibus auferuntur, vt præſertim in nominibus proprijs certas habentibus cõditiones fieri, dicemus infra lib. 3. cap. de particulis vocatio-

 nis,

nis, vt يَا حَارِ pro يَا حَارِثُ *o Hharethe*; يَا عُثْمُ pro يَا عُثْمَانُ *ò Othmane*, vt etiam in pluralibus quinariorum nominum fieri dicetur infra c.9.

Quandoque vero præter regulam auferuntur, interdum quidem vltimæ, ſeu ل cuiuſmodi appellantur nomina مَحْذُوفَةُ ٱلْأَعْجَازِ *ablata extremitatum*, i. quibus vltimę ablatæ ſunt. vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| أَبٌ | Pater | Pro | أَبَوٌ |
| أَخٌ | Frater | | أَخَوٌ |
| حَمٌ | Socer | | حَمَوٌ |
| حَنٌ | Gener | | حَنْوٌ |
| يَدٌ | Manus | | يَدْيٌ |
| دَمٌ | Sanguis | | دَمْوٌ |

In quibus reiectis vltimis litteris, tranſtulerunt motiones earum in prędecedentes litteras, nempe in ع.

Interdum vero aufertur ع, vt سَهٌ pro سَتَهٌ.

Interdum ل, & ع ſimul, vt in his nominibus annexis فُوزَيْدٍ *os Zaidi*, & ذُوشَيْءٍ *habens aliquid*, quorum themata ſunt فَوْهٌ, & ذَوْوٌ, ablatis autem ه, & و, de primo, & duobus وو, de ſecundo, ſolum primę ف, & ذ, è truncalibus reliquę ſunt; nam و quę modo ſequitur non eſt truncalis

ſed

ſed formatiua nominatiui caſus, cuius loco alię ponuntur in alijs caſibus, vt dicetur infra de inflexione horum nominum cap.penult. huius lib. Quamuis autem præter regulam in paucis nominibus demptæ ſint hac ratione litteræ, Authores tamē plurimi nonnullas pariter conuenientias ingenioſiſſimè afferunt, breuitatis ſtudio hic prætermiſſas, quibus iure non temerè id factum eſſe contendunt.

Poſtremo quod nomen aliquibus truncalibus caret, ac nouas habet adiunctas, dicitur مَحْذُوفٌ عَنْهُ وَمَزِيدٌ فِيهِ .i. *cui ablatum, & adiectum eſt.* Hoc autem, vt plurimum fit regulariter; potiſſimum quidem in ſingularibus quibuſdam verbalib. quorum ف eſt و, nam hac dempta, ponitur eius loco ة, vt عِدَةٌ *promiſſio*, pro وَعْدٌ, vel وِعْدَةٌ, quod infra c.20. de hac re agentes explicabimus.

Interdum vero fit in efformandis pluralibus aliquibus ſingularium quinque litterarum truncalium, vt in سَفَرْجَلٌ *malum cydonium* سَفَارِيجُ *mala cydonia*, vbi ى poſitum eſt pro ل ablata, vt infra de nominibus pluralibus dicetur c.9.

Præter regulam vero, ſeu præter hos caſus, in pauciſſimis nominibus ſit hæc detractio, & compenſatio, cuiuſmodi ſunt: فَمٌ *os*, إِسْمٌ *nomen*, إِبْنٌ, ſiue إِبْنُمٌ *filius*, إِبْنَةٌ *filia*, إِثْنَانِ *duo*, إِثْنَتَانِ *duæ*. In quorum primo detractæ ſunt media, & vltima, adiectaq. eſt in fine م. In reliquis ablata eſt vltima iuxta communiorem opinionem, appoſitaq. eſt hamzat in principio, quæ ſicut etiam in præcedentibus nominibus إِمْرُؤٌ *vir*, إِمْرَأَةٌ *mulier*, eſt هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ *hamzat vnionis*. Vnde cum nil

præ-

præcedit mouetur, præcedente autem aliqua alia motione, ſaltem vltima dictionis præcedentis quieſcit, ſuperpoſito ſigno ˚, vt عَرَفْتُ اسْمَكَ *noui nomen tuum*.

# CAPVT SEXTVM.

## De Qualitate, ſecundo Nominis accidente.

QVEMADMODVM præcedenti cap. conſtitutionem nominis ex certo litterarum numero appellauimus Quantitatem, ſic modo conſtitutionem eius ex certa litterarum ſpecie, ſeu ex talibus, vel talibus litteris, diſtinctionis gratia Qualitatem dicimus. Qua proinde duplex eſt nomen سَالِمٌ i. *ſaluum*, ſeu *ſeruatum*, quod nos perfectum dicemus, & غَيْرُ سَالِمٍ i. *non ſaluum*, ſeu non ſeruatum, vel non perfectum.

Perfectum eſt quod nullam habet truncalem geminatam nec, quę ſit hamzat, vel infirma, vt ſunt و & ى, vt رَجُلٌ *homo*, فَرَسٌ *equus*. Quod ſi ex adiunctis aliquam huiuſmodi habeat, perfectum nihilominus dicetur, vt كِتَابٌ *liber*, رَقُودٌ *cadus*, عَظِيمٌ *magnus*.

At vero imperfectum nomen dicetur illud, cui ex prędictis aliqua deerit conditio. Quod triplex eſt مُضَاعَفٌ idest *duplicatum*, مُعْتَلٌ *infirmum*, & مَهْمُوزٌ *hamzatum*, ſiue habens hamzat.

Du-

Duplicatum ex ternarijs eſt illud, quod habet ع, & ل eaſdem, vt عَدَدٌ *numerus*, cuius ع dum quieſcit, perpetuo immittitur in ل, ac ſimul in vnum coaleſcunt, adiecto proinde ſigno teſcdid, vt رَبٌّ *Dominus*, بُرٌّ *frumentum*, سِرٌّ *ſecretum*.

Ex quaternarijs vero eſt illud, cuius ف eadem eſt, quę ل primum, & ع eadem quę ل ſecundum, vt وَسْوَسٌ *inſania*, وَطْوَاطٌ *Veſpertilio*, فُلْفُلٌ *piper*, قُمْقُمٌ *cucuma*.

Infirmum vero eſt illud, cuius vna, vel plures truncalium fuerint و, vel ى. non dicimus eliph, nam licet hęc pariter infirma ſit, numquam tamen eſt truncalis, niſi hamzata, hoc eſt facta potens moueri, vel quiete prima quieſcere, quo pacto diſtinctum genus nominis imperfecti conſtituit, vt infra dicemus. Sunt autem nominis huius infirmi ſeptem ſpecies, penes ſeptem varietates truncalium, quas habere poteſt infirmas.

Primum eſt cum infirmam habet ف, quod dicitur مِثَالٌ ideſt *aſſimilatum* propter ſimilitudinem eius cum perfecto, vel ſano in diſpoſitione, ac variatione vltimarum, vt وَزْنٌ *pondus*, يُبْسٌ *ſiccitas*, يَشَفٌ *iaſpis*.

Secundum eſt infirmum ع, quod proinde dicitur أَجْوَفُ .i. *vacuum*, ſiue *concauum*, ob defectum ſanitatis medię, ut مَوْتٌ *mors*, لَيْلٌ *nox*, نُورٌ *lux*, نِيرٌ *iugum*. In quo obſeruandum, quod ſi ف immediate pręcedens habeat phathhum, nunquam ع mouebitur, ſiue و fuerit, ſiue ى. Quod ſi nomen natura ſua non ſit quieſcens media, tunc potius malunt conuertere ع in eliph quieſcens, ut بَابٌ *porta*, نَابٌ *dens*, pro نَوَبٌ

&

& تَيَبَ. Quod perpetuum eſt his litteris, dum immediatè præcedit phathhum, niſi poſt ipſas aliud eliph quieſcens ſubſequatur; nam hæc quod omnimodam præcedentis aperitionem exigat, conuerſionem huiuſmodi prohibet, ut جَوَابٌ *reſponſio*, سَوَادٌ *nigredo*.

Tertium eſt infirmum ل, quod dicitur نَاقِصٌ i. *deficiens*, eo quod ſæpe ultimis motionibus careat: ſiquidem ل dum non præcedit immediatè phathhum, manet quidem, ut نَحْوٌ *modus*, ſiue *ſemita*, حَلْيٌ *ornamentum*. At vero cum immediatè phathhum præceſſerit ل in eliph pariter conuertitur, atque propria forma ſcribitur dum ل eſt و ut عَصًا pro عَصَوٌ *baculus*; Cum uero ل fuerit ى, formam quidem ى retinet dum fuerit finale, quieſcit tamen inſtar eliph, atq. eliph cenſetur, ut رَحًى pro رَحَيٌ *mola*: ſcribitur autem forma propria eliph, dum non finale fuerit, ut رَحَاهُ *mola eius*: ſcribitur etiam, ſed raro pro و, ut صَلَوةٌ *oratio*, & زَكَوةٌ *iuſtitia*; quod ſi ante ل eliph præceſſerit, conuertetur ل in hamzat, ut كِسَاءٌ *ſpecies veſtis*, نِدَاءٌ *oratio*, pro كِسَاوٌ & نِدَايٌ.

Quartum eſt infirmum ع, & ل ſimul, quod dicitur لَفِيفٌ مَقْرُونٌ idest *inuolutum coniunctum*, quod .ſ. plures, atq; immediatas inuoluat infirmas, ut هَوًى *aer*, طَوًى *puteus*, طَيٌّ *ruga*. In quo ſi ع habuerit phathhum, ل de mo-

re

re in eliph conuertitur, vt هَوًى *aer*, pro هَوَيٌ, quæ in حَيَاةٌ *vita*, etiam per و ſcribitur, vt حَيَوَةٌ, pro حَيَيَةٌ, licet aliqui velint originem eſſe حَيَوَةٌ, ſed communiter tertiam quoque ي eſſe aſſerunt Authores grauiſſimi. Si vero ع fuerit quieſcens, ſæpe cum ل in vnam litteram coaleſcunt, vt جَوٌّ *ſpatium inter cælum, & terram*, pro جَوْوٌ, قُوَّةٌ *virtus*, pro قُوْوَةٌ, حَيَّةٌ *ſerpens*, pro حَيْيَةٌ. Quod ſi diſſimiles fuerint, conuertitur ع in ل, & in eam immittitur, vt شَيٌّ *aſſatio*, pro شَوْيٌ. Si autem intercedat eliph quieſcens, ل de more in hamzat conuertitur, vt هَوَاءٌ *aer*, دَوَاءٌ *medicina*.

Quintum eſt infirmum ف & ل, quod dicitur لَفِيفٌ مَفْرُوقٌ i. *inuolutum, ſeiunctum*, vt وَحْيٌ *reuelatio*, in quo reſpectu ل eadem obſeruanda ſunt, quæ in deficiente ſuperius dicta ſunt de conuerſione, vt وِطَآءٌ *vallis*, وَرَآءٌ *pars poſterior*.

Sextum eſt infirmum ف, & ع cuiuſmodi pauca ſunt, vt يَيْنٌ *nomen loci*, يَوْمٌ *dies*, وَيْلٌ *va*.

Septimum eſt infirmum ف, ع, & ل, cuiuſmodi duo tantū ſunt, vt وَاوٌ nomen litteræ و, & يَاءٌ nomen litteræ ي. In quibus reſpectu ع eadem obſeruata ſunt, quæ de vacuo ſupra diximus; nam وَاوٌ eſt pro وَوَوٌ, & يَاءٌ pro يَيَيٌ, vt melior fert opinio; atque conuerſa ſunt و, & ي mediæ in eliph, & ي tertia in hamzat; nam hæc tenuior eſt, quam و, ac difficilius ſubditur motionibus.

At vero hamzatum nomen eſt illud, cuius aliqua truncalium

fuerit hamzat, quæ quidem aliquando eſt ف, vt أَسَدٌ *leo*, إِثْمٌ *ſcelus*. Aliquando vero eſt ع, atque tunc ſi nomen fuerit quieſcens ع, hamzat conuertitur in litteram præcedenti motioni conſonam, vt رَاسٌ *caput*, pro رَأْسٌ, & بِيرٌ *puteus*, pro بِئْرٌ, & سُوقٌ *platea*, pro سَاقٌ. Cum autem mota fuerit, ſiquidem per phathhum, tunc immediatè præcedente dzhammo, vel kaſro, manet quidem ſignum ء hamzat, atque profertur, ſed loco eliph و præcedente dzhammo, & ى præcedente kaſro ſupponitur, vt مُوَنٌ *neceſſitas, vrgentia*, مِيَرٌ *dubium*.

Si vero mouetur per dzhammum, vel kaſrum, tunc ſiue motio, ſiue littera quieſcens præcedat, ſubſcribitur pariter و ſi hamzat habeat dzhammum, & ى ſi habeat kaſrum, vt أَوُبٌ *paſcua*, دَائِرَةٌ *circulus*, دُئِلٌ *nomen tribus*.

Aliquando demum eſt ل, & tunc nullam patitur mutationem, atque ſignum tantummodo ſine eliph apponitur, vt شَيْءٌ *res*, quod ſi poſt ل aliqua aduentitia adiungatur, tunc in hamzat obſeruanda ſunt, quę obſeruanda eſſe diximus, quādo eſt ع, ſiue media, vt شَيْآنِ, & شَيْئَيْنِ *dua res*, شَيْؤُهُ *res eius*, مِنْ شَيْئِهِ *ex re ſua*.

# CAPVT SEPTIMVM.

## De Figura, ſeu Forma, tertio Nominis accidente.

EXPLICATIS iam Numero, & Qualitate partium, quibus nomina conſtant, perquirenda ſequitur eorundem Figura, uel Forma, quę ex huiuſmodi partibus diuerſo pacto motis, vel quieſcentibus manat. Hanc autem explicabimus in pręſenti capite, prout ſe habet in nominibus declinabilibus non deriuatis; nam peculiares indeclinabilium, ac deriuatorum formę ſuis ſingulę locis tradendę ſunt.

Huiuſmodi autem, quę non deriuantur nomina in nouem, diſtinctionis gratia, libuit diſtribuere claſſes, cuiuſmodi ſunt.

1 Ternaria pura.
2 Ternaria habentia aliquid adiunctum in fine.
3 Ternaria habentia aliquid adiunctum in medio.
4 Ternaria habentia aliquid adiunctum in medio, & in fine.
5 Quaternaria pura.
6 Quaternaria habentia quid adiunctum in fine.
7 Quaternaria habentia quid adiunctum in medio.
8 Quinaria pura.
9 Quinaria aliquid ſimile adiunctum habentia.

## Formæ Nominum primæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعْلٌ | vt | فَلْسٌ | Denarius. |
| فَعَلٌ | | مَطَرٌ | Pluuia. |
| فَعُلٌ | | رَجُلٌ | Vir. |
| فِعْلٌ | | جِلْدٌ | Pellis. |
| فَعِلٌ | | كَبِدٌ | Iecur. |
| فُعْلٌ | | رُمْحٌ | Haſta. |
| فُعَلٌ | | صُرَدٌ | Nubecula. |
| فِعِلٌ | | إِبِلٌ | Camelus. |
| فُعُلٌ | | عُنُقٌ | Collum, ſeu fauces. |
| فُعِلٌ | | دُئِلٌ | Nomen tribus. |

Hę quidem ſunt frequentiores, & vſitatiſſimę formę, in quibus facilius obſeruare licet diuerſitatem imperfectorum quoad immiſſionem, & conuerſionem, vt ſupra diximus, vt رَبٌّ *Dominus*, pro رَبْبٌ ، شَىٌّ pro شَوْىٌ *aſſatio*, ad inſtar فَعْلٌ Item

Item بَابٌ *porta*, pro بَوَبٌ, & عَصًا *baculus*, pro عَصَوٌ, & رَاسٌ *caput*, pro رَأْسٌ ad inſtar فَعَلٌ, & دُيِلٌ *nomen populi*, pro دُأِلٌ.

## Formæ Nominum ſecundæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعْلَةٌ | vt | قَصْعَةٌ | Scutella lignea. |
| فِعْلَةٌ | | سِدْرَةٌ | Malum punicum. |
| فُعْلَةٌ | | جُمْلَةٌ | Summa. |
| فَعَلَةٌ | | شَجَرَةٌ | Arbor. |
| فِعَلَةٌ | | وِرْثَةٌ | Hereditas. |
| فُعَلَةٌ | | وُجَلَةٌ | Verecundia. |
| فِعَلَةٌ | | دِمَثَةٌ | Perpetuitas. |
| فُعْلَى | | بُشْرَى | Nuncium. |
| فِعْلَى | | ذِكْرَى | Recordatio. |
| فَعْلَآءُ | | صَحْرَآءُ | Ager. |
| فُعْلَآءُ | | دُنْيَآءُ | Mundus. |

For-

## Formæ nominum tertiæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَاعَلٌ | | طَابَقٌ | Sartago. |
| فَاعِلٌ | | دَانِقٌ | Ponderis genus. |
| فُوعْلٌ | | لُؤْلُؤٌ | Margarita. |
| فَعَالٌ | | سَلَامٌ | Pax, ſalus. |
| فُعَالٌ | | غُلَامٌ | Seruus. |
| فِعَالٌ | | قِتَالٌ | Prœlium, certamen. |
| فَعُولٌ | | رَقُودٌ | Cadus. |
| فَعِيلٌ | | طَرِيقٌ | Via. |
| فِعْوَلٌ | vt | جِهْوَلٌ | Ignorantia. |
| فُعَّيْلٌ | | جُمَّيْزٌ | Sycomorus. |
| فِعِّيلٌ | | عِنِّينٌ | Impotens coitu. |
| فُعُولٌ | | خُرُوجٌ | Exitus. |
| فَاعُولٌ | | جَامُوسٌ | Rhinoceros. |
| فَاعِيلٌ | | وَاصِيلٌ | Vrſus. |
| فِيعَالٌ | | دِيبَاجٌ | Genus veſtis. |
| فِيعُولٌ | | قِيرُوطٌ | Emplaſtri genus. |

Ha-

Harum autem formarum tertia,quarta,quinta, ſexta, ſeptima,& vndecima frebuentiores ſunt.Atque notandum quod ſi ل fuerit infirma poſt eliph in hamzat conuertitur, vt دُعَاءٌ, pro دُعَاوٌ *oratio*, poſt ى vero in ى conuertitur, atque ambę in vnũ coeunt, vt صَبِىٌّ pro صَبِيىٌ *puer*, poſt و vero regulariter etiã in و conuertitur,ſi non ſit,atque ambę in vnum coeunt,vt عَدُوٌّ *inimicus*, pro عَدُوُوٌ vel عَدُوِىٌ , vt alij volunt.

## Formæ Nominum quartæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَاعَلَةٌ | vt | رَاظَبَهٌ | Perſeuerantia, ſedulitas. |
| فَاعِلَةٌ | | كَاثِبَةٌ | Pars colli equi. |
| فِعَالَةٌ | | رِسَالَةٌ | Epiſtola. |
| فَعُولَةٌ | | حَمُولَةٌ | Camela edentula. |
| فَعِيلَةٌ | | سَبِيلَةٌ | Semita. |
| فُعِيلَةٌ | | حُرِيقَةٌ | Res combuſta. |
| فُعَيْلَةٌ | | أُمَيَّةٌ | Nomen tribus. |
| فَعَالَةٌ | | سَحَابَةٌ | Nubes. |
| فُعَالَةٌ | | حُسَاكَةٌ | Vindicta. |

Hic

Hic pariter notandum, quod ل dum infirma fuerit poſt ى pariter conuertitur, & immittitur, vt أُمَيَّة pro أُمَيْيَة *nomen tribus*, & غُنَيَّة *quodam oppidum*, pro غُنَيْيَة, atque proportionaliter iudicandum quando ſequitur poſt و.

## Formæ Nominum quintæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعْلَلٌ | vt | عَقْرَبٌ | Scorpio. خَنْدَقٌ Torrens. |
| فِعَلَّلٌ | | قِمَطْرٌ | Ira, tribulatio, anguſtia. |
| فُعْلُلٌ | | جُخْدُبٌ | Curuitas. |
| فِعْلَلٌ | | دِرْهَمٌ | Drahma. |
| فِعْلِلٌ | | زِبْرِجٌ | Smaragdus. |
| فِعَلْلٌ | | دِمَقْسٌ | Genus veſtis. |
| فُعْلَلٌ | | جُنْدَبٌ | Bruchus. |

## Formæ Nominum ſextæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعْلَلَةٌ | vt | فَلْسَفَةٌ | Philoſophia. |
| فَعْلُولَةٌ | | قَلُوسَةٌ | Ouina, aut caprina pellis. |
| فَعَلْلُوَةٌ | | قَلَنْسُوَةٌ | Pileus, galerus. |

For-

## Formæ Nominum ſeptimæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فِعْلَالٌ | | قِرْطَاسٌ | Carta. |
| فُعْلَالٌ | | سُلْطَانٌ | Imperator. |
| فَعْلَالٌ | | شَيْطَانٌ | Satanas. |
| فَعْلِيلٌ | | قَنْدِيلٌ | Lucerna. |
| فِعْلِيلٌ | vt | إِبْلِيسٌ | Diabolus. |
| فَعْلُولٌ | | عَصْفُورٌ | Paſſer. |
| فَعَلُولٌ | | خَلَزُونٌ | Labyrinthus. |
| فُعْلُولٌ | | عُنْقُودٌ | Racemus, botrus. |

## Formæ Nominum octauæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعَلَّلٌ | | سَفَرْجَلٌ | Malum cydonium. |
| فَعْلَلِلٌ | | جَحْمَرِشٌ | Mixtura. |
| فُعَلِّلٌ | vt | قُذَعْمِلٌ | Coma mulierum texta. |
| فِعْلَلٌّ | | قِرْطَعْبٌ | Ineptus. |
| فَعَلُّلٌ | | لَبَرُّسْكٌ | Labruſca. |

## Formæ Nominum nonæ claſſis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَنْعَلِيلٌ | vt | زَنْجَبِيلٌ | Zinziber. |
| فَنْعَلُولٌ | | عَنْكَبُوتٌ | Aranea. |
| | | حَنْدَقُوقٌ | Quędam planta. |

# CAPVT OCTAVVM.

## De Genere, quarto Nominis Accidente.

GENVS Nominum duplex eſt مُذَكَّرٌ i. *maſculinum*, & مُؤَنَّثٌ *femininum*.

Maſculini generis eſt illud nomen, in quo nullum reperitur fœminini ſignum, nec expreſsè, nec putatiuè, nec virtualiter, vt de fœminino mox dicetur, veluti رَجُلٌ *homo*, فَرَسٌ *equus*, جِسْمٌ *corpus*.

Fœminini autem generis eſt illud nomen, in quo ſignum aliquod fœmininum reperitur, vel expreſsè, vel putatiuè, vel virtualiter. Signa quidem tria ſunt. Primum, ac principale eſt ة. Secundum eſt hamzat poſt eliph quieſcentem, quod proinde vocant eliph productum, ſiue longum. Tertium eſt eliph quieſcens ſolum, quod vocant eliph correptum, ſiue breue, atque in fine nominis perpetuò per ى ſcribitur; ſed vbi aliquid adiūgitur, veram eliph formam aſſumit, vt præcedenti cap. in ſimili diximus, veluti طَلْحَةُ *Talhhata*, nomen mulieris proprium, ظُلْمَةٌ *tenebræ*, صَحْرَاءُ *ager*, بُشْرَى *bonum nuncium*. Sed ſignum ة aliquando putatiuè tantùm dicitur adeſſe, cuiuſmodi ſunt nomina fœminina quaternaria carentia huiuſmodi ſignis, in his enim quartam litteram vices ſigni ة gerere aiunt Arabes,

bes, vt عَقْرَبٌ *ſcorpio*, ذِرَاعٌ *brachium*, زَيْنَبُ *zainaba*, nomen proprium mulieris.

Quandoque autem ة nullo modo adeſt, ſed tantum virtualiter latere dicitur in nomine, cũ .ſ. ternaria ſunt, vt هِنْدٌ *Hinda*, قَدَمٌ, & رِجْلٌ *pes*. Huiuſmodi autem nomina dignoſcentur ex pluribus.

Primò cum fuerint nomina mulierum, vt هِنْدٌ *Hinda*, زَيْنَبُ *Zainaba*; vel aliorum quorumlibet fœminei ſexus animantiũ, vt دَجَاجٌ *gallina*, vel cum ſolis fœminei ſexus animantibus conueniunt, vt أُمٌّ *mater*, أُخْتٌ *ſoror*, عَرُوسٌ *ſponſa*.

Secundo cum fuerint nomina Regionum, prouinciarum, & vrbium, hæc enim omnia licet fœmininum ſignum non habuerint, tamen fœminina ſunt, vt بَغْدَادُ *Babylonia*, مِصْرُ *Aegyptus*, &c.

Tertio fœminina cenſenda ſunt nomina omnia geminorum membrorum corporis, vt

عَيْنٌ oculus, يَدٌ manus, رِجْلٌ pes, أُذُنٌ auris, ذِرَاعٌ brachium, سَاقٌ perna, رُكْبَةٌ crus.

Præter quæ tandem nonnulla ſunt alia fœminina nomina, quæ certa regula præſcribi nequeunt, vnde سَمَاعِيَّةٌ i. *audibilia* dicuntur, quaſi quod ſingillatim audiri debeant, non autem vna communi regula comprehendi, vt

سَمَاءٌ cælum, شَمْسٌ ſol, نَارٌ ignis, أَرْضٌ terra, دَارٌ domus, جَحِيمٌ infernus.

Et alia pariter quamplura, quæ dignoſci poterunt ex diminutiuis eorum; nam in his omnibus, vt inf. c. 10. dicemus, cum ternaria fuerint ; expreſsè apparet : vel facilè vniuerſaliter dignoſcentur tam quaternaria, quam ternaria, vel alia quæcumque ex verbis fœmininis, quæ cum ipſis in oratione concordant; vel ex adiectiuis eorum fœmininis, vel relatiuis, aut adiunctis alijs quibuſcumque, quæ fęminini generis indicia præbent.

Diuiditur proinde fęmininum genus in مَعْنَوِيّ ideſt ( vt ad verbũ dicamus) *ſignificatile*, & in لَفْظِيّ *prolatile*, ſeu in حَقِيقِيّ *verum*, & غير حقيقي *non uerum*. Fęminini generis veri, ſeu ſignificatilis, ſunt nomina rerũ, quibus eſt mas in animantib. vt طَلْحَةُ *Talbhata*, & هِنْدٌ *Hinda*, نَاقَةٌ *camela*.

Fęminini autem generis non veri, ſunt nomina reliquarum rerum, in quibus ſignum tantùm actuale, vel putatiuum, vel virtuale, non autem ratio fęminini generis reperitur, vt ذِرَاعٌ *brachium*, شَمْسٌ *ſol*, ظُلْمَةٌ *tenebræ*.

Atque poſtremo notandum quædam nomina vtrumque complecti genus, atque communia dici poſſe, quæ adiectiua cum ſint, explicabuntur infra; atque ſunt inſuper alia, quibus vtroque modo ad libitum licet vti, vt ſunt nomina litterarum الأَلِفُ *Elipb*, البَآءُ *Be*, &c. Item ſubſtantiua alia, vt حَالٌ *diſpoſitio*, quæ vt maſculina interdum, aliquando etiam vſurpantur vt fęminina, ſed rariſſima ſunt.

CAP.

# CAPVT NONVM.

## De Numero, quinto Nominis accidente.

NVMERO triplex eſt nomen مُفْرَدٌ i. *ſingulare*, مُثَنًّى *duale*, & مَجْمُوعٌ *plurale*.

Singulare erit nomen cum in eo non apparuerint ſigna dualis, vel pluralis, quæ inferius tradentur.

Duale autem formatur à ſingulari phathata vltima, adiectiſq. eliph quieſcenti, & ن cheſrata, vt رَجُلٌ *homo*, رَجُلَانِ *duo homines*, غُلَامٌ *ſeruus*, غُلَامَانِ *duo ſerui*. In qua formatione obſeruandi ſunt hi canones.

Primò, ſi vltima ſingularis nominis dempta ſit, vt أَبٌ pro أَبُو *pater*, قَاضٍ pro قَاضِيٌ *iudex*: pro duali formando reuertetur, vt أَبَوَانِ *duo patres*, قَاضِيَانِ *duo iudices*.

Secundò, ſi vltima ſingularis fuerit ة, vt مَرْأَةٌ *mulier*, pro duali vertetur in ت, vt مَرْأَتَانِ *duæ mulieres*, جَنَّةٌ *hortus*, جَنَّتَانِ *duo horti*. Exceptis dualibus خُصْيَانِ *duo teſtes*, & أَلْيَانِ *duæ nates*, in quibus formandis aufertur omnino ة ſingularium خُصْيَةٌ & أَلْيَةٌ

Tertiò, ſi in fine ſingularis reperiatur eliph mutata ex و vt

عصا

عَصًا , vel ex ى vt رَحًى vertetur in originalem litteram, ſi nomen ternarium fuerit, vt عَصَوَانِ *duo baculi*, رَحَيَانِ *duæ molæ*. Si vero nomen pluſquam ternarium fuerit, tunc eliph non vertetur, niſi in ى, ſiue mutata fuerit ex ى, vt مُصْطَفَى *electus*, مُصْطَفَيَانِ *duo electi*, ſiue ex و vt مُعْطَى pro مُعْطَوٌ *donatus*, مُعْطَيَانِ *duo donati*, ſiue fuerit addita ob fœmininum genus efformandum, vt حُبْلَى *grauida*, حُبْلَيَانِ *duæ grauidæ*. Siue tandem adiuncta fuerit abſque intento efformandi deriuatum aliquod, fueritq. merè abundans, ut حُبَارَى *gradipes*, quędam auis, حُبَارَيَانِ duæ eiuſmodi aues.

Quartò, ſi in fine nominis ſingularis reperiatur hamzat poſt eliph productionis, tunc, ſi hamzat fuerit trũcale, manebit etiã in duali, ut قُرَّاءٌ *deuotus*, قُرَّاءَانِ *duo deuoti*; ſi autem fuerit additum pro genere fęminino, pro duali uertetur in و, ut حَمْرَاءُ *rubicunda*, حَمْرَاوَانِ *duæ rubicundæ*. Si uero mutatum fuerit ex aliqua truncali, tunc in duali manere poterit, uel in و conuerti, ut كِسَاءٌ pro كِسَاوٌ *indumentum*, كِسَاءَانِ uel كِسَاوَانِ *duo indumenta*.

Quintò, ſi ultima ſingularis fuerit ى quieſcens poſt Keſrũ, in duali mouebitur, ut اَلْقَاضِى *index*, اَلْقَاضِيَانِ *duo indices*.

Plura-

Plurale autem nomen eſt duplex مُصَحَّح i. *ſanatum*, ſeu ſanũ, & مُكَسَّر *fractum*.

Sanum cum eſt maſculinum formatur a ſingulari dhzammata ultima, adiectiſq. و quieſcenti, & ن phathata, ut ex زَيْدٌ *zaidus*, زَيْدُونَ *zaidi*, مُسْلِمٌ *ſaluatus*, مُسْلِمُونَ *ſaluati*. In qua formatione obſeruandum, quod ſi ultima ſingularis fuerit ي quieſcens, reijcitur ي, atque dzhammabitur præcedens, ut أَلْقَاضِي *iudex*, أَلْقَاضُونَ *iudices*. Si uero ultima fuerit eliph, reijcietur quidem eliph, atque præcedens relinquetur phathata, ut مُصْطَفَى *electus*, مُصْطَفَوْنَ *electi*.

Plurale autem fœmininũ ſanum formatur adiectis eliph quieſcente, & ت dzhammata, uel cheſrata, iuxta uarietatem caſus, de quo infra dicetur, ut هِنْدٌ H*inda*, nomen mulieris, هِنْدَاتٌ H*inda*. In qua formatione obſeruandi ſunt hi canones.

Primo reijcitur ة de ſingulari, cum aderit, ut مُسْلِمَةٌ *fidelis*, مُسْلِمَاتٌ *fideles*, جَنَّةٌ *hortus*, جَنَّاتٌ *horti*.

Secundo ſi ſingulare fuerit ſubſtantiuum non uacuum, ſeu nõ infirmum ع, iuxta formam فَعْلَةٌ, uel فَعْلٌ habens ف phathatam, & ع quieſcentem, tunc in plurali ع phathanda erit, ut تَمْرَةٌ *fructus*, تَمَرَاتٌ *fructus* plur. دَعْدٌ *Daada*, nomen mulieris, دَعَدَاتٌ D*aale*. iuxta formam uero فُعْلَةٌ, uel فِعْلَةٌ, item فُعْلٌ, & فِعْلٌ habens dzhammatam, uel cheſratã ف, habebit plurale tripliciter; nam ع poterit phathari, ut dictum

ctum eſt, uel quieſcere, uel motione præcedentis ف moueri, ut جُلْبَةٌ *ventus*, جُلُبَاتٌ & ,جُلْبَاتٌ & ,جَلَبَاتٌ *venti.* جُمْرَةٌ *Giſira.* nomen mulieris, جُمُرَاتٌ , & جُمْرَاتٌ , & جُمَرَاتٌ *Giumra*; itē سِدْرَةٌ *malum punicum*, سِدَرَاتٌ & ,سِدْرَاتٌ & ,سِدِرَاتٌ *mala punica.* هِنْدٌ *Hinda*, هِنَدَاتٌ & ,هِنْدَاتٌ & ,هِنِدَاتٌ *Hindæ* : Si autem nomen iuxta eaſdem formas fuerit adiectiuum, ut ضَخْمَةٌ, uel uacuum, ut بَيْضَةٌ *ouum*, plurale ſemper habebit ع quieſcentem, ut ضَخْمَاتٌ , بَيْضَاتٌ . Hæc autem pluralia ſana non ſic indifferenter à quolibet ſingulari formantur, ſed quibuſdam legibus, & conditionibus.

Ad formandum ergo plurale ſanum maſculinum duo requiruntur, dum nomen fuerit ſubſtantiuum. Primum eſt, ut ſit nomen proprium. Secundum, ut ſit proprium perſonarum rationalium, ut ex زَيْدٌ *Zaidus*, زَيْدُونَ *plures Zaidi*, خَالِدٌ *Hbaledus*, خَالِدُونَ *Hbaledi*, بَكْرٌ *Bacrus*, بَكْرُونَ *Bacri*. Non autem à nominibus appellatiuis, uel proprijs aliarum rerum perſonalitate, ſiue ratione carentium plurale ſanum efformari poteſt. Vnde à ſingularibus رَجُلٌ *homo*, & أَعْوَجُ *Aauag*, nomen proprium equi; non dicitur رَجُلُونَ ob defectum proprietatis, nec أَعْوَجُونَ ob defectum perſonalitatis; ſed ex his ſingularibus pluralia formantur fracta, ut رِجَالٌ *homines*, أَعَاوِجُ de quibus poſtea dicemus. Excipiuntur tamen è primo requiſito aliqua nomina, ut بَنُونَ *filij*, &c. أَبُونَ *patres*, &c.

Dum

Dum vero nomen maſculinum fuerit adiectiuum, plures exigit conditiones, vt ſanè plurificetur, videlicet:

Primò, vt dicatur de perſonis rationabilibus, vt مُسْلِمُونَ *ſal uati*, فَارِحُونَ *gaudentes*. Vnde ex ſingulari كُمَيْتٌ *caſtagno*, quod propriè dicitur de brutis, non dicetur كُمَيْتُونَ.

Secundò, vt ſi ſit iuxta menſuram أَفْعَلُ eius fœmininum nō ſit iuxta menſuram فَعْلَاءُ. Vnde in أَحْمَرُ *rubicundus*, cuius fœmininum eſt حَمْرَاءُ *rubicunda*, in plurali dici non poterit أَحْمَرُونَ, vel ſi ſit ad inſtar فَعْلَانُ, eius fœmininum non ſit iuxta formam فُعْلَى. Vnde in سَكْرَانُ, cuius fœmininum eſt سَكْرَى, non dicetur سَكْرَانُونَ. Sed in أَفْضَلُ *excellens*, cuius fœmininnm eſt فُضْلَى, & in نَدْمَانُ cuius fœmininum eſt نَدْمَانَةٌ, in plurali dicetur أَفْضَلُونَ *excellentes*, & نَدْمَانُونَ *pœnitentes*. At vero in أَحْمَرُ *rubicundus*, & in سَكْرَانُ *ebrius*, dicetur حُمْرٌ, vel أَحَامِرُ *rubicundi*, & سُكَارَى *ebrij*, quæ ſunt pluralia fracta, de quibus infra dicetur.

Tertiò, vt non ſit generis communis, vt صَبُورٌ *patiens*, جَرِيحٌ *vulneratus*, & *vulnerata*. Vnde in plurali iſtorum non dicetur صَبُورُونَ, nec جَرِيحُونَ, ſed صُبُرٌ, & جَرْحَى, quæ etiam ſunt generis communis, & fracta.

Quartò, vt non habeat annexum ة fœmininum, vt مَعْرِفَةٌ

*notus*, ſiue determinatus, نَكِرَةٌ *indeterminatus*, ſiue vagus, عَلَامَةٌ *inſignis*, hæc enim vel plurificantur fractè, vt مَعَارِفٌ vel ad inſtar pluralis fœminini ſani, vt نَكِرَاتٌ & عَلَامَاتٌ.

Sed plurale ſanum fęmininum hanc tantum exigit conditionem, vt nimirum ſi adiectiuum fuerit, habeat maſculinum, cuius plurale ſanum ſit; vel ſi maſculinum non habeat, ſaltem non careat ة. Vnde in فُضْلَى *excellens*, dicetur فُضْلَوَاتٌ *excellentes*, quoniam in eius maſculino أَفْضَلُ dicitur in plurali أَفْضَلُونَ *excellentes*, & in حَايِضَةٌ *menſtruata*, dicetur حَايِضَاتٌ *menſtruatæ*, quia licet maſculinum non habeat, habet tamen ة. At vero in حَمْرَاءُ non dicetur حَمْرَاوَاتٌ cum nec in eius maſculino أَحْمَرُ dicatur أَحْمَرُونَ, vt dictum eſt, ſed dicetur حُمَارَى vel حُمْرٌ: neque in حُبْلَى *grauida*, dicetur حُبْلَوَاتٌ cum nec maſculinum habeat, nec ة fęmininum, ſed dicetur حُبَالٌ. Si vero fœmininum nomen ſubſtantiuum fuerit, non habetur ratio conditionis vllius, ſed diuerſimodè plurificatur, quandoq. ſanè, quandoq. fractè, vt proinde eius pluralia etiam سُمَاعِيَّةٌ i. *audibilia*, à pleriſque dicantur.

Plurale autem fractum eſt omne aliud à ſano diuerſum, quod ſex modis formatur à ſingulari.

Primo per additionem abſque mutatione formæ, vt صِنْوٌ *lucus, nemus*, صِنْوَانٌ.

Secundò, per detractionem abſque mutatione formæ, vt

vt تُخَمَةٌ *indigeſtio, nauſea,* تُخَمٌ.

Tertiò per mutationem ſolius formæ abſque additione, vel detractione, vt أَسَدٌ *leo*, أُسْدٌ *leones.*

Quartò per additionem, ac mutationem formæ, vt رَجُلٌ *homo*, رِجَالٌ *homines.*

Quintò per detractionem, ac mutationem formæ, vt رَسُولٌ *miſſus*, ſiue Apoſtolus, رُسُلٌ *miſſi.*

Sexto per additionem ſimul, ac detractionem, ac pariter per mutationem formæ, vt غُلَامٌ *ſeruus*, غِلْمَانٌ *ſerui.*

Sed tam additio, quam detractio, ac mutatio formæ multifariam accidunt, ac proinde quamplures excreſcunt pluraliũ huiuſmodi formæ, quæ quidem tam variæ, atque incertæ ſunt, vt ferè nulla ſit forma ſingularis, cui peculiaris, ac certa pluralis forma reſpondeat. Nam frequentiſſimè nomina in eadẽ quoque ſingularis forma conueniunt, diuerſas autem ſibi poſtea vendicant formas pluralium. Quinimmo ſæpiſſimè idem penitus ſingulare nomen plures ſimul, ac varias induit pluralium formas, vt proinde res hæc ſit vſu potius, quam lege aliqua perdiſcenda. Verumtamen omiſſis pluralibus nominum adiectiuorũm, quæ cum à verbo dependeant, infra capite 20. explicanda ſunt. Afferemus modo formas pluralium, quæ frequentiùs deriuantur à ſingularibus ſubſtantiuis, ſiue maſculinis, ſiue fœmininis, ſiue puris, ſiue additis, cuiuſmodi ſunt vndetriginta, videlicet.

| Forma | Pluralis | | | Singularis |
|---|---|---|---|---|
| فِعَالٌ | رِجَالٌ | Homines. | ex | رَجُلٌ |
| | جِمَالٌ | Cameli. | | جَمَلٌ |
| | كِلَابٌ | Canes. | | كَلْبٌ |
| | رِمَاحٌ | Haſtæ. | | رُمْحٌ |
| | بِيَارٌ | Putei. | | بِيرٌ |
| | قِصَاعٌ | Paropſides. | | قَصْعَةٌ |
| | رِقَابٌ | Colla. | | رَقَبَةٌ |

| Forma | Pluralis | | | Singularis |
|---|---|---|---|---|
| فُعُولٌ | فُلُوسٌ | Denarij. | ex | فَلْسٌ |
| | أُسُودٌ | Leones. | | أَسَدٌ |
| | كُبُودٌ | Iecora. | | كَبِدٌ |
| | جُنُودٌ | Gentes, exercitus. | | جُنْدٌ |
| | عُرُوقٌ | Venæ. | | عِرْقٌ |

فعيل

| Forma | Pluralis | | | Singularis |
|---|---|---|---|---|
| فَعِيلٌ | عَبِيدٌ | Serui. | ex | عَبْدٌ |
| | ضَرِيسٌ | Dentes. | | ضِرْسٌ |

| Forma | Pluralis | | | Singularis |
|---|---|---|---|---|
| أَفْعُلٌ | أَفْلُسٌ | Denarij. | ex | فَلْسٌ |
| | أَرْكُنٌ | Columnæ. | | رُكْنٌ |
| | أَضْلُعٌ | Coſtæ, latera. | | ضِلْعٌ |
| | أَزْمُنٌ | Tempora. | | زَمَانٌ |
| | أَذْرُعٌ | Brachia. | | ذِرَاعٌ |
| | أَيْمُنٌ | Dexteræ. | | يَمِينٌ |
| | أَعْقُبٌ | Poſteriora. | | عَقِبٌ |
| | أَعْنُقٌ | Fauces. | | عُنُقٌ |

افعال

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| أَفْعَالٌ | أَفْرَاسٌ | Equi | ex | فَرَسٌ |
| أَفْعَالٌ | آبَالٌ | Cameli. | ex | إِبِلٌ |
| أَفْعَالٌ | أَجْنَادٌ | Gentes. | ex | جُنْدٌ |
| أَفْعَالٌ | أَرْطَابٌ | Dactyli recentes. | ex | رُطَبٌ |
| أَفْعَالٌ | أَزْنَادٌ | Quædam membra. | ex | زَنْدٌ |
| أَفْعَالٌ | أَعْنَاقٌ | Fauces. | ex | عُنُقٌ |
| أَفْعَالٌ | أَعْضَادٌ | Lacerti. | ex | عَضُدٌ |
| أَفْعَالٌ | أَكْبَادٌ | Iecora. | ex | كَبِدٌ |
| أَفْعَالٌ | آيَالٌ | Cerui. | ex | أَيْلٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| أَفْعِلَةٌ | أَغْلِمَةٌ | Serui. | ex | غُلَامٌ |
| أَفْعِلَةٌ | أَزْمِنَةٌ | Tempora. | ex | زَمَانٌ |
| أَفْعِلَةٌ | أَسْوِرَةٌ | Armillæ. | ex | سِوَارٌ |
| أَفْعِلَةٌ | أَعْمِدَةٌ | Columnæ. | ex | عَمُودٌ |
| أَفْعِلَةٌ | أَرْغِفَةٌ | Placentæ. | ex | رَغِيفٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فِعْلَةٌ | فِتْيَةٌ | Puelli. | ex | فَتًى |
| | إِخْوَةٌ | Fratres. | | أَخٌ |
| | صِبْيَةٌ | Pueri. | | صَبِيٌّ |
| | رِجْلَةٌ | Pedes. | | رِجْلٌ |
| | غِصْنَةٌ | Rami. | | غُصْنٌ |
| | غِلْمَةٌ | Serui. | | غُلَامٌ |
| | غِزْلَةٌ | Cerui. | | غَزَالٌ |
| | شِيخَةٌ | Senes. | | شَيْخٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَلَةٌ | حَبَبَةٌ | Segetes. | ex | حَبٌّ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فِعَلَةٌ | كِوَزَةٌ | Vaſcula. | ex | كُوزٌ |
| | زِوَجَةٌ | Mariti. | | زَوْجٌ |
| | قِرَدَةٌ | Simiæ. | | قِرْدٌ |

فعلة

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فُعَلَةٌ | عُدَدَةٌ | Munitiones. | ex | عِدَّةٌ |
| فُعُولَةٌ | بُعُولَةٌ | Mariti. | ex | بَعْلٌ |
| فُعُولَةٌ | حُمُولَةٌ | Onera. | ex | حَمْلٌ |
| فِعَالَةٌ | جِمَالَةٌ | Cameli. | ex | جَمَلٌ |
| فِعْلَانٌ | غِرْبَانٌ | Coturnices. | ex | غُرَابٌ |
| | رِغْفَانٌ | Placentæ. | | رَغِيفٌ |
| | ثِيرَانٌ | Tauri. | | ثَوْرٌ |
| | عِيدَانٌ | Baculi. | | عُودٌ |
| | عِيدَانٌ | Feſta. | | عِيدٌ |
| | صِرْدَانٌ | Nubeculæ. | | صُرَدٌ |
| | تِيجَانٌ | Coronæ. | | تَاجٌ |
| | جِمْلَانٌ | Cameli. | | جَمَلٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فُعْلَانٌ | سُقْفَانٌ | Tecta. | ex | سَقْفٌ |
| | بُلْدَانٌ | Regiones, prouincię | | بَلَدٌ |
| فُعْلٌ | أُسْدٌ | Leones. | ex | أَسَدٌ |
| فُعُلٌ | نُمُرٌ | Pardi. | ex | نَمِرٌ |
| | أُسُدٌ | Leones. | | أَسَدٌ |
| | كُتُبٌ | Libri. | | كِتَابٌ |
| | عُمُدٌ | Columnæ. | | عَمُودٌ |
| | طُرُقٌ | Viæ. | | طَرِيقٌ |
| | بُسُرٌ | Dactyli virides. | | بُسْرَةٌ |
| | سُبُلٌ | Semitæ. | | سَبِيلَةٌ |
| فُعَلٌ | تُخَمٌ | Satietates. | ex | تُخَمَةٌ |
| فِعَلٌ | قِرَبٌ | Vtres. | ex | قِرْبَةٌ |
| | كِسَرٌ | Fractiones. | | كِسْرَةٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَلٌ | ثَمَرٌ | Fructus. | ex | ثَمَرَةٌ |
| فَوَاعِلُ | طَوَابِقُ | Sartagines. | ex | طَابَقٌ |
| | دَوَانِقُ | Ponderum genera. | | دَانِقٌ |
| فَعَايِلُ | سَعَايِدُ | Saidę, propriũ mulier. | ex | سَعِيدٌ |
| | شَمَايِلُ | Siniſtræ. | | شَمَالٌ |
| | عَقَايِبُ | Calcanei. | | عُقَابٌ |
| | شَمَايِلُ | Siniſtræ. | | شِمَالٌ |
| | عَجَايِزُ | Vetulæ. | | عَجُوزٌ |
| | صَحَايِفُ | Paginæ. | | صَحِيفَةٌ |
| | سَحَايِبُ | Nubes. | | سَحَابَةٌ |
| | حَسَايِكُ | Vindictæ. | | حُسَاكَةٌ |
| | رَسَايِلُ | Epiſtolæ. | | رِسَالَةٌ |

فعلى

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَالَى | صَحَارَى | Agri. | ex | صَحْرَاءُ |
| | عَذَارَى | Virgines. | | عَذْرَاءُ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَالِلُ | خَنَادِقُ | Torrentes. | ex | خَنْدَقٌ |
| | دَرَاهِمُ | Drachmæ. | | دِرْهَمٌ |
| | قَمَاطِرُ | Anguſtiæ, præſſuræ. | | قِمَطْرٌ |
| | حَجَادِبُ | Curuitates. | | حُجْدُبٌ |
| | زَبَارِجُ | Smaragdi. | | زِبْرِجٌ |
| | دَمَاقِسُ | Veſtes. | | دِمَقْسٌ |
| | حَنَادِبُ | Bruchi. | | حُنْدُبٌ |

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعَالِلَةٌ | أَبَالِسَةٌ | Diaboli. | إِبْلِيسٌ |
| | أَسَاقِفَةٌ | Epiſcopi. | أُسْقُفٌ |
| | تَلَامِذَةٌ | Diſcipuli. | تِلْمِيذٌ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَالِيلٌ | سَلَاطِين | Imperatores. | ex | سُلْطَان |
| | شَيَاطِين | Satanæ. | | شَيْطَان |
| | قَرَاطِيس | Chartæ. | | قِرْطَاس |
| | عَنَاقِيد | Racemi. | | عُنْقُود |
| | عَرَاقِيب | Calcanei. | | عُرْقُوب |
| | حَلَازِين | Labyrinthi. | | حَلَزُون |
| | قَنَادِيل | Candelæ. | | قِنْدِيل |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| أَفَاعِلُ | أَكَالِبُ | Canes. | ex | كِلَاب | ex | كَلْب |
| | أَسَاوِرُ | Armillæ. | | أَسْوِرَة | | سِوَار |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| أَفَاعِيل | أَنَاعِيم | Bruta. | ex | أَنْعَام | ex | نعم |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| فِعَالَات | رِجَالَات | Homines. | ex | رِجَال | ex | رَجُل |
| | جِمَالَات | Cameli. | | أَجْمَال | | جَمَل |

Prima

Prima ergo فِعَال deriuatur vtplurimum à ſingularibus aliquibus primæ claſsis non infirmis vltima, vt فَعْل فَعَل فُعْل فِعْل فُعُل, rarius autem à فَعَلَة, & فَعَلَة ſecundæ claſſis. Atque in his omnibus, cum nomen fuerit vacuum, و in ى cõuertitur ob præcedentem Keſrum, vt ثَوْب *veſtis*, ثِيَاب *veſtes*. Si vero fuerit defectiuum, ل in hamzat conuertitur, vt نِسَاء *mulieres*, pro نِسَاو. Non tamen exiſtimandum eſt omnia ſingularia iuxta prædictas formas ſic plurificari; nam, vt ſupra diximus, atque ex præcedentibus exemplis conſtat, ſæpe ſingularia huiuſmodi ab hac plurali forma degenerant; quod & de cæteris formis intelligendum eſt, atque vſu, & ex vocabularijs omnino diſcendum.

Secunda فُعُول ſimiliter prouenit ab aliquibus ſingularibus primæ claſſis vltima non infirmis, vt exemplis appoſitis patet. At vero ſi ع fuerit hamzat, profertur quidem, ac remanet ſignum, ſed و loco eliph ſupponitur, vt رُؤُوس *capita*, pro رُأُوس ex رَأْس pro رَاس, ad inſtar فَعْل. Sic etiam è contra, dum ع eſt و, aſſumit pariter ſignum hamzat, ac inſtar eliph hamzatæ profertur, vt ex سُوق *platea*, سُؤُوق *platea*.

Tertia فِعَلَة à ſingularibus primæ claſſis pariter manat, ſed non eſt adeo frequens.

Quarta أَفْعَل Primo fit a ſingularibus aliquibus primæ claſſis, non tamen vacuis, hæc enim frequentius quintam figuram أَفْعَال aſſumunt, vt رُوح *ſpiritus*, أَرْوَاح plural. رِيح *ventus*, ارياح.

أَرْيَاحٌ *venti* , vel etiam ſecundam , vt سُوقٌ *platea*, سُوُوقٌ *platea* , طَيْرٌ *auis* طُيُورٌ *aues*. Cum autem nomen eſt defectiuum,tunc ل infirma , vel manet poſt Keſrum quieſcens , vt أَيْدِى *manus* , pro أَيْدُىٌ ex ſingulari يَدٌ pro يَدْىٌ , vel,trãſlata eius motione ſuper ع , ipſa ل omnino reijcitur , vt أَدْلٍ pro أَدْلُوٌ *ſitula* , ex دَلْوٌ , & أَصْبٍ pro أَصْبُىٌ ex صَبْىٌ *ſtrepitus murium*. Secundo deriuatur hæc eadem forma ex ſingularibus tertiæ claſſis فَعِيلٌ فِعَالٌ فَعَالٌ , vt plurimum cum fœminina ſunt,vt exemplis patuit.

Quinta أَفْعَالٌ deriuari ſolet frequentiſſimè ab omnibus ſingularibus primæ claſſis , ſed à primo فَعْلٌ nō niſi cum vacuũ, vel ſurdum eſt deriuatur. Atque obſeruandum,quod ſi ف , ſeu prima truncalis fuerit hamzat,tunc adueniente alia formatiua excidit, ſed ipſius formatiua motio phathũ producitur, quemadmodum lib.1.c.5.diximus,vt إِبِلٌ *camelus*, آبَالٌ pro أَأْبَالٌ *cameli*. Si autem ف fuerit hamzat, vel و, vel ى, & ع pariter fuerit infirma,tunc ف, & ع in vnum ى grauatũ coeunt, vt أَيِّلٌ *ceruus* , آيَالٌ pro أَأْيَالٌ *cerui*. يَوْمٌ *dies* , أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ *dies*. Cum autem nomen etiam defectiuum fuerit, iiſdem ſubeſt,quæ ſupra in forma فِعَالٌ diximus,vt أَبٌ pro أَبَوٌ *pater*, آبَاءٌ pro أَأْبَاوٌ *patres*.

Sextam أَفْعِلَةٌ obtinent ferè ſemper ſingularia tertiæ claſſis ; vel ( quod frequentiùs eſt ) quæ ſunt infirma ل, quæ propter Keſrum præcedens per ى ſcribitur, ſed per hamzat profertur,

cuius

cuius ſignum propterea ſuperponitur, vt دُعَاة pro دُعَاوٌ *oratio*, أَدْعِيَة pro أَدْعِوَة *orationes.* فِنَاء *aula*, أَفْنِيَة *aulæ.* Vel etiam duplicata, in quibus ع in ل immittitur, eiuſque motio keſrum in ف transferturtur, vt بَتَات *ſupellex*, أَبِتَّة pro أَبْتِتَة *ſupellectilia*; ac proinde ſi ف iſtorum fuerit hamzat profertur quidem, ſed per ى ſcribitur, vt إِمَام *maior*, ſeu ſacerdos, أَيِمَّة pro أَأْمِمَة *maiores*, ſeu ſacerdotes. Interdum quoque hanc formam obtinent ſana eiuſdem claſſis, vt exemplis patuit; ac etiam quandoque hamzata ف, in quibus excidit hamzat truncale, vt إِلَه pro الإِلَاه *Deus*, آلِهَة, pro أَأْلِهَة *Dij*.

Septima فِعْلَة vtplurimum deriuatur à ſingularibus defectiuis primę, & quandoque etiam tertię claſſis; interdum vero à ſanis, vt in exemplis manifeſtum fuit.

Octaua rarò prouenit à ſubſtantiuis; frequentiùs tamen ab adiectiuo فَاعِل, de quo ſuo loco c. 20. dicendum.

Nona فَعَلَة potiſſimum oritur à vacuis quibuſdam, rariùs autem à ſanis primę claſsis.

Decima فُعَلَة, Vndecima فُعُولَة, Duodecima فُعُولَة, ac Decimatertia فَعَالَة, reliquis minus frequentiores ſunt, atque à paucis primę claſſis deriuantur.

Deci-

Decimaquarta فعلان à ſingularibus primę, & tertię claſſis deriuatur.

Decimaquinta vero فعلان, & Decimaſexta فعل, non admodum frequentes ſunt, atque à ſingularibus primę oriri ſolēt.

Decimaſeptima antem فعل primariò prouenit à ſingularibus aliquibus tertię, & quartę claſſis; rariùs verò à ſingularibus primę, & ſecundę.

Decimaoctaua فعل, Decimanona فعل, & Vigeſima فعل à ſingularibus ſecundę deriuantur vtplurimum.

Vigeſimaprima فواعل efformatur à duobus primis ſingularibus tertię claſſis.

Vigeſima ſecunda فعائل à fœmininis appoſitis tertię, & quartę claſſis.

Vigeſimatertia فعالى à ſingularibus ſecundę habentibus in fine eliph quieſcentem, & hamzat.

Vigeſima quarta فعالل propria quaternariorum, ſiue ſingularium quintę claſſis.

Vigeſima quinta fit quandoque à ſingularibus ſeptimę claſſis, ſed ab ijs frequentiùs formatur Vigeſima ſexta فعاليل.

Tres vero reliquę non formantur immediatè à ſingularibus; ſed ab alijs pluralibus; nam apud Arabes quandoque ipſamet pluralia adhuc plurificantur, eorumque deriuata dicuntur pluralia pluralium, atque tunc ſic ſe habet huiuſmodi plurale pluralis, reſpectu ſui pluralis, vt hoc ſe habet ad ſingulare; Vnde quemadmodum plurale ad minus ſignificat tria ſingularia, ſic plurale pluralis ſignificat ſaltem nouem, hoc eſt tria pluralia.

ralia. Hæc tamen pluralium pluralia non tam frequentia sũt, atque ab his duabus formis pluralium potiſſimum deriuantur فِعَالٌ, & أَفْعَالٌ, vt iam exemplis appoſitis manifeſtum fit.

Hæc hactenus de pluralibus ſingularium ternariorum, & quaternariorum. At vero quinaria ſingularia plurificantur iuxta formam vigeſimamquartam, dempta vltima, vel interdum penultima truncali, vt سَفَرْجَلٌ *cydonium*, سَفَارِجُ *cydonia*, خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِقُ, vel خَزَارِنُ *araneæ*. Quod ſi volueris poteris adijcere ى penultimo loco in compenſationem litteræ abiectæ, vt in سَفَرْجَلٌ *cydonium*, سَفَارِيجُ, atque ſic erit plurale iuxta formam vigeſimam quintam فَعَالِيلُ.

Ac tandem notandum pluralia omnia ex hactenus memoratis eſſe in duplici differentia: quodlibet enim vel eſt جَمْعُ قِلَّةٍ i. *plurale paucitatis*, vel جَمْعُ كَثْرَةٍ *plurale multitudinis*. Plurale multitudinis eſt, quod ſignificat ſupra decem, niſi expreſsè cum minori numero coarctetur. Plurale vero paucitatis è contra eſt, quod abſolutè importat ſingularia ad ſummum decem, niſi expreſsè cum maiori numero explicetur. Sunt autem pluralia paucitatis omnia ſana, & fracta iuxta quatuor formas أَفْعُلٌ أَفْعَالٌ أَفْعِلَةٌ فِعْلَةٌ. Vnde ſi dixeris عِنْدِى أَفْلُسٌ *apud me ſunt denarij*, ſenſus erit apud te eſſe decem, vel pauciores denarios, niſi expreſsè dixeris e. g. عِنْدِى أَفْلُسٌ خَمْسَةَ عَشَرَ *apud me ſunt denarij quindecim*. Pluralia vero multitudinis ſunt reliqua omnia.

# CAPVT DECIMVM.

## De Specie, Sexto Nominis Accidente.

SPECIE duplex eſt nomen مُشْتَقّ i. *deriuatum*, & غَيْرُ مُشْتَقّ, ſeu جَامِدٌ i. *non deriuatum*, ſeu *primitiuum*. Primitiuum eſt, quod à nulla dictione alia deriuatur, vt اِلَهٌ *Deus*, رَجُلٌ *homo*, أَسَدٌ *leo*.

Deriuatum verò eſt illud, quod vel deriuatur à verbo, vel ab alio nomine. Quod quidem deriuatur à verbo, explicabitur infra de verbo, vbi omnia verbi reuoluta tradentur. Quod autem deriuatur ab alio nomine quadruplex eſt: vel enim deriuatur ratione numeri, vt duale, & plurale à ſingulari; vel ratione reſpectus, ſiue habitudinis cuiuſdam ad primitiuum, quod مَنْسُوبٌ i. *relatum* dicitur, vt أَرْضِيٌّ *terreſtris*, vel terrenus, ex أَرْضٌ *terra*, إِلَهِيٌّ *deicus*, ſiue diuinus, ex إِلَهٌ *Deus*. Vel deriuatur ratione diminutionis, quod مُصَغَّرٌ i. *diminutum*, ſeu diminutiuum dicitur, vt رُجَيْلٌ *homuncio*, ex رَجُلٌ *homo*. أُسَيْدٌ *leunculus*, ex أَسَدٌ *leo*. Vel tandem ratione locationis, quod aliqua ratione contineat primitiuum, vt مِقْلَمٌ *calamarium*, vbi aſſeruantur calami.

Quod ergo ratione numeri deriuatur iam ſupra explicatum eſt.

Quod autem relatum dicitur efformatur à primitiuo per additionem ى grauatæ, ſeu duplicatæ ſigno teſcdid, keſrata præcedenti, vt iam exemplo diximus أَرْضِيٌّ *terrenus*, ab أَرْضٌ *terra*.

*terra.* Sed in hac formatione hæ regulæ obſeruandæ ſunt.

Primo reijcitur ſemper ة fęmininum à nomine cuius relatũ, ſiue deriuatum intenditur, vt ex بَصَرَة *Biſerta*, بَصَرِيّ *Biſerten ſis*, non autem بَصَرَتِيّ.

Secundo reijciuntur litteræ formatiuæ dualis, & pluralis, etiam quæ in quibuſdam proprijs locorum nominibus repe- riuntur, vt قَنَسْرِين nomen cuiuſdam regionis قَنَسْرِيّ *ca- naſſarenſis*.

Tertio phathanda ſemper eſt penultima ſi keſrata ſit, vnde نَمِر, & دُئِل nomina duarum tribuum, نَمَرِيّ *Namarenſis*, & دُؤَلِيّ *Doalenſis*.

Quarto in nomine non infirmo ع iuxta formam فَعِيلَة, vel فُعَيْلَة reijcitur non ſolum ة, vt ſupra diximus, ſed etiam ى, atque ع phathatur, vt سَفِينَة *nauis*, سَفَنِيّ *nauale*, ad differen tiam eius, quod deriuatur à فَعِيل, vt كَرِيمِيّ ex كَرِيم *ho- noratus*. Hoc autem fit dum nomen non fuerit duplicatum, vel vacuum: tunc enim non reijcitur ى, vt in شَدِيدَة *fortis*, & طَوِيلَة *longa*, شَدِيدِيّ, & طَوِيلِيّ.

Quinto ſi nomen fuerit defectiuum, iuxta eamdem formam, vt أُمَيَّة pro أُمَيِيَة nomen cuiuſdam tribus, & ضَرِيَّة pro ضَرِيِيَة nomen cuiuſdam oppidi, reijcitur ة, & ى, vt ſupra dictum eſt, ل autem infirma conuertitur in و, & phathatur ع, vt أُمَوِيّ, & ضَرَوِيّ.

Sexto ſi in fine nominis reperiatur eliph tertia, vel quarta in ordine, mutata ex و, vel ى, conuertenda eſt in و, vt in عَصًا *baculus*, & أَعْمَى *cæcus*, عَصَوِىٌّ, & أَعْمَوِىٌّ. Si vero fuerit quarta in ordine non conuerſa, ſed ſuperaddita, licebit ipsã in و conuertere, vel etiam reijcere, vt in حُبْلَى *grauida*, حُبْلَوِىٌّ, & حُبْلِىٌّ. Si tandem fuerit quinta in ordine, vel pluſquam quinta, tunc lenitatis gratia reijcietur omnino, vt in حُبَارَى *quadam auis*, حُبَارِىٌّ, & in قَبَعْثَرَى *camela*, قَبَعْثَرِىٌّ.

Septimo ſi vltima nominis fuerit ى tertia in ordine vertetur pariter in و, vt عَمَوِىٌّ in عَمٍ pro عَمِىٌّ *idiota*. Si vero fuerit quarta in ordine, licebit reiectio, & conuerſio, vt in قَاضِى *iudex*, قَاضِىٌّ, & قَاضَوِىٌّ, ſed reiectio elegantior eſt. Si vero fuerit quinta, vel pluſquam quinta, reijcienda prorſus erit, vt in مُشْتَرٍ pro مُشْتَرِى *emptor*, & in مُسْتَسْقٍ pro مُسْتَسْقِى *potum petens*, ſiue hydropicus, مُشْتَرِىٌّ, & مُسْتَسْقِىٌّ.

Octauo, ſi vltima nominis fuerit hamzat poſt eliph quieſcẽtem: tunc ſi nomen fuerit regulariter declinabile, vt infra explicabitur, nihil erit immutandum, vt in كِسَاءٌ *ſpecies veſtis*, & قُرَّاءٌ *deuotus*, كِسَائِىٌّ, & قُرَّائِىٌّ. Si autem nomen fuerit inuariabile, vt حَمْرَاءُ *rubicunda*, & زَكَرِيَّاءُ *Zacharias*, vertetur in و, vt حَمْرَاوِىٌّ, & زَكَرِيَّاوِىٌّ.

Diminutiuum vero formatur poſita motione dzhammi ſuper

per primam nominis litteram, & phathum ſuper ſecundam ـر, poſt quam inſuper additur ى quieſcens,& ſi plures vna ſequantur truncales, quæ immediatè ſequitur keſranda eſt, vt in رَجُل *homo*, رُجَيْل *homunculus*, & in عَقْرَب *ſcorpio*, عُقَيْرِب *ſcorpiolus*. Sed in huiuſmodi formatione notandi ſunt hi ca-canones.

Primò in nominibus fœmininis ternarijs non habentibus explicitè ة apponitur, vt هِنْد *Hinda*, شَمْس *ſol*, أَرْض *terra*, apponitur ة, vt هُنَيْدَة *Hindula*, شُمَيْسَة *ſol paruulus*, أُرَيْضَة *terrula*. Excipiuntur tamen aliqua, vt عِرْس *ſponſa*, عُرَيْس *ſponſula*. In quaternarijs verò non apponitur hoc ة, eo quod quarta littera pro ة habeatur, vt عَقْرَب *ſcorpio*, عُقَيْرِب *ſcorpiolus*. Ex quibus excipiuntur aliquando aliqua, vt قُدَيْدِيمَة, & وُرَيْئَة ex قُدَّام *ante*, ſeu pars anterior,& وَرَاء *retro*, ſeu pars poſterior.

Secundò, ſi prima truncalis defuerit in nomine,in eius diminutione reuertetur, vt عِدَة pro وَعْد *promiſſio*, وُعَيْد *promiſſiuncula*

Si ſecunda littera defuerit in nomine,reuertetur pariter, vt سه pro سته pro diminutiuo dicetur سُتَيْهَة.

Si vero ſecunda mutata ſit ex alia truncali, in eam redit, vt in بَاب pro بَوَب *porta*, & نَاب pro نَيَب *dens*, بُوَيْب *portellum*, نُيَيْب *dens paruulus*. Si vero eliph non ſit mutata ex alia truncali, ſed fuerit additítia, vel hamzata, & originalis, conuertetur in و, vt طَابَق *ſartago*, طُوَيْبِق *ſartagula*.

Quar-

Quartò, ſi tertia nominis littera fuerit infirma conuertenda erit in ى, vt ambo in vnum coeant, vt غُلَامٌ *ſeruus*, ظُهُورٌ *apparitio*, صَلِيبٌ *crux*, غُلَيِّمٌ *ſeruulus*, ظُهَيِّرٌ *apparitiuncula*, صُلَيِّبٌ *crux parua*. Cum uero tertia infirma fuerit ultima, idem fit; ſed adijcitur ة in fine, ut عَصَا *baculus*, عُصَيَّةٌ *paruus baculus*.

Quintò, ſi quarta nominis littera fuerit infirma, & non ultima, ob præcedentis Keſrum, conuertenda eſt in ى, ut in مِفْتَاحٌ *clauis*, & مِيرَاثٌ pro مِوْرَاثٌ *hæreditas*, & دِينَارٌ *denarius*, مُفَيْتِيحٌ *clauicula*, مُوَيْرِيثٌ *parua hæreditas*, & دُنَيْنِيرٌ *denariolus*. Excipiuntur tamen ab hoc nomina fœminina, iuxta formam فَعْلَاءُ, & maſculina, iuxta formam فَعْلَانُ, de quibus infra cap. 20. dicemus, & pluralia iuxta formam أَفْعَالٌ: in his enim nulla facta immutatione penultimæ, & antecedentis phathum dicetur فُعَيْلَاءُ, & فُعَيْلَانُ, & أُفَيْعَالٌ ut in حَمْرَاءُ *rubicunda*, سَكْرَانُ *ebrius*, أَجْمَالٌ *cameli*. حُمَيْرَاءُ *rubicundula*. سُكَيْرَانُ *ebriolus*, أُجَيْمَالٌ *cameluli*. Quod ſi quarta huiuſmodi infirma fuerit ultima in nomine, eadem ratione non immutatur præcedente phathum, ut حُبْلَى *grauida*, حُبَيْلَى *grauidula*.

Sextò, plurale paucitatis in eadem forma, in qua reperitur, ſeruatis quoque præſcriptis legibus diminuitur, ut in زَيْدُونَ Zaidi, مُسْلِمُونَ, & مُسْلِمَاتٌ *fideles*, أَكْلُبٌ *canes*, أَفْرَاسٌ *equi*, أَلْسِنَةٌ *lingua*, غِلْمَةٌ *ſerui*. زُيَيْدُونَ Zaiduli, *fide-*

مُسَيْلِمُونَ *fideluli*, مُسَيْلِمَاتٌ *fidelula*, أُكَيْلِبٌ *catuli*, أُفَيْرَاسٌ *equuli*, أَلَيْسِنَةٌ *lingua paruula*, غُلَيِّمَةٌ *ſeruuli*. At uero plurale multitudinis non ſic diminuitur, ſed redit prius ad ſingulare, & in ſingulari diminutum, fit poſtea plurale ſanum, additis و, & ن, uel eliph, uel ت, iuxta ea, quæ cap. præcedenti diximus, ut in شُعَرَاءُ *poeta*, de qua forma infra cap. 20. dicemus. & in مَسَاجِدُ *eccleſia*, & رِجَالٌ *homines*, pro diminutiuis dicetur شُوَيْعِرُونَ *poetuli*, & مُسَيْجِدَاتٌ, & رُجَيْلَاتٌ. Siquidem prius reuocantur ad ſingularia شَاعِرٌ *poeta*, مَسْجِدٌ *eccleſia*, رَجُلٌ *homo*; ex quibus fiunt iuxta præſcriptos canones شُوَيْعِرٌ, مُسَيْجِدٌ, & رُجَيْلٌ, deinde plurificantur. Sane prima quidem per و, & ن, iuxta conditiones eodem præcedenti cap. prænotatas; reliqua uero per eliph, & ت ob defectū earum conditionum. Quod ſi eiuſdem nominis reperiantur plura pluralia, ex quibus aliquod ſit paucitatis, poterit faciliùs pro diminutiuo aſſumi illud plurale, quod paucitatis eſt, ut in غِلْمَانٌ *ſerui*, ex غُلَامٌ *ſeruus*; cuius extant hæc alia pluralia غِلْمَةٌ, & أَغْلِمَةٌ poterit ex his dici غُلَيِّمَةٌ, uel أُغَيْلِمَةٌ *ſeruuli*, licet poſſit etiam reſugi ad ſingulare, ut dictum eſt.

Septimo tandem notanda eſt diuerſa quædam diminutionis forma in his pronominibus demonſtratiuis, ac relatiuis, quæ pariter apud Arabes ſub nomine continentur, de quibus infra cap. 12. dicemus, videlicet ذا *ille*, تَا *illa*, أَلَّذِى *qui*, أَلَّتِى *quæ*. Hæc.n. pariter diminuuntur, ac dicitur ذَيَّا تَيَّا أَلَّذَيَّا أَلَّتَيَّا quod

quod quidem hac ratione fit. Primò ذ phathatur, atque poſt ipſam inijcitur ى, & in fine ſuperadditur eliph quieſcens, ita vt conſtituantur التييا الذييا تييا ذييا. Deinde verò conuertitur in primis duobus prima eliph in ى, ac tandem in omnib. ex duobus ى, fit vnum phathatum, atque formantur التَّيَّا الذَّيَّا تَيَّا ذَيَّا. Atque hæc de diminutiuo ſufficiant.

Quod verò ratione locationis deriuatur nomen, duplex eſt. Primum eſt nomen loci, in quo maximè abundant ea, quæ per primitiuum ſignificantur; & hæc regulariter à ternarijs formantur ad inſtar مَفْعَلَة præmiſſo.ſ. م phathato, ante ف quieſcentem, adiectoq. in fine ة, phathatis pariter ع, & ل, è quib. reſecandæ ſunt, ſi quæ reperiantur adiectæ, vt شَجَر *arbor*, مَشْجَرَة *arboretum*, وَرْد *roſa*, مَوْرَدَة *roſetum*, أَسَد *leo*, مَأْسَدَة *locus leonibus abundans*, بِطِّيخ *melo*, مَبْطَخَة *locus refertus melonibus.*

Secundum vero eſt nomen vaſis, in quo res aſſeruatur, vel ponitur, quod quidem eodem pacto formatur, nec tamen neceſſario additur ة, ſed phathum adiectę م in Keſrum conuertitur, vt قَلَم *calamus*, مِقْلَم *calamarium*, بَوْل *vrina*, مِبْوَل *vrinale*, شَمْع *cera*, مِشْمَعَة *vas in quo cera ſeruatur*. Quę omnia in plurali regulariter induunt formam مَفَاعِل vt مَشْجَر *arboretum*, مَشَاجِر *arboreta*, مِقْلَم *calamarium*, مَقَالِم *calamaria.*

Atque hęc de deriuatione nominum à nominibus.

CAP.

# CAPVT VNDECIMVM.

## De Caſu, ſeptimo Nominis accidente, eiuſq; inflexione, & inuariabilitate.

CASVS nominum apud Arabes tres tantum ſunt. Primus dicitur رَفْع i. *eleuatio*, eſt enim (vt aiunt) caſus efficientiæ, ſiue actionis, in quo ſcilicet potiſſimum, ac primario collocatur nomen agentis, vt infra lib. 3. pluribus in locis dicemus, atque hic reſpondet nominatiuo Latinorum, vt ضَرَبَ زَيْدٌ *percuſſit Zaidus*.

Secundus dicitur نَصْب i. *appoſitio*, ſeu propoſitio: eſt enim caſus paſſionis, (vt aiunt) in quo ponitur patiens, quod veluti ante ſe poſitum habet agens dum operatur, cuiuſmodi ſe habet quem Latini accuſatiuũ dicunt, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا *percuſſi Zaidum*.

Tertius tandem dicitur خَفْض i. *depreſſio*, & جَرّ i. *contractio*, quòd in eo nomen veluti cadat, nec propriè ad ipſum pertineat actio, ſed tantum hæc velut accidentaliter contrahatur ad ipſum, vel annexione, vt زَيْدٍ *Zaidi*, cum dicitur ضَرَبْتُ غُلَامَ زَيْدٍ *percuſſi ſeruum Zaidi*: vel præpoſitione aliqua, qua ad ipſum terminetur, vt أَرْسَلْتُ ٱلْغُلَامَ لِزَيْدٍ *miſi ſeruum Zaido*; vel ab ipſo inchoetur, vt خَرَجْتُ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ *exiui de templo*; vel ad ipſum quauis alia accidentali ratione pertineat. Vnde caſus hic cæteris ferè Latinorum caſibus æquipollet penes annexionis ſtatum, ac diuerſas præpoſitiones præmiſſas.

Ratione autem horum trium caſuum, alterum duorum nomi-

minibus conuenit;vel quidem الإعراب i. *declinatio*, ſeu inflexio, ex qua nomen dicitur مُعرب i. *declinabile*; vel البناء i. *firmatio*, ſiue inuariabilitas ; ex qua nomen dicitur مَبنى i. *firmatum*, ſeu non variatum,& indeclinabile.

## De إعراب , ſeu Inflexione.

HVíuſmodi vox in idiomate idem ſonat, ac ( vt explicationis gratia vocem hanc effingamus)Arabificatio, ſeu Arabicatio. Apud Grammaticos vero ſumitur pro ea variatione, ac mutatione tum nominum,tum verborum,quæ fit in fine ratione caſuum,(nam hæc eadem verbis applicant,vt infr c. 20. dicemus.) Suntautem inflexionis huius vniuerſaliter ſumptæ, prout nomina comprehendit,ac verba,caſus quatuor, nimirũ الرفع النصب الجر , & الجزم i. *ſectio*, ſeu ſciſſio,quorum primi duo nominibus,& verbis communes ſunt, licet nos infra de verbis agentes modos appellaturi ſimus; nam his idem ferè præſtatur, quod Latinorum modis ; tertius vero proprius eſt nominum; ac tandem quartus peculiaris eſt verbis. In quibus caſibus,quoniam reguntur ſemper tam verba, quam nomina ab aliquo alio præcedente:quod proinde apud ipſos عامل i. *operans*, dicitur:Idcirco deſcribitur huiuſmodi إعراب apud Grãmaticos تغيير أواخر الكلم لاختلاف العوامل i. *variatio vltimorum*, ſeu extremitatum dictionum, *ob diuerſitatem operantium*. Quæ quidem operantia nos lib. 3. c. 7. latiſſimè proſequemur.

Eſt autem huiuſmodi,quam nos diſtinctionis gratia ſic ſemper dicemus,Nominis inflexio duplex. Altera fit motionibus; altera vero fit litteris,cui deſeruiunt tres ى و ا .

Rurſus

Rurſus vtraque adhuc eſt duplex, in quibuſdam namque nominibus fit cum tribus motionibus, ſiue litteris, ita vt cuilibet caſui tribuatur vna diuerſa. In alijs vero fit duabus tantum litteris, vel motionibus, ita ut caſibus duobus altera earum deſeruiat.

Præterea quæ tribus, uel duabus motionibus fit rurſus eſt duplex: in quibuſdam enim nominibus actu, & expreſsè motiones apparent, ac proinde ظَاهِرٌ *apparens*, ſeu manifeſta, & لَفْظِي i. *prolatilis*, dicitur. In alijs uerò nominibus, quod ultima ſit eliph motionum incapax, expreſsè, & actu non comparent motiones, ſed ueluti latere, ac uirtualiter adeſſe dicuntur; quatenus nempe ſi ultima capax eſſet, motiones proculdubio ponerentur: unde inflexio huiuſmodi تَقْدِيرِيٌّ idest *virtualis*, uocatur.

Adhæc inflexiones, quæ tribus motionibus, uel duabus litteris fiunt, adhuc poſſunt eſſe dupliciter: uel ut omnes tres motiones lateant, uel appareant, ac duę litterę ſimul manifeſtę ſint, ut diximus: uel tandem fieri poteſt, ut una tantum litterarum, uel motionum appareat, reliquę uerò lateant. Ac proinde ad ſummum octo ſubreſultant inflexionum ſpecies.

Prima cum tribus motionibus expreſſis.

Secunda cum tribus motionibus uirtualibus.

Tertia cum tribus motionibus, una expreſſa, duabus uerò uirtualibus.

Quarta cum duabus motionibus expreſſis.

Quinta cum duabus motionibus uirtualibus.

Sexta cum tribus litteris expreſſis.

Septima cum duabus litteris expreſſis.

Octaua cum duabus litteris, una expreſſa, altera uirtuali.

## Prima Inflexio cum tribus motionibus expreſſis.

INflexio hęc duo complectitur genera nominum, uidelicet omnia ſingularia, & pluralia fracta, quorum ultima littera non eſt eliph quieſcens, nec ى quieſcens poſt keſrum, ijs tamē exceptis ſingularibus, & pluralibus, quę irreuolubilia eſſe dice-

mus inInflexione quarta, uel ad cæteras Inflexiones ſingillatim coarctanda ſunt.

Porrò vtriuſque generis nomina in caſu رَفْعٌ habent motionem dzhammi, in نَصْبٌ autem habent phathum, & in جَرٌّ ſiue خَفْضٌ habent Keſrum; quæ motiones perpetuò duplicantur, niſi nomina articulo أَلْ fuerint notificata, vel ad aliquod aliud affixum, vel ſeiunctum annexa, vt in hoc nomine رَجُلٌ *homo.*

| In رفع | نصب | جر ſiue خفض |
|---|---|---|
| رَجُلٌ homo. | رَجُلًا hominem. | رَجُلٍ hominis. |
| رِجَالٌ homines. | رِجَالًا homines. | رِجَالٍ hominum |
| أَلرَّجُلُ l'huomo. | أَلرَّجُلَ l'huom o. | أَلرَّجُلِ dell' huomo. |
| رَجُلُكَ homo tuus. | رَجُلَكَ hominem tuum. | رَجُلِكَ hominis tui |
| رَجُلُ زَيْدٍ homo Zaidi. | رَجُلَ زَيْدٍ hominem Zaidi. | رَجُلِ زَيْدٍ hominis Zaidi. |

## Secunda Inflexio cum tribus motionibus virtualibus.

INflexio hæc propria eſt nominibus terminatis eliph quieſcēti conuerſa ex alia originali littera,ſcriptaq. per ى multoties,vt ſæpè monuimus, ob cuius incapacitatem hæc nomina nullam expreſsè,omnes autem virtualiter obtinent motiones. Sed vbi annexa,vel notificata nō ſunt,duplicem aſſumunt phathum,ſeu tanuin in penultima,vnicum tamen retinent notificatione,vel annexione vrgente; vt in hoc nomine فَتًى *puellus*.

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| عَصًا baculus | عَصًا baculum | عَصًا baculi. |
| فَتًى puer | فَتًى puerum | فَتًى pueri. |
| اَلْفَتَى il fanciullo. | اَلْفَتَى il fanciullo. | اَلْفَتَى del fanciullo. |
| فَتَاكَ puer tuus. | فَتَاكَ puerū tuū. | فَتَاكَ pueri tui. |
| عَصَا اَلْفَتَى baculus pueri. | عَصَا اَلْفَتَى baculum pueri. | عَصَا اَلْفَتَى baculi pueri. |

Sed in his obſeruandum,quod vltima eliph,dum adeſt tanuin perinde ſe habet, ac ſi nullo pacto adeſſet, ſonus namq. litteræ ن, quem tanuin importat,immediatè contrahitur ad phathum præcedens. Similiter cum tanuin non adeſt,ſed aliqua alia poſt ipſam quieſcens ſubſequitur,vt عَصَا اَلْفَتَى *baculus pueri*, vbi propter ل articulare quieſcens, ac immediatè contractum ad phatum litteræ ص; ipſum eliph perinde ſe habet pariter, ac ſi non eſſet; vnde ipſum excidere aiunt Arabes,ne ſimul duæ conueniant quieſcentes, quemadmodum de alia eliph articulari diximus lib. 1. c. 5. ſed hæc reiectio quoad prolationem tantum, non tamen quoad ſcripturam intelligenda eſt, quod totum hic ſemel monitum,& alijs nonnullis caſibus etiam in ſequentibus applicare licebit.

Præterea ad inflexionem hanc pertinent omnia ſingularia, & pluralia præcedentis inflexionis cum annectuntur ad ى pronomen primę perſonæ, vt عَبْدِى *ſeruus meus*, رِجَالِى *homines mei*, nam vltima littera nullam expreſsē recipit motionum diuerſitatem in tribus caſibus, eo quod propter ى pronominale ſubſequens, opus fuerit ipſi applicare motionē Keſri, quæ proinde non dicitur keſrum inflexionis, ſed firmationis, & inuariabilitatis, vt infra de بناء dicemus, licet aliqui Grammatici contendant, in caſu جر ipſam eſſe Keſrū inflexionis, ac proinde omnia nomina hæc annexa ad pronomen huiuſmodi pertinere ad ſequentem tertiam inflexionem. Sed certiſſimum eſt, quod ſuperius diximus.

## Tertia Inflexio cum tribus motionibus, vna expreſſa, duabus virtualibus.

IIs tantum nominibus propria eſt hæc inflexio, quæ terminata ſunt ى quieſcente poſt Keſrum. Siquidem hęc ſolum phathum in caſu نصب recipiunt, reliquę verò motiones dzhāmum, & keſrum, quod moleſtè admodum cum ى conſona proferantur, reuera non apponuntur, ſed tantum, vt aiunt, virtualiter adſunt, quippe quibus veluti grauioribus ى debilem grauari non liceat. Porro dum notificata non ſunt hæc nomina, vel annexa, duplicē keſrum obtinent, ى reiecta in رفع & جر. vbi verò notificatio aduenit, vel annexio, ى redeunte, ſimplex tantum relinquitur keſrum, vt

| In رفع | In نصب | In جر |
|---|---|---|
| قَاضٍ Iudex | قَاضِيًا Iudicē | قَاضٍ Iudicis |
| اَلْقَاضِى il Giudice. | اَلْقَاضِىَ il Giudice. | اَلْقَاضِى del giudice. |
| قَاضِينَا Iudex noſter. | قَاضِيَنَا Iudicem noſtrum. | قَاضِينَا Iudicis noſtri. |
| قَاضِى اَلْقَوْم Iudex populi | قَاضِىَ اَلْقَوْم Iudicē populi | قَاضِى اَلْقَوْم Iudicis populi. |

Quar-

## Quarta Inflexio cum duabus tantum motionibus expreſſis.

HÆc inflexio duo complectitur genera nominum, videlicet, Primò omnia pluralia ſana fœminina, quæ in caſu quidem رفع habent dzhammum, in نصب verò, & جر ſemper keſrum. Secundò, nomina quædam apud Arabes dicta غَيْرُ مُنْصَرِفَةٍ i. ***non reuoluta***, ſeu irreuolubilia, cum tamen terminata non fuerint eliph quieſcenti: quæ quidem perpetuo priuantur tanuin, ac licet habeat dzhammum in caſu رفع, & phathum in نصب, numquam tamen ingredi poſſunt caſum tertium جر, ſed potius motionem phathi obtinent, cum in ipſo collocanda eſſe contingit, niſi annexa, vel notificata fuerint, vt in جَنَّاتٌ ***horti***, quod eſt plurale fœm. ſanum, ex ſingulari جَنَّةٌ ***hortus***, ſeu pomarium, & in أَحْمَرُ ***rubeus***, vno ex irreuolubilibus.

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| جَنَّاتٌ | جَنَّاتٍ | جَنَّاتٍ |
| اَلْجَنَّاتُ | اَلْجَنَّاتِ | اَلْجَنَّاتِ |
| جَنَّاتُكَ | جَنَّاتِكَ | جَنَّاتِكَ |
| جَنَّاتُ زَيْدٍ | جَنَّاتِ زَيْدٍ | جَنَّاتِ زَيْدٍ |
| أَحْمَرُ | أَحْمَرَ | أَحْمَرَ |
| اَلْأَحْمَرُ | اَلْأَحْمَرَ | اَلْأَحْمَرِ |
| | | احمرك |

أَحْمَرُكَ أَحْمَرَكَ أَحْمَرِكَ.

أَحْمَرُ زَيْدٍ أَحْمَرَ زَيْدٍ أَحْمَرِ زَيْدٍ

Erit autem nomen غَيْرُ مُنْصَرِفٍ irreuolubile, cum reperientur in ipſo duæ, vel vna geminata ex nouem cauſis, quas Arabes vocant prohibentes inflexionem. Hæ autem ſunt.

Prima اَلْعَلَمِيَّةُ *Proprietas*, cùm ſcilicet nomen eſt propriũ.

Secunda اَلتَّأْنِيثُ (vt ad verbum dicamus) *Effœminatio*, cum ſcilicet nomen eſt fęmininnm.

Tertia وَزْنُ الْفِعْلِ *Pondus*, ſeu menſura verbi, cum .ſ. nomen habet figuram, ſeu formam verbi.

Quarta اَلْوَصْفُ *Adiectio*, cum, ſcilicet, nomen eſt adictiuũ.

Quinta اَلْعَدْلُ *Deuiatio*, cum, ſcilicet nomen deuiatum eſt ab aliqua alia originali forma.

Sexta اَلْجَمْعُ *Pluralitas*, cum ſ. plurale eſt nomen.

Septima اَلتَّرْكِيبُ *Compoſitio*, cum nomen eſt compoſitum ex duobus.

Octaua اَلْعُجْمَةُ *Gentilitas*, vel exteritas, cum nomen exterum eſt à lingua Arabica, nempe Hebræum, Chaldæum, vel aliud quodcumque.

Nona الالف والنون *Eliph, & Nun*, cum .ſ. hæc adiecta reperiuntur in fine nominis.

Itaque quotieſcumque harum cauſarum duæ, vel vna geminata reperiuntur in nomine, cenſendum eſt anomalum, ac inuaria-

uariabile. Quæ autem cauſæ geminatæ, ac loco duarum ſtare, dicuntur, ſunt ratio pluralis, & ratio generis fœminini prouenientis ex additione eliph quieſcentis, vel hamzat poſt eliph quieſcens in fine nominis, cuius rei ſatis prolixum foret nunc rationes adducere. Sat erit notare breuiter, ratione harum cauſarum diuerſimodè concurrentium, vndecim gigni ſpecies inuariabilium nominum. Prima eſt eorum, quæ ſunt propria, & habent eliph, & ن in fine. Secunda vero eorum, quæ ſunt propria, & extera. Tertia eorum, quæ ſunt propria, & compoſita. Quarta eorum, quæ ſunt propria, & deuiata. Quinta eorum, quæ ſunt propria, & iuxta formam verbi. Sexta eorum, quę ſunt propria, & fœminina. Septima eorum, quę ſunt adiectiua, & iuxta formam verbi. Octaua eorum, quę ſunt adiectiua, & deuiata. Nona eorum, quę ſunt adiectiua cum Eliph, & Nun in fine. Decima eorum, quę ſunt fœminina cum eliph quieſcēti, vel hamzat poſt eliph quieſcens in fine, quę cauſa reputatur duplex. Vndecima tandem erit eorum, quę ſunt pluralia iuxta formas فواعل, vel مفاعل, vel فعالل, vel افاعل, vel افاعيل, فعاليل, quę etiam cauſa duplex reputatur, vt ſupra diximus. Ex ſingulis autem ſpeciebus aliqua libuit adferre exempla, videlicet:

| | | |
|---|---|---|
| غَطْفَانُ | Gathphanus. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَالأَلِفِ وَالنُّونِ<br>Ratione proprietatis, & Eliph, & Nun. |
| عُثْمَانُ | Othmanus. | |
| عِمْرَانُ | Emranus. | |
| سُلَيْمَانُ | Salomon. | |
| نُعْمَانُ | Noomanus. | |
| كَنْعَانُ | Chiananus. | |

| | | |
|---|---|---|
| شَتَرُ | Sciatar. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَٱلْعُجْمَةِ<br>Ratione proprietatis, & exteritatis. |
| إِبْرَاهِيمُ | Abraham. | |
| إِسْحَاقُ | Iſaac. | |
| يَعْقُوبُ | Iacob. | |
| زَكَرِيَّاء | Zacarias. | |
| دَاوُودُ | Dauid. | |

| | | |
|---|---|---|
| بَعْلَبَكُّ | Belabac. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَٱلتَّرْكِيبِ<br>Ratione proprietatis, & compoſitionis. |
| مَعْدِيكَرِبُ | Ma-dachierbus.<br>*Nomina locorū.* | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| عُمَرُ | Omarus. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَٱلْعَدْلِ<br>Ratione proprietatis, & deuiationis. | عَامِرٌ |
| زُفَرُ | Zapharus. | | زَافِرٌ |
| قُطَامُ | Cotama. | | قَاطِمَةٌ |
| غُلَابُ | Golaba. | | غَالِبَةٌ |

يشكر

| | | |
|---|---|---|
| يَشْكُرُ | Iaſkorus. | |
| أَحْمَدُ | Ahmedus. | |
| يَزِيدُ | Iazidus. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَوَزْنِ ٱلْفِعْلِ |
| شَمَّرُ | Sciammarus. | Ratione proprietatis, & formæ verbi. |
| ضُرِبَ | Dzhorebus. | |
| أَعْتَرُ | A-terus. | |

| | | |
|---|---|---|
| فَاطِمَةُ | Phatemata. | |
| زَيْنَبُ | Zainaba. | لِلْعَلَمِيَّةِ وَالتَّانِيثِ |
| سَقَرُ | Sacara. | Ratione proprietatis, & fœminini generis. |
| مَاهُ | Maha. | |
| جُورُ | Giura. | |

| | | |
|---|---|---|
| سُكْرَانُ | Ebrius. | لِلْوَصْفِ وَٱلْأَلِفِ وَٱلنُّونِ |
| عَطْشَانُ | Sitibundus. | Ratione adiectionis, & Eliph,& Nun. |

| | | |
|---|---|---|
| أَحْمَرُ | Rubicundus. | |
| أَبْيَضُ | Albus. | لِلْوَصْفِ وَوَزْنِ ٱلْفِعْلِ |
| أَعْظَمُ | Maximus. | Rationoadiectionis, & Formæ verbi. |
| أَصْغَرُ | Minimus. | |

| | | |
|---|---|---|
| وَاحِدٌ وَاحِدٌ | | مُوَحَّدُ uel أَحَادُ ſinguli. |
| اِثْنَانِ اِثْنَانِ | | مُثَنَّى uel ثُنَاءُ bini. |
| ثَلَثَةٌ ثَلَثَةٌ | | مُثَلَّثُ uel ثُلَاثُ terni. |
| أَرْبَعَةٌ أَرْبَعَةٌ | | مُرَبَّعُ uel رُبَاعُ quaterni. |
| خَمْسَةٌ خَمْسَةٌ | | مُخَمَّسُ uel خُمَاسُ quini. |
| سِتَّةٌ سِتَّةٌ | لِلْوَصْفِ | مُسَدَّسُ uel سُدَاسُ ſeni. |
| سَبْعَةٌ سَبْعَةٌ | وَالْعَدْلِ | مُسَبَّعُ uel سُبَاعُ ſepteni. |
| ثَمَانِيَةٌ ثَمَانِيَةٌ | Ratione adiectionis, ac deuiationis ex | مُثَمَّنُ uel ثُمَانُ octeni. |
| تِسْعَةٌ تِسْعَةٌ | | مُتَسَّعُ uel تُسَاعُ noueni. |
| أُخَارَى، أُخْرَاوَاتٌ، أُخَرُ مِنْ | | أُخَرُ ultimę, & ultimi. |
| جُمَاعَى جَمْعَاوَاتٌ | | جُمَعُ totę. |
| كُتَاعَى كَتْعَاوَاتٌ | | كُتَعُ totę. |
| بُتَاعَى بَتْعَاوَاتٌ | | بُتَعُ totę. |
| بُصَاعَى بَصْعَاوَاتٌ | | بُصَعُ totę. |

حمرا

| | | |
|---|---|---|
| حَمْرَآءُ | Rubicunda. | لِأَلِفِ ٱلتَّأْنِيثِ<br>Ratione eliph deſignantis fęmininum genus. |
| صَحْرَآءُ | Campus. | |
| عَذْرَآءُ | Virgo. | |
| حُبْلَى | Pręgnans. | |
| بُشْرَى | Bonum nunciū. | |
| ذِكْرَى | Memoria. | |

| | | |
|---|---|---|
| مَسَاجِدُ | Templa. | لِلْجَمْعِ أَقْصَى ٱلْجُمُوعِ<br>Ratione pluralitatis ſecundum extremas pluralium formas. |
| مَدَارِسُ | Scholę. | |
| أَكَالِبُ | Canes. | |
| أَسَاوِرُ | Armillę. | |
| أَنَاعِيمُ | Animalia. | |
| قَنَادِيلُ | Lucernę. | |

Non tamen vtcumque vniantur hæ cauſæ nomen irreuolubile reddunt, ſed in nonnullis earum quædam obſeruandæ ſunt conditiones, ac leges.

In primis ergo genus fœmininum ſi eſt cum ة expreſſo, vel fuerit genus fœmininum verum, vt diximus ſupra cap. 8. eſſe المَعنَوِى, ad hoc, vt vim habeat prohibendi, neceſſariò exigit proprietatem concauſam: vnde quæ ſunt huiuſmodi nomina fœminina non propria, nullatenus ex hoc capite irreuolubilia fiunt. Inſuper quod eſt verum, ſed ſigno expreſſo caret, ad hoc, vt neceſſariò prohibeat, exigit vnum ex tribus; vel vt nomen ſit pluſquam ternarium, vel ſaltem ſit motum media ſi ternarium ſit, vel tandem ſit exterum ſi nec media motum, nec pluſquam ternarium fuerit. Vnde fœmininum proprium هِنْد *Hinda*, vtroque modo ad libitum inflecti poteſt, vel vt irreuolubile, vel ſecus. At verò زَيْنَب *Zainaba*, & سَقَر *Sacara*, propria mulierum, & جُور & مَاه nomina duarum prouinciarum extera, omnino irreuolubilia ſunt. Quod ſi fœmininum nomen impoſitum ſit mari, vt قَدَم *pes*, & عَقْرَب *ſcorpio*, quæ fœminina ſunt, ſed quandoque hominibus imponi, ac eorum propria fieri ſolent, vt dicatur قَدَم *Cadamus*, & عَقْرَب *Acrabus*: Tunc ſi ternarium fuerit eſt reuolubile, vt قَدَمٌ *Cadamus*. ſi verò litteras plures tribus obtineat, irreuolubile fit, vt عَقْرَب *Acrabus*.

Secundo, Forma verbi, requiritur, vt ſit ex ijs, quæ maximè propriæ ſunt verbi, quæque nullatenus reperiuntur in nomine, vt ſunt formæ præteritorum فُعِّلَ, & فُعِلَ, quæ nuſquam reperiuntur in nomine, de quibus infra de Verbo dicemus: quæ namque ſunt harum formarum nomina, primitus re uera tantum verba fuerunt, deinde accidentaliter facta ſunt nomina,

vt شَمَّر *Sciammarus*, proprium equi, quod eſt præteritum ver bi cuiuſdam: dicitur enim شَمَّر *veſtes eleuauit*. Similiter ضُرِبَ præteritum quodam eſt, idem ſonans, ac percuſſus eſt. Deinde impoſitum eſt perſonis, ac dictum eſt ضُرِبُ *Dzborebus*. Vel etiam eſſe poterit forma præſentis temporis, in cuius initio, vt ibidem dicemus, aliqua reperitur addita ex quattuor أَتَيْن, vt أَحْمَر *rubicundus*, أَحْمَد Ahhmedus, يَزِيد *Iazidus*. Sed tũc requ.ritur, vt nomen nullo pacta ſit capax ة fœminini, hoc eſt, quod fœmininum illius formæ, ſi adiectiuum ſit, non habeat ة. Vnde أَحْمَر irreuolubile eſt, nam eius fœmininum non eſt أَحْمَرَة ſed حَمْرَاء & ſic reliqua adiectiua huius formæ. At verò يَعْمَل *operans*, reuolubile redditur ob fœmininum eius يَعْمَلَة *operãs* fœm. dicitur enim جَمَل يَعْمَل *camelus operans*, ſiue ſeruilis, & نَاقَة يَعْمَلَة *camela ſeruiens*, ſic etiam أَرْمَل *viduus*, reuolubile eſt ob eius fœmininum أَرْمَلَة *Vidua*.

Tertiò الْوَصْفِيَّة *adiectio*, ſiue ratio adiectiui, neceſſe eſt, vt ſit originalis, hoc eſt, vt nomen ex natura, ſeu origine, & impoſitione ſua ſit adiectiuum; vnde quæ nomina accidentaliter adiectiua ſunt, (quæ ſcilicet ſubſtantiua cum ſint, vſu tamen adhibentur ad inſtar adiectiuorum poſt alia ſubſtantiua, vt præcipuè ſunt nomina numerorum cardinalium, infra cap. vltimo tradẽda, quibus exempli gratia dicitur عِنْدِي رِجَالٌ ثَلَثَة *apud me ſunt homines tres*) non quidem redduntur ex hoc capite

pite irreuolubilia, vnde ex. c. أربع ***quattuor*** fœm. reuolubile eſt, quamuis etiam habeat formam verbi, ac proinde dicitur مررت بنسوة أربع ***inceſsi per mulieres quattuor***, appoſito keſro nunnato in eius vltima. E contra verò cum ratio adiectiui originalis eſt, quamuis poſtea adiectiuum adhibeatur tamquã nomen ſubſtantiuum proprium alicui rei, nihilominus adhuc remanet irreuolubile ob adiectionem originalem: Vnde ex. g. أسود ***niger***, & أرقم ***polymitus***, (quæ interdum tamquam ſubſtantiua approprìantur ſerpentibus nigro, & polymito) irreuolubilia ſunt. Quædam verò nomina ad libitum reuolui poſſunt, & tamquam irreuolubilia haberi, vt أفعى ***vipera***, ſiue aſpis, أجدل ***accipiter***, أخيل quædam auis immunda. Quæ quod ſubſtantiua ſint, reuolui poſſunt; quoniam verò (vt aiũt) credi poſſunt adiectiua deriuata ex فعوة ***vehementia***, جدال ***fortitudo***, خيال ***phantaſma***, idcirco poſſunt non reuolui, quãuis reuolutio potior æſtimanda ſit, ac præferenda.

Quarto العدل ***deuiatio***, non quęcumque, ſed quędam peculiaris aliquorum nominum impedit renolutionem. Eſt ergo duplex تحقيقي ***vera***, & تقديري ***potentialis***, ſeu virtualis. Vera eſt in pręſcriptis nominibus adiectiuis, quę quidem re uera primitus adhibita ſúnt iuxta formas ibidem appoſitas: dicebatur enim exempli gr. جاءني القوم ثلثة ثلثة ***venit ad me populus tres tres***, i. terni, & terni; poſtea verò loco gemini nomiminis in eumdem ſenſum introductum eſt, ut dicatur جاءني القوم ثلاث ومثلث. Similiter أخر ultimę. Plurale fœmininum ex ſingulari أخرى, & comparatiuum commune ſingu-

ſingulare, irreuolubile eſt; quia, vt plurale fœmininum deuiatum eſt ex أُخَارَى, vel أُخْرَوَاتٌ, cuiuſmodi formantur pluralia fœminina ex ſingularibus ad inſtar فُعْلَى iuxta dicenda inſerius c.20. Et, quatenus ſingulare comparatiuum commune, deuiatum eſt ex أَخَرُ مِنْ hoc enim pacto conſtruitur comparatiuũ non annexum carẽs articulo أَلْ cum præpoſitione مِن præmiſſa ſequenti nomini, cùm quo fit comparatio, vt lib. 3. de eius conſtructione dicetur. Atque idem cenſendum de cæteris vocibus ibidem præſcriptis, quæ omnes, ſtante adiectione, irreuolubiles factæ ſunt ratione egreſſus è connotatis exemplis.

Potentialis verò eſt primò in nominibus proprijs maſculinis عُمَرُ *Omarus*, & زُفَرُ *Zopharus*: horum enim cum non inueniantur reuera origines, è quibus egreſſa ſint, (cum certè deuiata non ſint) imaginantur tamen Grammatici nomina hæc veluti deuiata ab originibus ibidem præſcriptis, vt complerẽtur duæ cauſæ, nempè proprietas, & deuiatio quæ pro irreuolubilitate aſſignari poſſent. Secundò potentialis eſt (iuxta quoſdam authores) in nominibus proprijs fœmininis, iuxta formã فَعَالِ non habentibus vltimam litteram, quæ ſit ر, vt in exemplis appoſitis: hæc enim exiſtimantur pariter quaſi deuiata à præſcriptis originibus.

Quinto أَلْجَمْعُ *Plurale*, tunc ſolum irreuolubile eſt, quando obtinet aliquam pluralium formam extremam, habentem ſcilicet primam litterarum phathhatam, & eliph quieſcentem poſt ſecundam, & rurſus duas alias litteras poſt prædictam eliph motas, vel tres, quarum quieſcat media cuiuſmodi ſunt formæ مَفَاعِيلُ فَعَالِيلُ فَعَايِلُ فَوَاعِلُ مَفَاعِلُ فَعَالِلُ ita vt omnino careãt ة fœminino. Vnde præſcripta exempla irreuolubilia ſunt, immo etiam ſi plurale aliquod ex his nomen proprium factum fuerit, adhuc irreuolubile remanet, vt حَضَاجِرُ *plurale ſingula-*

*rit,* حَفْجَرٌ *magnum habens aluum*. At فَرَازِنَةٌ plurale فَرْزَنَةٌ reuolubile eſt ob ة fœmininum, quod obtinet.

Cæterum سَرَاوِيلُ *fæmoralia*, reuolui quidem poteſt, quia quamuis hanc formam habeat, reuera tamen non eſt plurale à ſingulari aliquo deriuatum: frequentius tamen irreuolubile eſt; ſecundum quoſdam quidem, quia exiſtimatur quaſi plurale ſingularis سِرْوَالَةٌ, ſecundum alios vero quia creditur exterum eſtq. forma ſimile ceteris pluralibus irreuolubilibus.

Tandem quæ pluralia habent vltimam infirmam, nempe ى quieſcentem poſt keſrum, vt جَوَارِى iuxta communiorem ſententiam in duobus caſibus Raf, & Giarr, reuolubilia ſunt, aſſumuntq. tanuin, reiecta ى ad inſtar قَاضٍ veluti جَاءَنِى جَوَارٍ & مَرَرْتُ بِجَوَارٍ quod quidem iuxta hos authores eſt tanuin declinationis. At verò in caſu Nasb, ſunt irreuolubilia, vnde reſumunt ى, ſine tanuin, veluti رَأَيْتُ جَوَارِىَ.

Quidam autem ſentiunt hæc etiam in caſu Giar irreuolubilia eſſe, ac proinde adhuc ibi dictum volunt مَرَرْتُ بِجَوَارِىَ.

Alij etiam in Raf contendunt eſſe pariter pluralia hæc irreuolubilia, atque concedentes tanuin, explicant illud eſſe compenſationis, non declinationis, iuxta dicta ſuperius c. 3.

Sexto اَلتَّرْكِيبُ *compoſitio*, tunc ſolùm reddit nomen irreuolubile, quando comitem habet proprietatem, nec eſt compoſitio per modum annexionis, vel connexionis, vt ſi diceretur عَبْدُ اللهِ *abdollahi*: hoc enim nomen non eſt irreuolubile, ſed

reuo-

reuolubile, quia عَبْدُ *ſeruus*, ânnectitur ſequenti nomini الله *Deus*, atq. componitur ſeruus Dei بَعْلَبَكُّ *Balabac*, nomen prouinciæ prope Damaſcum, irreuolubile eſt, quia componitur ex بَعْل & بَكّ nominibus duarum partium huius prouinciç abſque annexione.

Septimo اَلْعُجْمَةُ *exteritas*, exigit primò vt nomen etiam in idiomate extero ſit proprium, vel ſaltem apud Arabes approprietur, abſque mutatione aliqua præcedenti. Secundò vt vel pluſquam ternarium ſit, vel ſi ſit ternarium moueatur media eius: vnde لُوطٌ *Lot*, & نُوحٌ *Noe*, reuolubilia ſunt. Sunt autem apud Arabes extera omnia etiam nomina Prophetarum, qui fuerunt ante Samuelem.

Octauo الألِفُ والنُونُ *Eliph*, & *Nun*, non prohibent reuolutionem, niſi cum ſunt ſuperadditę trunco, & quidem ſi reperiantur in nomine ſubſtantiuo neceſſariò exigunt proprietatē. Si vero in adiectiuo, iuxta communiorem ſententiam tantum exigunt, vt non reperiatur fęmininum talis nominis iuxta formam فَعْلَانَةٌ. Quidam vero adhuc ſuperaddunt requiri etiam, vt reperiatur fęmininum eiuſdem nominis, iuxta formam فَعْلَى. Vnde رَحْمَانُ *miſericors*, quod compendij cauſa etiam ſcribitur رَحْمَن omiſſa eliph, iuxta communem eſt irreuolubile, cum non adſit رحمنة, iuxta poſteriorem vero ſententiam eſt reuolubile, cum non reperiatur رُحْمَى. At vero سَكْرَانُ *ebrius* apud omnes irreuolubile eſt, cum non habeat in fęminino سَكْرَانَةٌ, & dicatur سُكْرَى *ebria*. Sic etiam è contra نَدْمَانُ quandiu ęquipollet adiectiuo نَدِيمٌ *pœnitens*, qui eſt in ſtatu, ſiue habitu pęnitentię, iuxta omnes reuolubile eſt, nam huius

fęmininum eſt نَدْمَانَةٌ , niſi ſumatur pro نَادِمٌ *pœnitens*, qui habet actum pęnitendi, ſic enim omnino eſt irreuolubile, cum eius fęmininum non ſit نَدْمَانَةٌ , ſed نُدْمَى .

## Quinta Inflexio cum duabus tantum motionibus virtualibus.

HÆc pariter Inflexio duo continet nominum genera, ambo tamen irreuolubilia. Sunt autem primo omnia nomina terminata eliph quieſcente conſtituente fœmininum genus. Secundo omnia pluralia irreuolubilia terminata pariter eadẽ eliph, ſiue fœmininum genus verum deſignante, ſiue vocem tãtum formante fœmininam; quæ quoniam vtrobique, ſi motionum capax eſſet, ratione irreuolubilitatis, tantum duas expreſſe reciperet motiones; ſic modo, quod eas expreſsè nequeat retinere, virtualiter tantùm eaſdem continere cenſetur, nimirũ dzhammum in caſu Raf, & ſolum phathhum in Nasbo, & Giarro, vt

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| بُشْرَى bonum nuncium. | بُشْرَى bonum nuncium. | بُشْرَى boni nuncij. |
| حُبْلَى prægnans. | حُبْلَى prægnantem. | حُبْلَى prægnantis. |
| صَحَارَى campi. | صَحَارَى campos. | صَحَارَى camporũ. |
| نَصَارَى Chriſtiani. | نَصَارَى Chriſtianos. | نَصَارَى Chriſtianorum. |
| بُشْرَاكَ bonũ nunciũ tuum. | بُشْرَاكَ bonũ nunciũ tuum. | بُشْرَاكَ boni nuncij tui. |

Sexta.

## Sexta Inflexio cum tribus litteris expreſſis.

SEx tantum nomina ſingularia inflectuntur hac ratione, videlicet: اب اخ مم من فم ذومال, de quibus iam ſupra cap 5. loquuti ſumus, eorum pariter origines explicantes. Porro vltimum non niſi annexum vſurpatur. reliqua vero quinque tum abſoluta, tum ad coniunctum, vel ſeiunctum annexa venire poſſunt: verumtamen dum annectuntur tantummodo inflectuntur litteris, modo non ſint annexa ad ى relatiuum primæ perſonæ, obtinent autem in Raf و, in Nasbo Eliph, in Giarro ى, vt

| | | |
|---|---|---|
| أَبُوكَ Pater tuus. | أَبَاكَ Patrem tuum. | أَبِيكَ Patris tui. |
| أَخُوكَ Frater tuus. | أَخَاكَ Fratrem tuum. | أَخِيكَ Fratris tui. |
| مَمُوكَ Socer tuus. | مَمَاكَ Socerum tuum. | مَمِيكَ Soceris tui. |
| مَنُوكَ Gener tuus | مَنَاكَ Generum tuum. | مَنِيكَ Generi tui. |
| فُوكَ Os tuum. | فَاكَ Os tuum. | فِيكَ Oris tui. |
| ذُومَال Poſſeſſor bonorum. | ذَامَال Poſſeſſorem bonorum. | ذِيمَال Poſſeſſoris bonorum. |

Sed prima quinque dum annexa non fuerint inflectuntur motionibus, ac pertinent ad primam inflexionem, vt أَبٌ *pater*, أَبًا *patrem* أَبٍ *patris*. Secundum autem ad hoc aſſumit م pro و, & ل reiectis, vt فَمٌ *os*, فَمًا *os*, فَمٍ *oris*.

Septi-

## Septima Inflexio cum duabus litteris expreſſis.

AD Inflexionem hanc duo ſpectant genera nominum. Primo quidem omnia dualia,& hæc ponuntur in رفع cum eliph, in نصب vero, & جر cum ى manente ſemper præcedenti phathhata. Sed ن in annexione reijcitur,vt

| | | |
|---|---|---|
| عَبْدَانِ duo ſerui | عَبْدَيْنِ duos ſeruos. | عَبْدَيْنِ duorũ ſeruorum. |
| اَلْعَبْدَانِ li due ſerui | اَلْعَبْدَيْنِ li due ſerui. | اَلْعَبْدَيْنِ delli due ſerui. |
| عَبْدَاكَ duo ſerui tui. | عَبْدَيْكَ duos ſeruos tuos. | عَبْدَيْكَ duorũ ſeruorũ tuorũ |
| عَبْدَا زَيْدٍ duo ſerui Zaidi. | عَبْدَيْ زَيْدٍ duos ſeruos Zaidi. | عَبْدَيْ زَيْدٍ duorũ ſeruorũ Zai. |

Quod ſi annectantur ad ى pronomen primæ perſonæ, in caſibus Nasbo,& Giarro immittitur prima ى caſualis in ى ſecũdam pronominalem phathhatam,veluti

| | | |
|---|---|---|
| عَبْدَايَ duo ſerui mei. | عَبْدَيَّ duos ſeruos meos. | عَبْدَيَّ duorũ ſeruorũ meorum. |

Sed huc reuocantur etiam quinque nomina ſingularia ſubſtantiua,eo quod formam,ac ſignificatum duale contineant,vt

اِثْنَانِ *duo*, اِثْنَتَانِ, vel ثِنْتَانِ *duæ* كِلَا *vterque* كِلْتَا *vtraque*,

quorum duo vltima, cum annectuntur ad ſeiuncta nomina tribus motionibus virtualibus inflectuntur, atque ad ſecũdam inflexionem ſpectant, ſed vbi ad pronomen affixum annexa fuerint vt dualia penitus inflectuntur,vt

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| اِثْنَانِ duo | اِثْنَيْنِ duos | اِثْنَيْنِ duorum. |

اثنتان

| | | |
|---|---|---|
| إِثْنَتَانِ duæ. | إِثْنَتَيْنِ duas. | إِثْنَتَيْنِ duarum. |
| ثِنْتَانِ duæ. | ثِنْتَيْنِ duas. | ثِنْتَيْنِ duarum. |
| كِلَاهُمَا uterque eorum. | كِلَيْهِمَا utrumq. eorum. | كِلَيْهِمَا utriuſq. illorum. |
| كِلْتَاهُمَا utraque earum. | كِلْتَيْهِمَا utramq. earum. | كِلْتَيْهِمَا utriuſque illarum. |

Secundo loco principaliter ad inflexionem hanc pertinent omnia nomina pluralia ſana maſculina, quæ in Raf ponuntur cum Vau præcedenti dzhammata: In Nasbo uero, & Giarro, cum ى præcedenti keſrata, è quibus ن reijcitur pariter in annexione, vt

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| مُسْلِمُونَ ſaluati. | مُسْلِمِينَ ſaluatos. | مُسْلِمِينَ ſaluatorum. |
| أَلْمُسْلِمُونَ li ſaluati. | أَلْمُسْلِمِينَ li ſaluati. | أَلْمُسْلِمِينَ delli ſaluati. |
| مُسْلِمُوكَ ſaluati tui. | مُسْلِمِيكَ ſaluatos tuos. | مُسْلِمِيكَ ſaluatorū tuorum. |
| مُسْلِمُوا ٱللّٰه ſaluati Dei. | مُسْلِمِي ٱللّٰه ſaluatos Dei. | مُسْلِمِي ٱللّٰه ſaluatorū Dei. |

Sed huc reuocantur pariter quædam numeralia ſignificantia numerorum decades, vt

| In رفع | نصب | جر |
|---|---|---|
| عَشْرُونَ viginti. | عَشْرِينَ viginti. | عَشْرِينَ viginti. |
| ثَلَثُونَ triginta. | ثَلَثِينَ triginta. | ثَلَثِينَ triginta. |
| أَرْبَعُونَ quadraginta. | أَرْبَعِينَ quadraginta. | أَرْبَعِينَ quadraginta. |

خمسون

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| خَمْسُونَ | quinqua-ginta. | خَمْسِينَ | quinqua ginta. | خَمْسِينَ | quinqua ginta. |
| سِتُّونَ | ſexagin-ta. | سِتِّينَ | ſexagin-ta. | سِتِّينَ | ſexagin-ta. |
| سَبْعُونَ | ſeptua-ginta. | سَبْعِينَ | ſeptua-ginta. | سَبْعِينَ | ſeptua-ginta. |
| ثَمَانُونَ | octogin-ta. | ثَمَانِينَ | octogin-ta. | ثَمَانِينَ | octogin-ta. |
| تِسْعُونَ | nonagin-ta. | تِسْعِينَ | nonagin-ta. | تِسْعِينَ | nonagin ta. |

Ac inſuper peculiaria quædam pluralia ſubſtantiuorum nominum ſingularium, quæ ſunt أَرْض *terra*, سَنَةٌ *annus*, quorum pluralia ſunt أَرْضُونَ *terræ*, سِنُونَ *anni*.

## Octaua Inflexio cum duabus litteris, vna expreſſa, altera virtuali.

AD Inflexionem hanc pertinent omnia pluralia ſana maſculina, ſed in vno caſu, cum .ſ. annexa fuerint ad ى relatiuum primæ perſonæ, tunc enim و quæ in caſu Raf ponenda eſſet, iuxta præcedentem inflexionem, conuertitur in ى, atque tum hæc, tum quæ in caſibus Nasbo, & Giarro reperitur in ى relatiuam immittuntur, Keſrata proinde ſemper præcedenti, vt pro مُسْلِمُوىَ & مُسْلِمِىَ & مُسْلِمِىَ , vel أَبُوىَ أَبِىَ أَبِىَ ex مُسْلِمُونَ مُسْلِمِينَ , & أَبُونَ أَبِينَ .

| In رفع | | نصب | | جر | |
|---|---|---|---|---|---|
| مُسْلِمِىَّ | ſaluati mei. | مُسْلِمِىَّ | ſaluatos meos. | مُسْلِمِىَّ | ſaluatorũ meorum. |
| أَبِىَّ | Patres mei. | أَبِىَّ | Patres meos. | أَبِىَّ | Patrum meorum. |

De

## De Nominum بِنَاء i. indeclinabilitate.

ALterum, quod in caſibus nominibus cõpetit, eſt البِنَاء, quæ vox in idiomate ædificationem, ſeu firmationem ſonat; vnde apud Grammaticos inter cætera ad ſignificandam inuariabilitatem indeclinabilium vocum vſurpatur. Eſt autem huiuſmodi ædificatio, ſiue indeclinabilitas duplex, quædam dicitur لَازِم i. *neceſſaria*, & intrinſeca, quædam dicuntur عَارِض i. *accidentalis*, ſiue aduentitia. Neceſſaria eſt cum nomen ſemper, ac perpetuò ex ſui natura eſt inuariabile, caretq. inflexione. Accidentalis autem eſt quando ex ſe nomen declinabile quidē eſt, inflectiturq. per caſus, ſed in aliquo euentu penes aliquas circumſtantias non obtinet ſigna propria ſui caſus, ſed tribuitur illi aliqua motio extranea; vnde ad inſtar indeclinabilium nominum redditur veluti ædificatum, nec in caſibus Raſo, Nasbo, & Giarro, dicitur Raphatum, vel Nasbatum, vel Giarratum لَفظًا prolatione, ſed tantum مَحَلًّا i. *loco*. Ac inde eius vltimæ motiones communi voce dicuntur ضَمّ فَتح كَسر, & ſi in verbis vltima dicitur وَقف *ſtatus*, ad differentiam nominum, ac verborum declinabilium, quorum motiones caſuum propriæ, etiam largo modo appellantur nomine caſuum, cum ſcilicet الضَّمّ appellatur رَفع, & الفَتح, نَصب, & الكَسر, جَرّ, & السُّكُون جَزم quod ipſi dicunt fieri مَجَازًا i. *tranſeundo*, ſeu ſinendo tranſire. Sunt autem indeclinabilium nominum octo potiſſimum ſpecies, videlicet:

الضَّمَايِر Pronomina abſoluta, ſeu perſonalia.

اسمَاء الاشَارَة Nomina oſtenſionis, ſeu pronomina demonſtratiua.

الموصولات Coniuncta, i. relatiua.

بعض الظروف Aliqua ex continentibus, i. quædam nomina temporalia, & localia.

المركبات Compoſita, quæ ex duobus ſimplicibus componuntur.

الاصوات Voces, quibus erga animantia, vel ob alios affectus vtuntur.

الكنايات Subſtituta, ſeu cognominationes, quæ aliorũ nominum vices gerunt.

اسماء الافعال Nomina verborum, quæ .ſ. verbis quibuſdam æquiualent.

Quæ ſingillatim ſequenti capite patebunt.

# CAPVT DVODECIMVM.

## De diuiſionibus Nominis, varijſque generibus eius.

IVXTA explicata hactenus accidentia Nominis, ſatis iam patet qualiter diuidatur, nempe

1 Ratione Quantitatis, in purum, ſiue ſimplex, auctum, diminutum; auctum ſimul, ac diminutum; binarium, ternarium, quaternarium, & quinarium.

2 Ratione Qualitatis, in ſeruatum, ſeu perfectum, infirmum, & hamzatum.

3 Ratione Formæ, ſeu Figuræ, in quamplurimas ſpecies ſub nouem referatas claſſibus, ſiue ordinibus.

4 Ratione Generis, in maſculinum, fœmininum, & commune.

5 Ratione Numeri, in ſingulare, duale, & plurale ſanum, & fractum.

6 Ra-

6 Ratione Speciei, in primitiuum, ſiue inderiuatum, & deriuatum.

7 Ratione Caſus, in Raph-atum, Nasbatum, & Giarratũ; & quoad eius diſpoſitionem in his caſibus, in Declinabile ſubdiuiſum in reuolubile, & irreuolubile; & Indeclinabile complectens octo Nominum ſpecies.

Modo autem ceteras eius diuiſiones, non ex accidentibus, ſed ex intrinſeca ſignificatione, ſiue impoſitione prodeuntes proſequi congruit, vt vniuerſa ipſius genera, cunctaq. differentiæ innoteſcant.

Primo ergo diuiditur nomen in tria genera.

Primum eſt اَلظَّاهِرُ *patens*, ſiue manifeſtum, quod .ſ. rem clarè, & abſtractiuè ſignificat, hoc eſt ſiue abſentem, ſiue præſentem.

Secundum eſt اَلْمُضْمَرُ *ſubintellectum*, cuiuſmodi vocant nomen, quod non tam rem, ſed propriè, ac determinatè perſonam loquentem preſentem, vel abſentem, hoc eſt primam, ſecundã, vel tertiam denotat, quod nos pronomen perſonale, ſiue abſolutum dicimus.

Tertium eſt اَلْمُبْهَمُ *ambiguum*, ſiue indiſtinctum, quod .ſ. rem quidem, vel perſonam, cum quadam tamen indeterminatione, ambiguitate, & indiſtinctione importat. Sub quo noſtra demonſtratiua pronomina, relatiua, & alia huius generis nomina collocant.

Sub primo quidem genere innumera ferè nomina referantur, quæcumque nempe, preter ſingillatim tradenda in ſecundo, & tertio genere, reliqua ſunt.

## اَلضَّمَائِرُ

## Pronomina perſonalia, ſiue abſoluta.

SEcundum ergo Genus Nominis eſt Pronomen, quod in ſingulari ضَمِيرٌ, in plurali ضَمَائِرُ Eſt autem pronomen du-

plex مُنْفَصِلٌ *ſeparatum*, & مُتَّصِلٌ *coniunctum*, quod commu niter affixum dicitur. Separatum quoque tum Raph-atum, tũ Nasbatum eſſe poteſt, in quibus caſibus non per variationem aliquam vltimę, ſed per totalem ſui mutationem diſponitur. Quodlibet autem penes numeri, perſonarum, ac generis differentias, duodecim obtinet voces. Quinque ſunt tertię perſonę, quę dicitur أَلْغَايِبُ *abſens*, ſing. dualis, & plur. maſc. & fœmin. Dualis enim vox communis eſt mari, & fœm. Quinque pariter ſunt voces ſecundę perſonę, quę dicitur أَلْمُخَاطِبُ *colloquens*, ſiue adſens, cui fit allocutio: huius enim adhuc duale commune is generis eſt. Duę tandem voces ſunt Perſonę primæ, quæ dicitur أَلْمُتَكَلِّمُ *loquens.* Altera ſingularis, altera pluralis, vtraque generis communis. Sunt autem tum Raph-ata, tum Nasbata, videlicet:

| | فِي ٱلرَّفْعِ | | فِي ٱلنَّصْبِ | | |
|---|---|---|---|---|---|
| أَلْغَايِبُ | هُوَ | ipſe. | إِيَّاهُ | ipſum. | Tertia perſona. |
| | هُمَا | ipſi duo. | إِيَّاهُمَا | ipſos duos. | |
| | هُمْ | ipſi *plural.* | إِيَّاهُمْ | ipſos *plur.* | |
| | هِيَ | ipſa. | إِيَّاهَا | ipſam. | |
| | هُمَا | ipſæ duæ. | إِيَّاهُمَا | ipſas duas. | |
| | هُنَّ | ipſæ *plural.* | إِيَّاهُنَّ | ipſas *plur.* | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الْمُخَاطَبُ | أَنْتَ tu *maſc.* | إِيَّاكَ te *maſc.* | Secunda perſona. |
| | أَنْتُمَا vos duo | إِيَّاكُمَا vos duos. | |
| | أَنْتُمْ vos *pl. m.* | إِيَّاكُمْ vos *plur.* | |
| | أَنْتِ tu *fœmin.* | إِيَّاكِ te *fœm.* | |
| | أَنْتُمَا vos duæ. | إِيَّاكُمَا vos duas. | |
| | أَنْتُنَّ vos *pl. fœm.* | إِيَّاكُنَّ vos *pl. f.* | |
| الْمُتَكَلِّمُ | أَنَا ego. | إِيَّايَ me. | Prima perſona. |
| | نَحْنُ nos. | إِيَّانَا nos. | |

Pronomina verò coniuncta ſunt in triplici differentia. Quædam namque coniuncta ſunt verbis; quædam nominibus, quædam particulis. Item quædam ſunt Raph-ata, quędam Nasbata, quædam Giarrata. Raph-âta quoque ſolum reperiuntur coniuncta verbis, quorum ſunt agentia, atq. adeo infr. c. 20. tradenda ſunt. Nasbata vero tum verbis, tum particulis nexa ſunt, veluti cum verbo ضَرَبَ *percuſsit*, & particula أَنَّ *quòd.*

منصوب

| | منصوب بالفعل | | منصوب بالحرف | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الغايب | ضَرَبَهُ | percuſsit eum. | أَنَّهُ | quod ipſe. | Tertia perſona. |
| | ضَرَبَهُمَا | percuſsit eos duos. | أَنَّهُمَا | quod ipſi duo. | |
| | ضَرَبَهُمْ | percuſsit eos *plur.* | أَنَّهُمْ | quod ipſi *p.* | |
| | ضَرَبَهَا | percuſsit eam. | أَنَّهَا | quod ipſa. | |
| | ضَرَبَهُمَا | percuſsit eas duas. | أَنَّهُمَا | quod ipſæ duæ. | |
| | ضَرَبَهُنَّ | percuſsit eas *plur.* | أَنَّهُنَّ | quod ipſæ. *plural.* | |
| الخاطب | ضَرَبَكَ | percuſsit te. | أَنَّكَ | quod tu *m.* | Secunda perſona. |
| | ضَرَبَكُمَا | percuſsit vos duos. | أَنَّكُمَا | quod vos duo. | |
| | ضَرَبَكُمْ | percuſſit vos *plur.* | أَنَّكُمْ | quod vos *plur.* | |
| | ضَرَبَكِ | percuſſit te *fam.* | أَنَّكِ | quod tu *f.* | |
| | ضَرَبَكُمَا | percuſſit vos duas. | أَنَّكُمَا | quod vos duæ. | |
| | ضَرَبَكُنَّ | percuſſit vos *plur.f.* | أَنَّكُنَّ | quod vos *plural.f.* | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| المتكلم | ضربني percuſsit me. | أني أو أنني quod ego | Prima perſona. |
| | ضربنا percuſsit nos. | أنا أو أننا quòd nos. | |

Quæ autem coniuncta pronomina ſunt Giarrata, adhuc nominibus ipſis annexis, ac etiam particulis coniungi poſſunt, vt cum hoc nomine غلام *ſeruus,* & particula لَ quæ eſt Datiui nota.

| | | | |
|---|---|---|---|
| الغايب | عبده ſeruus eius. *maſc.* | له ei *maſ.* | Tertia perſona. |
| | عبدهما ſeruus eorũ duorum. | لهما eis duobus. | |
| | عبدهم ſeruus eorũ *plur.* | لهم eis *plur.m.* | |
| | عبدها ſeruus eius. *fam.* | لها ei *fam.* | |
| | عبدهما ſeruns earũ duarum. | لهما eis duabus. | |
| | عبدهن ſeruus earũ *plur.* | لهن eis pluribus *fam.* | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| المخاطب | عبدك ſeruus tuus | لك tibi *maſ.* | Secunda perſona. |
| | عبدكما ſeruus veſtrũ duorũ. | لكما vobis duob. | |
| | عبدكم ſeruus veſtrũ *pl.maſ.* | لكم vobis. *p.m.* | |

عبدك

| | | | |
|---|---|---|---|
| عَبْدُكِ | ſeruus tuus *fam.* | لَكِ | tibi *fem.* |
| عَبْدُكُمَا | ſeruus veſtrũ duarũ | لَكُمَا | vobis duabus. |
| عَبْدُكُنَّ | ſeruus veſtrum *p.f.* | لَكُنَّ | vobis *pl.f.* |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| اَلْمُتَكَلِّمُ | عَبْدِى | ſeruus me°. | لِي | mihi | Prima perſona. |
| | عَبْدُنَا | ſeruus noſter. | لَنَا | nobis. | |

Quæ pronomina omnia inuariabiliter quidem ſemper hoc modo ſe habent, exceptis tantum pronominibus coniunctis tertiæ perſonæ, dualibus, pluralibus, & ſingulari maſculino; item ـه ſingulari perſonę primę, nempe • هُمَا هُمْ هُنَّ & ى. In prioribus enim quattuor perſonæ tertiæ, ſiue Nasbatis, ſiue Giarratis, conuertitur dzhammo in Keſr, cum aliud Keſr, vel ى quieſcens immediatè præcedit, veluti.

| | | | |
|---|---|---|---|
| لِعَبْدِهِ | ſeruo eius *maſc.* | عَلَيْهِ | ſuper eum. |
| لِعَبْدِهِمَا | ſeruus eorum duorũ vel earum duarum. | عَلَيْهِمَا | ſuper eos duos, vel duas. |
| لِعَبْدِهِمْ | ſeruo eorum. *plur.* | عَلَيْهِمْ | ſuper eos *plur.* |
| لِعَبْدِهِنَّ | ſeruo earum *plur.* | عَلَيْهِنَّ | ſuper eas *plur:* |

Sic etiam cum præcedens ى etiam quiete ſecunda quieſcit, veluti فِيهِ فِيهِمَا &c. Pronomen vero primæ perſonæ ى præceden-

cedente aliqua quieſcente trium ا و ى aſſumit phathhum, & ſi ى pręcedat virtute teſcdid illam in ſe ſuſcipit, immo ad hoc conuertit و in ى ſi præcedat, illudq. pariter duplicata ſuſcipit vt عَصَايَ *baculus meus*, عَبْدَيَّ *duos ſeruos meos*, مُسْلِمِيَّ *fideles meos*, vel *fideles mei*.

Sub tertio tandem genere tres nominum ſpecies collocantur, nimirum إِسْمَآءُ ٱلْإِشَارَةِ *nomina oſtenſionis*, quę noſtris demonſtratiuis pronominibus. ٱلْمَوْصُولَاتُ *coniuncta*, quæ noſtris relatiuis reſpondēt, & ٱلْكِنَايَاتُ *ſubſtituta*, quę vices aliorum nominum ſubſtituuntur, ut patebit.

## إِسْمَآءُ ٱلْإِشَارَةِ
## Pronomina Demonſtratiua.

HAec quidem originaliter, ac primariò quinque ſunt, videlicet ſingulare maſculinum; ſingulare fœmininum, quod multifariam efformatur; duale maſculinum; duale fœmininū; ac tandem plurale commune, quod duas etiam habet formas.

Quibus omnibus pręfigitur interdum particula هَا in principio vt facilius audiantur, dum proferuntur; propter quod particula hæc حَرْفُ ٱلتَّنْبِيهِ i. *particula excitationis* dicitur, omiſſa interdum Eliph, compendij cauſa, vt

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Sing. مفرد | 1 | ذَا | هَذَا | Ille. |
| | 2 | تَا | هَاتَا | Illa. |
| | | تِى | هَاتِى | |
| | | تِه | هَاتِه | |
| | | تِهِى | | |
| | | ذِى | هَاذِى | |
| | | ذِهِى | | |
| | | ذِه | هَذِه | |
| Dual. مثنى | 3 | ذَانِ | هَاذَانِ | Ili duo. |
| | 4 | تَانِ | هَاتَانِ | Illæ duę. |
| Plur. جمع | 5 | أُولَا | هُولَا | Illi, & illæ. |
| | | أُولَاء | هُولَاء | |

Sed dualia in caſibus Nasbo, & Giarro conuertunt eliph in ى, more nominum declinabilium, vt

| In رفع | | نصب | | جر | |
|---|---|---|---|---|---|
| ذَانِ | Illi duo. | ذَيْنِ | Illos duos | ذَيْنِ | Illorũ duorũ |
| هَذَانِ | | هَذَيْنِ | | هَذَيْنِ | |

تان

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| تَاهِ<br>مَاتَانِ | Illę duę | تَيْنِ<br>مَاتَيْنِ | Illas duas. | تَيْنِ<br>مَاتَيْنِ | Illarū duarū. |

Plurale autem ſolùm de perſonis dicitur, non de cæteris rebus, ad oſtendendas verò res cęteras aſſumitur ſingulare fœmininum تِلْكَ veluti تِلْكَ الْكُتُبُ *iſti libri.*

Præterea adijci ſolet quandoquè primis quinque pronomen affixum ſecundæ perſonę, nempe كَ quę dicitur كَافُ الْخِطَابِ *Kaph collocutionis*, varianturque penes numerum, ac genus perſonę ſecundę, ſeu adſentis, cui fit oſtenſio quinque modis quibus huiuſmodi pronomen variatur, vt ſupra dictum eſt, veluti ذَاكَ ذَاكُمَا ذَاكُمْ ذَاكِ ذَاكُمَا ذَاكُنَّ

Cęterùm ad maiorem oſtenſę rei diſtinctionem, dici ſolet ذَا eſſe oſtenſiuum propinqui, at verò ذَاكَ eſſe oſtenſiuum medij, ac tandem appoſito لِ poſt eliph, vel etiam interdum compendij cauſa, omiſſa eliph, fieri oſtenſiuum remoti, veluti ذَالِكَ vel ذَلِكَ *ille*, & ſic de cæteris, ſed dualia ad hoc, loco Lam, duplicant Nun in Rapho, veluti ذَانِّكَ *illi duo*, تَانِّكَ *illa dua.*

Tandem nomina oſtenſionis, ſed localia ſunt ثَمَّ *poſt*, هُنَا vel هُنَّا *hic*, quibus etiam dicitur هُنَاكَ *ibi*, pro loco medio, & هُنَالِكَ, ſeu هُنَّكَ *illic*, pro loco remotiori, ſed hæc alibi collocanda.

## اَلْمَوْصُولَاتُ

## Relatiua.

HViuſmodi nomina apud Arabes dicuntur الموصولات ideſt *quibus coniunctio fit*, eo quod ſemper adiungi debeat ipſis in oratione aliquod enunciatum, quod Arabes صِلَة dicũt, i. *ſumma coniuncta*, de qua lib. 3. cap. 2. dicemus: ſunt autem hæc:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| اَلَّذِى Qui, *ſing. maſc.* | 1 | | اَلَّذِينَ Qui, *plur. maſc.* | 5 |
| اَلَّتِى Quæ, *ſing. fem.* | 2 | | اَللَّاتِى | Quæ, *plur. fam.* 6 |
| اَللَّذَانِ Qui | Dual. maſc. 3 | | اَللَّاتِ | |
| اَللَّذَيْنِ Quos | | | اَللَّاءِى | |
| اَللَّذَيْنِ Quorum | | | اَللَّاءِ | |
| اَللَّتَانِ Quæ | Dual. fœm. 4 | | اَللَّاىِ | |
| اَللَّتَيْنِ Quas | | | اَللَّوَاتِى | |
| اَللَّتَيْنِ Quarum | | | | |

Quo-

Quorum dualia eodem pacto, ac præcedentia pronomina variantur in caſibus. Atque notandum omnia relatiua prędicta habere ſe prorſus, vt relatiua Latinorum. Vnde quandoque referunt antecedens diſtinctum, vt exempli gratia نَعْبُدُ اللّٰهَ الَّذِى خَلَقَنَا *ſeruimus Deo, qui creauit nos.* vbi relatiuum الذى *qui,* refert antecedens diſtinctum, ac manifeſtum, quod eſt *Deus*. Quandoq. vero non referunt antecedens huiuſmodi diſtinctum, ac manifeſtum, ſed occultum, quod implicitè continent, vt الَّذِى خَلَقَنَا يَحْفَظُنَا *qui creauit nos, conſeruat nos.* i. ille qui creauit, conſeruat nos, & الَّذِينَ كَفَرُوا يَعْدِلُونَ *qui rebelles facti ſunt declinabunt,* ſeu *præuaricabuntur.* i. illi qui rebelles facti ſunt. &c. Atque ſemper hoc ſecundo modo ſe habent hęc alia, videlicet

مَنْ Quis, qui, quæ. *Sing. dual. plur. maſc. & fam.*

مَا Quod, quid, qnicquid.

أَيٌّ Qui, quis, quilibet, quicquid.

أَيَّةٌ Quæ, quælibet.

ذُو Qui, quæ.

اذا poſt مَا interrogatiuam, vt مَاذَا quid illud, quod? Quę omnia tum enũciatiua, tum interrogatiua, tum conditionalia eſſe poſſunt, ſed مَا etiam abſoluta abſque relatione eſſe etiam poteſt, vt idẽ valeat, quod شَيْءٌ *res, aliquid.* Porrò duæ tantum declinabiles ſunt, nempe أَيٌّ & أَيَّةٌ, quæ more perfectorum nominum tribus motionibus expreſſis inflectuntur.

Cogno-

## اَلْكِنَايَاتُ

## Cognominationes.

HViuſmodi nomina pauciſſima ſunt, videlicet كَمْ *quot*, quod quandoque eſt interrogatiuum, vt كَمْ دِرْهَمًا مَالُكَ *quot drahma bona tua*? quandoque enunciatiuum, vt نَعْرِفُ كَمْ رَجُلٍ قَتَلْتَ *ſcimus quot homines occidiſti*.

Item كَذَا *tot*, quod regulariter eſt enunciatiuum, veluti عِنْدِي كَذَا دِرْهَمًا *apud me ſunt tot drahmæ*.

Item كَيْتَ كَيْتَ, vel ذَيْتَ ذَيْتَ *ſic & ſic*, ſeu *hoc & hoc*. Quæ omnia dicuntur cognominationes, ſiue ſubſtituta, eo quod ſubſtituãtur loco aliorum nominum: dicere enim, exemp. cauſa, quot drahmæ ſunt bona tua? non aliud eſt, quam compendiosè dicere, Bona tua ſunt ne drahmæ decem? vel viginti, vel triginta, &c.

Propterea dicuntur etiam aliqua ratione مُبْهَمَةٌ *indiſtincta* nomina ponderum, numerorum, ac menſurarum, vt رِطْلٌ *libra*, عَشَرَةٌ *decem*, رَقُودٌ *cadus*.

Secundò diuiditur nomen in ſubſtantiuum, & adiectiuum. Adiectiuum dicitur صِفَةٌ i. *attributum*, ſeu epithetum. Subſtãtiuum vero non obtinet peculiarem denominationem, ſed communi vocabulo dicitur إِسْمٌ *nomen*. Vnde cum diſtinctè intenditur nomen ſubſtantiuum, adiungi ſolet, ac dicitur الاسم

الْإِسْمُ الْمُقَابِلُ لِلصِّفَةِ *nomen oppoſitum adiectiuo.* cũ verò intẽditur expreſſio nominis in cõmuni, dr̃ الْإِسْمُ الْمُقَابِلُ لِلْفِعْلِ وَالْحَرْفِ ideſt *nomen oppoſitum verbo, & Hbarph.*

Tertio diuiditur nomen in عَلَم *ſignatum*, ſiue proprium, & in إِسْمُ الْجِنْسِ *nomen generis*, ideſt appellatiuum, quod .ſ. non determinatè indiuidua, ſed generales rerum rationes ſignificat.

Nomen proprium eſt duplex مُرْتَجَل *originale*, ſeu primitiuum, & مَنْقُول *translatum*. Originale eſt, quod primò impoſitum eſt ad ſignificandam rem determinatam, vt غَطَفَان *Gatphan*, quod non aliud ſignificat, quam prouinciam quandam. Tranſlatum verò adhuc eſt duplex: quandoque enim eſt tranſlatum à ſimplici, nempè à verbo pręſenti, vt يَزِيد *Iazidus*, & يَشْكُر *Iaſcorus*, quæ ſunt verba pręſentia ſignificantia (*addit & gratias agit*) vel pręterito, vt ضُرِب *Dzborebus*, à pręterito ضَرَب *percuſſus eſt*, vel imperatiuo, vt إِصْمِت *Eſmet*, nomen cuiuſdam deſerti, ex imperatiuo اصْمِت *auſculta*, vel ab alio nomine generis, ſeu appellatiuo, vt جَعْفَر *Gia pharus*, ex جَعْفَر *torrens*. Quandoque verò ſumitur ab aliquo compoſito, quod vel eſt إِسْنَادِي *connexionale*, ſeu enunciatiuum, vt تَأَبَّطَ شَرًّا *taabbataſciar*, quę eſt oratio ſignificans (ſumpſit ſub ala, ſeu brachio malum) hoc eſt gladium, vel aliud. Vel eſt إِضَافِي *annexionale*, vt عَبْدُ اللّٰه *abdallah*, quod etiam ſignificat

cat

cat ſeruus Dei. Nomen autem appellatiuum adhuc diuiditur apud Arabes in إِسْمُ عَيْنٍ *nomen ſubſtantiæ*, & إِسْمُ مَعْنًى *nomen ſignificationis*, ſeu ſignificatus. Primum definiunt أَلَّذِى يَقُومُ بِنَفْسِهِ *quod ſtat per ſe*, quod aiunt eſſe poſſe primitiuum, vt رَجُلٌ *homo*, & deriuatiuum, vt رَاكِبٌ *equitans*. Secundum deſcribunt أَلَّذِى يَقُومُ بِغَيْرِهِ *quod ſtat per aliud à ſe*, & hoc ad huc dicunt eſſe poſſe primitiuum, vt عِلْمٌ *ſcientia*, & deriuatiuum, vt مَفْهُومٌ *intellectus*, ſiue cognitus.

Quarto diuiditur nomen in مَعْرِفَةٌ i. *notum*, & نَكِرَةٌ ideſt *ignotum*. Nota dicuntur quinque nominum ſpecies.

Prima أَلْعَلَمُ Proprium.

Secunda أَلْمُضْمَرُ Pronomen abſolutum, ſiue perſonale.

Tertia أَلْمُبْهَمُ Ambiguum, ſeu indiſtinctum. i. duę ipſius ſpecies, nempe أَسْمَاءُ ٱلْإِشَارَةِ *nomina oſtenſionis*, ſeu demonſtratiua pronomina, & أَلْمَوْصُولَاتُ *relatiua*.

Quarta أَلْمُعَرَّفُ بِٱللَّامِ Notificatum cum ل articulare, vt أَلرَّجُلُ *homo*.

Quinta أَلْمُضَافُ إِلَى أَحَدِهَا Annexum ád aliquod iſtorum annexione vera, de qua ſuperius cap. 3. vt غُلَامُ زَيْدٍ *ſeruus Zaidi*. غُلَامُكَ *ſeruus tuus*, غُلَامُ هَذَا *ſeruus iſtius*, غُلَامُ ٱلرَّجُلِ *ſeruus hominis*.

Igno-

Ignota verò nomina dicuntur reliqua omnia.

Quinto diuiditur nomen in مُرَكَّب ideſt, *compoſitum*, & غَيْرُ مُرَكَّب *non compoſitum*, ſiue ſimplex.

Compoſitum eſt triplex. Primum eſt quod nullam includit partium connexionem, & hoc,ſi ſit proprium, eſt irreuolubile, vt بَعْلَبَكّ *Balabek*. Secundum eſt إِضَافِيّ *annexionale*, quod.ſ. conſtat duobus, quorum annectitur primum ſecundo, vt عَبْدُ ٱللّه *abdollah*, & huius primum regulariter indeclinabile ـ eſt: ſecundum declinatur, atque giarratur ob præcedens ſibi annexum ـ.

Tertium ٱلْمُتَضَمِّنُ أَوَّلُهُ مَعْنَى ٱلْحَرْف cuius primum virtualiter continet ſignificatum alicuius particulæ, vt بَيْتَ بَيْتَ cum dicitur جَارَى زَيْدٌ بَيْتَ بَيْتَ, ſenſus enim eſt مِنْ بَيْتٍ إِلَى بَيْتٍ ideſt, *decucurrit Zaidus de domo in domum*, ſimiliter صَبَاحَ مَسَاءَ cum dicitur أَتِيكَ صَبَاحَ مَسَاءَ *veniam ad te mane veſpere*, vbi ſenſus eſt كُلَّ صَبَاحٍ وَمَسَاءٍ *omni mane, & veſpere*. Eiuſdem rationis ſunt nomina numerorum compoſita, vt أَحَدَ عَشَرَ *vndecim*, إِثْنَى عَشَرَ *duodecim*, ثَلَاثَةَ عَشَرَ *tredecim*, &c. de quibus infra: in his enim ſenſus eſt أَحَدٌ وَعَشَرٌ *vnus & decem*, إِثْنَى وَعَشَرٌ *duo & decem*. Atque hæc omnia indeclinabilia ſunt excepto إِثْنَى عَشَرَ *duodecim*, cuius primum ـ إِثْنَى declinabile eſt, cum ad inſtar dualis annexi abijciat ن ex

abſoluto إثْنَان *duo.* Nomina verò ſimplicia ſunt reliqua omnia, quæ nullatenus ex pluribus dictionibus conſtant.

Sexto enumerantur peculiaria quatuor nominum genera, videlicet إسْمَاء العَدَد *nomina numeri,* المُتَّصِلَة بِالأَفْعَال *coniuncta verbis,* الظُّرُوف *continentia,* idest localia, vel temporalia, إسْمَاء الأَفْعَال *nomina verborum,* quę ſcilicet æquipollent quibuſdam verbis.

إسْمَاء العَدَد

## Nomina Numeralia.

IN duplici ſunt differentia; quędam ſunt cardinalia, quædā ordinalia, atque vtraque duplicia ſunt, maſculina, & fœminina. Cardinalium quidem prima duo, hoc eſt vnum, & duo, regulariter efformantur cum ſigno fœminino in fœmininis, & abſque eo in maſculinis: At verò in reliquis vſque ad decem contra regulam fœmininum ſignum de fœmininis in maſculina transfertur: reliqua vſque ad centum communia ſunt. At verò centum fœminina, & mille maſculina ſemper voce profertur, atque in عشرة , ش media, tum quieſcens, tum mota per Keſrum poteſt proferri. Cardinalia ſunt hæc:

| | | | |
|---|---|---|---|
| وَاحِد vnus | Maſculina. | وَاحِدَة vna | Fœminina. |
| إثْنَان duo | | إثْنَتَان duæ | |
| ثَلَاثَة tres | | ثَلَاث وثَلث tres | |
| أرْبَعَة quatuor | | أرْبَع quatuor | |
| خَمْسَة quinque | | خَمْس quinque | |

ſex

| Maſculina. | | Fœminina. | |
|---|---|---|---|
| سِتَّةٌ | ſex | سِتٌّ | ſex |
| سَبْعَةٌ | ſeptem | سَبْعٌ | ſeptem |
| ثَمَانِيَةٌ | octo | ثَمَانٍ | octo |
| تِسْعَةٌ | nouem | تِسْعٌ | nouem |
| عَشَرَةٌ | decem | عَشْرٌ | decem |

## Communia.

| | | | |
|---|---|---|---|
| عَشْرُونَ | viginti | تِسْعُونَ | nonaginta |
| ثَلَثُونَ | triginta | مَايَةٌ | centum. |
| أَرْبَعُونَ | quadraginta | مَايَتَانِ | ducentum. |
| خَمْسُونَ | quinquaginta | أَلْفٌ | mille |
| سِتُّونَ | ſexaginta | أَلْفَانِ | duo millia. |
| سَبْعُونَ | ſeptuaginta | أُلُوفٌ | milliaria. |
| ثَمَانُونَ | octoginta. | | |

Quæ verò ſimul vnitates, ac decades, vel centenas, ac millenarios continent, ex his componuntur, atque مُرَكَّبَةٌ ideſt, *compoſita*, dicuntur, minori quidem numero ſemper maiori præmiſſo vſque ad 99. & quidem vſque ad viginti compoſitio

fit abſque copulatiua expreſſa, translato ة de عَشْرَةَ maſculino in عَشَر fœmininum, atque perpetuò indeclinabilia ſunt, phathhatis ſemper vltimis vſque ad 19.

| Maſculina | | Fœminina | |
|---|---|---|---|
| أَحَدَ عَشَرَ | vndecim | إِحْدَى عَشْرَةَ | vndecim. |
| اِثْنَا عَشَرَ | duodecim | اِثْنَتَا عَشْرَةَ | duodecim |
| ثَلٰثَةَ عَشَرَ | tredecim | ثَلَاثَ عَشْرَةَ | tredecim |
| أَرْبَعَةَ عَشَرَ | quattuordecim | أَرْبَعَ عَشْرَةَ | quattuordecim |
| خَمْسَةَ عَشَرَ | quindecim | خَمْسَ عَشْرَةَ | quindecim |
| سِتَّةَ عَشَرَ | ſexdecim | سِتَّ عَشْرَةَ | ſexdecim |
| سَبْعَةَ عَشَرَ | decem & ſeptem | سَبْعَ عَشْرَةَ | decem & ſeptem |
| ثَمَانِيَةَ عَشَرَ | decem & octo | ثَمَانِي عَشْرَةَ | decem & octo |
| تِسْعَةَ عَشَرَ | decem & nouem | تِسْعَ عَشْرَةَ | decem & nouem |

Supra viginti autem ſemper intercedit copula, atque declinabilia ſunt, ſeruatis quoad genus iiſdem legibus, vt ſcilicet numerus infra decem maſculinus habeat ة exceptis 1. & 2. veluti

| Maſculina | | Fœminina |
|---|---|---|
| أَحَدٌ وَعِشْرُونَ | viginti vnum | إِحْدَى وَعِشْرُونَ |

vigin-

| Maſculina. | | Fœminina. |
|---|---|---|
| إِثْنَانِ وَعَشْرُونَ | viginti duo. | إِثْنَتَانِ وَعِشْرُونَ |
| ثَلَثَةٌ وَعَشْرُونَ | viginti tres. | ثَلَاثٌ وَعِشْرُونَ |

Et ſic vſque ad

| | | |
|---|---|---|
| تِسْعَةٌ وَتِسْعُونَ | nonagintanouē | تِسْعٌ وَتِسْعُونَ |

Vltra centum verò minor numerus poſtponendus eſt, veluti.

| Maſculina. | Fœminina. |
|---|---|
| 101 مَايَةٌ وَوَاحِدٌ | 101 مَايَةٌ وَوَاحِدَةٌ |
| 102 مَايَةٌ وَاثْنَانِ | 102 مَايَةٌ وَاثْنَتَانِ |
| 103 مَايَةٌ وَثَلَثَةٌ | 103 مَايَةٌ وَثَلَاثٌ |
| 110 مَايَةٌ وَعَشْرَةٌ | 110 مَايَةٌ وَعَشْرٌ |
| 113 مَايَةٌ وَثَلَثَةَ عَشَرَ | 113 مَايَةٌ وَثَلَاثَ عَشْرَةَ |
| 120 مَايَةٌ وَعَشْرُونَ | 120 مَايَةٌ وَعَشْرُونَ |
| 134 مَايَةٌ وَأَرْبَعَةٌ وَثَلَثُونَ | 134 مَايَةٌ وَأَرْبَعٌ وَثَلَثُونَ |

Vltra verò 200. vſque ad 900. prȩmittuntur inferiores numeri vnitatum eidem numero مايه 100. dempta tamen ة , atque communis generis & indeclinabiles redduntur , veluti :

| | |
|---|---|
| 300 ثَلَاثَمَايَةٍ | 700 سَبْعَمَايَةٍ |
| 400 أَرْبَعَمَايَةٍ | 800 ثَمَانِمَايَةٍ |

| | |
|---|---|
| 500 خَمْسَمَايَة | 900 تِسْعَمَايَة |
| 600 سِتَّمَايَة | 999 تِسْعَمَايَة وَتِسْعَة وَتِسْعُونَ |

Eademque ratione vltra أَلْفَان 2000. componitur vſque in infinitum.

Ordinalia verò numerorum nomina; regularia ſemper ſunt quoad genus,& quidem ſine copula pariter vſque ad vigeſimus vigeſima ; vnde illuc vſque compoſita indeclinabilia ſunt phathhatis ſemper vltimis; cum copula verò deinceps declinabiliter, veluti:

| | |
|---|---|
| أَوَّل Primus. | أُولَى Prima. |
| ثَان Secundus. | ثَانِيَة Secunda. |
| ثَالِث Tertius. | ثَالِثَة Tertia. |
| رَابِع Quartus. | رَابِعَة Quarta. |
| خَامِس Quintus. | خَامِسَة Quinta. |
| سَادِس Sextus. | سَادِسَة Sexta. |
| سَابِع Septimus. | سَابِعَة Septima. |
| ثَامِن Octauus. | ثَامِنَة Octaua. |
| تَاسِع Nonus. | تَاسِعَة Nona. |

Deci-

| | |
|---|---|
| عَاشِرٌ Decimus. | عَاشِرَةٌ Decima. |
| حَادِى عَشَرَ Vndecimus. | حَادِيَةَ عَشَرَ Vndecima. |
| ثَانِى عَشَرَ Duodecimus. | ثَانِيَةَ عَشَرَ Duodecima.. |
| ثَالِثَ عَشَرَ Decimus tertius. | ثَالِثَةَ عَشَرَ Decima tertia. |
| رَابِعَ عَشَرَ Decimus quartus | رَابِعَةَ عَشَرَ Decima quarta. |
| عِشْرُونَ Vigeſimus. | عِشْرُونَ Vigeſima. |
| حَادِى وَعِشْرُونَ Vigeſim' prim' | حَادِيَةَ وَعِشْرُونَ Vigeſ. prima. |
| ثَانِى وَعِشْرُونَ Vigeſ. ſecũdus. | ثَانِيَةَ وَعِشْرُونَ Vigeſ. ſecũda. |

Et ſic deinceps, ſed denarij ordinales, ac centenarij, & millenarij non differunt à cardinalibus, ac ſimiliter cum ipſis componitur, veluti:

عِشْرُونَ Vigeſimus.

ثَلَثُونَ Trigeſimus.

أَرْبَعُونَ Quadrageſimus.

| | |
|---|---|
| 51. حَادِى وَخَمْسُونَ | 51 حَادِيَةَ وَخَمْسُونَ |

مَايَةٌ 100

103 ثَالِثَةٌ وَمَايَةٌ . 103 ثَالِثٌ وَمَايَةٌ .

124 رَابِعَةٌ وَعِشْرُونَ وَمَايَةٌ . 124 رَابِعٌ وَعِشْرُونَ وَمَايَةٌ

## أَلْمُتَّصِلَةُ بِالْأَفْعَالِ
## Coniuncta Verbis.

NOmina coniuncta verbis dicuntur illa, quæ vel deriuantur à verbo, vel ipſa verbum efformant. Hęc autem multa ſunt, ſed quæ verborum regimen habeant tantùm ſunt quinque ſpecies. .

أَلْمَصْدَرُ Maſdarum, hoc eſt infinitiuum.

إِسْمُ ٱلْفَاعِلِ Nomen agentis ęquipollens participio actiuo.

إِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ Nomen patientis, quod ęquipollet participio paſſiuo.

أَلصِّفَةُ ٱلْمُشَبَّهَةُ Adiectiuum aſſimilatum, hoc eſt ſimile nomini agentis.

أَفْعَلُ ٱلتَّفْضِيلِ Nomen exceſſus, iuxta formam أَفْعَلُ æquipollens comparatiuo. De quorum omnium formatione inferius cap. 20. agendum eſt fuſius. De vſu verò, atque conſtructione, ſiue regimine, lib. 3. de conſtructione horum nominum ſingillatim dicendum eſt capitibus pluribus.

Præter hæc numerata ſunt etiam & alia, quæ à verbis formãtur nomina, vt إِسْمُ ٱلزَّمَانِ *nomen temporis*, quando fit actio

ſignifi-

ſignificata per verbum إِسْمُ ٱلْمَكَانِ ***nomen loci*** : إِسْمُ ٱلْآلَةِ ***nomen inſtrumenti***, & alia ſimilia, de quibus vberrimè relato cap. 20. diſſerendum erit.

ٱلظُّرُوفُ

## Continentia, i. nomina Localia, & Temporalia.

Omina localia,& temporalia dicuntur ſic apud Arabes, quia tempore,& loco,duobus veluti continentibus, ſiue clauſtris,quæ geritur actio, tenetur, ac circumſcribitur; atque his tum nomina, tum etiam aduerbia Latinorum localia, & temporalia complectuntur : omnia enim hæc apud ipſos nomina ſunt, ac vocantur. Cum enim ex. gr. dicitur قُمْتُ إِذْ قَامَ زَيْدٌ وَقَعَدْتُ حَيْثُ قَعَدَ عَمْرٌو *ſteti quando ſtetit Zaidus,& ſedi vbi ſedit Amrus* : quod nos explicamus per aduerbia temporis, ac loci (*quando*, & *vbi*) ipſi efferunt per إِذْ & حَيْثُ quæ apud ipſos ſonant, *quo loco*, & *quo tempore*, vnde & nomina ſunt. Sunt autem hęc omnia vtriuſque generis nomina in duplici differentia : quædam enim ſunt indeclinabilia,quędam verò declinabilia. Indeclinabilia hæc ſunt:

## Temporalia.

Primum ٱلْآنَ Nunc,hoc tempore.

Secundum إِذْ Cum, poſtquam ; cauſale eſt, deſeruitq. præterito,ac neceſſariò exigit poſt ſe ſummam verbalem, vel nominalem,de quibus li. 3. c. 2. ſ. إِجْلِسْ إِذْ جَلَسَ زَيْدٌ أَوْ زَيْدٌ جَالِسٌ *ſede poſtquam ſedit Zaidus*, ſeu *cum iam ſederit Zaidus*, vel *cum Zaidus iam ſit ſedens*.

Tertium قَطُّ vnquam: adhuc deſeruit præterito, ac regulariter negationem ſequitur, veluti لَمْ يَضْرِبْهُ قَطُّ *non percuſſit eū vnquam*, i. numquam eum percuſſit.

Quartum لَمَّا Cum, poſtquam: etiam pro præterito. Differt autem ab إِذْ quia ſolam verbalem ſummam exigit, atque ſimul cum ipſa præcedit alteram ſummam conſequutiuam veluti لَمَّا جِئْتَنِي أَكْرَمْتُكَ *cum veniſſes ad me, bonoraui te*: ſed potius naturam particulę, quàm nominis videtur habere. At verò إِذْ prędmitti non poteſt, nec dicitur إِذْ جَلَسَ زَيْدٌ جَلَسْتُ *cum ſederit Zaidus, ſedi*: ad hoc enim adhibetur لَمَّا. Ad ſignificandam verò non cauſalitatem, ſed meram concomitantiam, ſiue temporis ſimultatem, adhibetur nomen declinabile حِينَ tempus, quod & pręcedere, & ſubſequi poteſt enunciationem rei coexiſtentis, vt حِينَ جَلَسَ زَيْدٌ جَلَسَ عَمْرٌو *quando ſedit Zaidus, ſedit Amrus*, vel جَلَسَ عَمْرٌو حِينَ جَلَسَ زَيْدٌ.

Quintum مُذْ, vel مُنْذُ Ex, ex tempore, veluti مَا رَأَيْتُكَ مُنْذُ يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ *non vidi te è die Veneris.*

Sextum أَمْسِ Heri.

Septimum إِذَا Quando; conditionale pro futuro, veluti إِذَا جِئْتَنِي أُكْرِمُكَ *cum veneris ad me, bonorabo te.*

Octa-

Octauum عَوْضُ Vnquam. Pro futuro negatiuo, vt قَطُّ pro præterito.

Nonum قَدْ Iam, aliquando.

Decimum أَيَّانَ Quando, interrogatiuè. veluti أَيَّانَ يَوْمُ الدِّينِ *quando erit dies iudicij?* & conditionaliter, veluti, أَيَّانَ تَقْعُدْ أَقْعُدْ *quandocunque ſedebis, ſedebo.*

Vndecimum مَتَى Quando, interrogatiuè, & conditionaliter, veluti مَتَى ٱلْقِتَالُ *quando erit bellum?* & مَتَى تَأْتِنِي أُكْرِمْكَ *quando veneris ad me, honorabo te.*

## Localia.

هُنَا & هَاهُنَا , هُنَّا , هِنَّا *hic.* هُنَاكَ *ibi.* هُنَالِكَ *illic*, remotiùs

حَيْثُ *vbi*, enunciatiuè. Sed poſt مِن (*quatenus*) importat, veluti ٱلْإِنْسَانُ يَتَحَرَّكُ مِن حَيْثُ هُوَ حَيَوَانٌ *homo mouetur quatenus eſt animal.*

أَيْنَ & أَنَّى *vbi*, interrogatiuè, & conditionaliter.

لَدُنْ vel لُدْنِ لَدُنِ لَدُنْ لَدَنْ لَدْ لَدَ Apud, prope, coram.

Præter hæc autem quędam ſunt nomina localia, quæ ٱلْجِهَاتُ ٱلسِّتُّ i. *ſitus ſex* dicuntur, veluti

قَبْلُ ante بَعْدُ poſt فَوْقُ ſupra

تَحْتُ ſubtus يَمِينُ ad dexteram يَسَارُ ad ſiniſtram.

Similiter his æquipollentia أَمَامَ & قُدَّامَ *ante, coram.* وَرَآءَ & خَلْفَ *poſt, retro.* عَلَى *ſuper,* أَسْفَلَ *ſubtus,* شِمَالَ *ad ſiniſtram,* quorum قبل & بعد etiam temporalia ſunt. Hęc igitur omnia dupliciter eſſe poſſunt, vel annexa, vel abſque annexione. Cum quidem annexa ſunt, omnia declinabilia fiunt, habentque motiones phathh. vel keſr. iuxta caſus nasbo, vel giarr. in quibus ipſa nomina reperiri contingit. Cum verò annexa non ſunt, adhuc dupliciter euenire poſſunt, vel quidem, vt tacitè ſubintelligatur aliquid, cui adnectantur, & hoc pacto ſēper indeclinabilia ſunt, obtinentque motionem phathho, quantumuis præcedant præpoſitiones giarrantes exigentes keſr. veluti ضَرَبَنِي زَيْدٌ مِنْ قَبْلُ *percuſſit me Zaidus ante.* ſuppoſito ſcilicet, quod exemp gr. ſubintelligam مِنْ قَبْلِ ضَرْبِي إِيَّاهُ *ante percuſſionem meam, qua percuſſi ipſum.* Vel rurſus ita euenire poſſunt, vt nullius habeatur reſpectus, nihilque, ad quod annectantur tacitè, ſubintelligatur, & hac ratione ſemper declinabilia ſunt, veluti ſi dicatur ضَرَبْتُ زَيْدًا قَبْلًا *percuſſi Zaidum ante*, ſiue *priùs.*

Præter hęc tandem innumera ſunt alia temporis, ac loci nomina omnia declinabilia, vt وَقْتٌ زَمَانٌ حِينٌ *tempus.* يَوْمٌ *dies* لَيْلٌ *nox.* أُسْبُوعٌ *hebdomada.* سَنَةٌ *annus.* شَهْرٌ *menſis.* مَكَانٌ *locus.* سُوقٌ *platea.* مَسْجِدٌ *locus adorationis*, ſiue *templum.* طَرِيقٌ *via*, & ſimilia.

## إِسْمَاءُ الأَفْعَالِ

## Nomina Verborum.

NOmina verborum ſunt dictiones quædam indeclinabiles ſimplices, vel compoſitæ, æquipollentes aliquibus ver-

verbis, ac proinde ſunt in triplici differentia, iuxta tres verborum præcipuas partes, de quibus ſuo loco lib. huius cap. 20. Quędam enim æquipollent præterito, quædam Modzhareo, hoc eſt præſenti, vel futuro, quędam verò imperatiuo.

Quæ præteriti ſensū habent.i. ſunt هَيْهَاتِ vel هَيْهَاتُ هَيْهَاتَ quo exem.gr.dicitur هَيْهَاتَ زَيْدٌ *diſtauit, receſsit Zaidus*. شَتَّانَ vt شَتَّانَ زَيْدٌ وَعَمْرُو idest, *diuiſi ſunt Zaidus, & Amrus*. سَرْعَانَ vel سُرْعَانَ vel سِرْعَانَ vt سَرْعَانَ زَيْدٌ *feſtinauit Zaidus*. Quæ verò æquiualent modzhareo pauciſſima ſunt, vt أُفٍّ quod valet أَتَضَجَّرُ *tædet me*.

Quæ tandem æquipollent imperatiuo, quamplura ſunt, nēpe رُوَيْدَ vt cum dicitur رُوَيْدَ زَيْدًا i. أَمْهِلْ زَيْدًا *ſubſtine, tolera Zaidum*. هَلُمَّ vt هَلُمَّ شُهَدَاءَكُمْ *afferte teſtes veſtros*. حَيَّهَلْ vt حَيَّهَلَ الثَّرِيدَ i. *veni ad ius*. مَهْ *apage*. صَهْ idest, *tace*. دُونَكَ & هَاءَ veluti دُونَكَ زَيْدًا vel هَاءَ زَيْدًا *apprehende Zaidum*. عَلَيْكَ vt عَلَيْكَ زَيْدًا *conſtringe Zaidum*. بَلْهَ, vt بَلْهَ زَيْدًا *derelinque Zaidum*. Hunc eumdem imperatiui valorem habent nomina deriuantia regulariter à ternarijs verbis, iuxta formam فَعَالِ vt ex verbo نَزَلَ *deſcendit*, نَزَالِ *deſcende*.

Tandem ratione conſtructionis diuiditur nomen in duo genera, in قِيَاسِيٌّ i. *regulare*, & سَمَاعِيٌّ *audibile*. Regulariū ſunt ſex ſpecies.ſ. quattuor ex quinque ſuperios explicatis, quæ مُتَّصِلَةٌ بِالْأَفْعَالِ *coniuncta verbis* dicuntur, nempe Maſdarum,

Nomen

Nomen Agentis, Nomen Patientis, & Adiectiuum aſſimilatū. Item nomen quodlibet annexum alteri, ac tandem nomen, quod dicitur Perfectum, quod eſt quadruplex, vt ſuo loco dicemus lib. 3. c. 21.

Audibilium verò ſunt tres tantum ſpecies, nimirum اسماء الافعال *nomina verborum*, de quibus ſupra. الأسماء المنقوصة *nomina diminuta.* نواصب النكرات على التمييز *Naſebantia* (ſeu quæ collocant in nasbo nomina) *ignota ratione diſtinctionis*, ſeu *ſpecificationis.* De quibus omnibus vberrimè prędicto lib. 3. differendum eſt ſingillatim.

## CAPVT DECIMVMTERTIVM.

### De Verbo ſecunda Orationis parte, eiuſque natura, ac definitione.

VT ex primo capite huius libri conſtat, Verbum vocatur فِعْل apud Grammaticos Arabum, quę dictio, vt ait Taphtazaniius, conuerſo keſr primę litteræ ف in phathhum, vt fiat فَعْل radix eſt verbi فَعَلَ *fecit*, ſiue *operatus eſt*. At verò فِعْل cum Keſr litterę ف peculiariter verbum, ſeu pręſentem hanc orationis partem apud Grammaticos notat.

Cuius naturam ex ibidem dictis facillimum eſt colligere, differt enim à Nomine, quòd rem ſignificat connotando tempus illius. Vnde à peritiſſimis Authoribus definitur

كَلِمَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى بِنَفْسِهِ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ الْأَزْمِنَةِ الثَّلَاثَةِ

Dici-

Dicitur primo كلمة ideſt, *Dictio ſingularis*, (prout hanc vocem eodem primo cap. explicuimus) qua velut genere alias orationis partes complectente, cætera excluduntur.

Secundo dicitur دالة على معنى بنفسه *oſtendens ſuper ſignificatum per ſe ipſam*, hoc eſt per ſe ſignificans aliquid: ad excludendas dictiones cæteras, quę ſub Hharph tertia orationis parte locantur.

Tertio tandem dicitur مقترن باحد الازمنة الثلثة *coniunctum ad aliquod temporum trium*, i. ſignificans ſignificatum coniũctum tempori prętérito, præſenti, vel futuro. Qua vltima differentia nomen excluditur, vt ſupra diximus, atque integra verbi ratio conſtituitur.

# CAPVT DECIMVMQVARTVM.

## De Proprietatibus Verbi.

QVATTVOR numerantur communiter proprietates Verbi.

Prima eſt دُخُولُ قَدْ وَٱلسِّينِ وَسَوْفَ وَلَامِ ٱلاِبْتِدَاءِ عَلَيْهِ i. *introitus dictionis* قد *& litteræ* س *& particulæ* سوف *& lam incboationis ſuper ipsũ.* قد præponitur potiſſimum præterito, ac propriè ſignificat *iam*, vel interdum tantum emphaſim quamdam, vt قَدْ ضَرَبَ *iam percuſſit*. Littera autem س ac reliqua particula سوف ad futurum expreſſiùs denotandum apponuntur Modzhareo, quod præſens, ac futurum tempus complectitur, vt dicemus, veluti سَيَضْرِبُ vel سَوْفَ يَضْرِبُ *percutiet*, atque vltima لَ dum prę̨mittitur reſtringit ipſum ad tẽpus præſens, ut لَيَضْرِبُ زَيْدٌ *profectò, equidem percutit Zaidus.*

Secun-

Secunda proprietas eſt دُخُولُ الْجَوَازِم عَلَيْهِ i. *introitus quarumdam particularum ſuper ipſum, quæ conſtituunt verbum in modo Giazemo*, quid exparte reſpondet modo Latinorum ſubiunctiuo, quemadmodum infra dicemus, ut cum in يَضْرِبُ *percutit*, appoſita præpoſitione hac, ſiue littera ل fit لِيَضْرِبَ *ut percutiat*, eiuſmodi particulę nonnullæ ſunt, de quibus infr.

Tertia eſt إِتِّصَالُ الضَّمَائِرِ الْبَارِزَةِ الْمَرْفُوعَةِ i. *adiunctio, ſeu affixio pronominum egredientium exiſtentium in caſu Rapho*, ut ضَرَبْتُ *percuſſi*, ضَرَبْنَا *percuſſimus*, ضَرَبُوا *percuſſerunt*, & ſimilia, ubi تُ & نَا & وا pronomina ſunt, ac agentia conſtituta in caſu Rapho, quæ perſonas referunt, ut fuſius explicabimus infra.

Quarta Verbi proprietas eſt تَاءُ التَّانِيثِ السَّاكِنَةُ i. ت *Te fœmininum quieſcens*: hoc enim nonniſi in uerbo reperitur quieſcens, ut ضَرَبَتْ *percuſſit*, cum de muliere enunciatur. Atque huiuſmodi ſunt quattuor, quas Verbo tantum tribuunt proprietates, de quibus, quoniam infra nonnulla dicenda ſunt, non amplius idcirco hic opus eſt uerba facere.

CAP.

# CAP. DECIMVMQVINTVM.

## De Verbi Accidentibus in communi.

EADEM ratione, qua ſuperius in Nomine, ad certa reuocamus capita, Accidentiaque dicimus quæcumque de Verbo ſcitu neceſſaria ſunt. Reuocantur autem hæc omnia ad nouem potiſſimum capita, cuiuſmodi ſunt.

| | |
|---|---|
| اَلْكَمُّ | Quantitas. |
| اَلْكَيْفِيَّةُ | Qualitas. |
| اَلصُّورَةُ | Forma. |
| اَلنَّوْعُ | Species. |
| اَلْجِنْسُ | Genus. |
| اَلْعَدَدُ | Numerus. |
| اَلزَّمَانُ | Tempus. |
| اَلشَّخْصُ | Perſona. |
| اَلْحَالَةُ | Diſpoſitio, ſiue caſus. |

Quorum priora quattuor ſingulis capitibus ſingillatim, quinque verò vltima cum adeo connexa ſint, ut ſeorſim explicari commodè nequeant, unico ſimul capite enucleanda erunt.

# CAP. DECIMVMSEXTVM.

## De Quantitate, primo Verbi accidente.

QVEMADMODVM de nomine diximus, ita & Verbum, ratione Quantitatis, ſeu litterarum numeri, quibus componuntur, eſt etiam in quadruplici differentia. Vel enim eſt مجرد *purum*, ſiue denudatum, abſque aliqua noua littera ſuperaddita, uel erit auctum, uel diminutum, uel utrumque ſimul.

Purum, uel eſt ثلاثي *ternarium*, quod tribus eiſdem litteris فعل repreſentatur, ut نصر *adiuuit*, ضرب *percuſſit*. Vel eſt رباعي *quaternarium*, quod pariter ſimulatur exemplo فعلل ut دحرج *reuoluit*, برهن *probauit*, nec aliud eſt purum, quod pauciores tribus, uel plures quattuor obtineat litteras.

Verbum autem مزيد فيه *cui additum eſt*, dupliciter ſe habet; uel enim adiunguntur litteræ ad uarianda tempora, genera, numeros, ac perſonas, quæ per ipſum uerbum pati, uel operari dicuntur. Atque de hoc loquemur infra, ubi de accidentibus hiſce uerbi ſermo erit.

Præter hæc autem adduntur litteræ ad uariandam, ac immutandam intrinſecùs uerbi ſignificationem, ut cum خرج *exÿt*, adiecto hamzat in principio, fit أخرج *exire fecit*, uel eduxit. Quemadmodum in ſimili apud Latinos multiplices adiunguntur uerbis ſimplicibus litteræ ad denotanda ſignificata diuerſa, ut ex facio, efficio, afficio, deficio, & ſimilia, quæ paſſim in uerbis pluribus obſeruare licebit.

Hanc igitur Verbi quantitatem in præſenti capite explicari oportet: ac proinde notandum, quod ex ternario puro quat-

quattuordecim oriuntur additorum genera, quæ apud Arabes أَبْنِيَة i. *ædificia*. uocantur. Vel enim additur una littera, & hoc fit tribus modis, uel adduntur duæ, & hoc fit quinque modis, uel tandem adduntur tres,& hoc fit ſex modis. Vnde ad ſummum conſtruuntur quattuordecim ædificia. Ad quæ omnia ſimulanda idem exemplar فَعَلَ transformatur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | أَفْعَلَ | ut | أَكْرَمَ | Honorauit. |
| 2 | فَعَّلَ | | فَرَّحَ | Lætificauit. |
| 3 | فَاعَلَ | | قَاتَلَ | Certauit. |
| 4 | تَفَعَّلَ | ut | تَكَسَّرَ | Fractus eſt. |
| 5 | تَفَاعَلَ | | تَبَاعَدَ | Elongatus eſt. |
| 6 | اِنْفَعَلَ | | اِنْقَطَعَ | Sectus eſt. |
| 7 | اِفْتَعَلَ | | اِجْتَمَعَ | Congregatus eſt. |
| 8 | اِفْعَلَّ | | اِحْمَرَّ | Valde rubuit. |
| 9 | اِسْتَفْعَلَ | ut | اِسْتَخْرَجَ | Eduxit, eruit. |
| 10 | اِفْعَالَّ | | اِحْمَارَّ | Valde rubuit. |
| 11 | اِفْعَوْعَلَ | | اِعْشَوْشَبَ | Inherbatus eſt. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 12 إفْعَوَّلَ | | ut | إجْلَوَّذَ | Feſtinauit, accelerauit. |
| 13 إفْعَنْلَلَ | | | إقْعَنْسَسَ | Pectus egrediens habuit. |
| 14 إفْعَنْلَى | | | إسْلَنْقَى | Pronus cubauit. |

In quibus omnibus explicanda ſunt tria, uidelicet formatio, ſignificatio, & uſus.

Quoad formationem notandum eſt primò hamzat additum in prima, ſexta, & reliquis eſſe unionis, ac proinde cum ex ipſo exorditur oratio proprias obtinet motiones, ut أَكْرَمَ زَيْدٌ عَمْرًا *honorauit Zaidus Amrum*, cum autem præcedit aliquid omnino cadit, ut aiunt, hoc eſt quieſcit, atque nullatenus profertur, ut لَقِيتُ زَيْدًا وَأَكْرَمْتُهُ *inueni Zaidum, & honoraui eum.*

Secundò notandum in ædificio ſeptimo إفْتَعَلَ quod ſi ف ſeu prima truncalis etiam ت fuerit, cum altero ت addito ſimul in unum coeunt, quod ſi ث fuerit, in ت conuertitur, ac in aliud immittitur. Quando autem ف eſt aliqua ex quattuor صضطظ, tunc loco ت ponitur ط, quod cum ط truncali in unum coaleſcit, cum ص uerò, & ض, ut plurimum diſtinctum manet, rariſſimò autem in eas conuerſum immittitur. Cum ظ uerò ſe habet tripliciter: interdum enim omninò diſtinctum manet, quãdoq autem illud in ſe conuerſum agglutinat, quandoque uerò è contra, in illud conuerſum immittitur. Cum uerò ف tandem aliqua fuerit ex tribus د ذ ز, loco ت ponitur د quod cum د truncale pariter coaleſcit in unum, cum ز uerò quandoque manet ab eo diſtinctum, interdum uerò in illud con uerſum immittitur. Atque cum ذ eodem pacto ſe tripliciter habet, quo de ط cum ظ ſuperius diximus, ut

إتَّبَعَ Proſecutus eſt. Pro إتْتَبَعَ

| | | | |
|---|---|---|---|
| إِثَّبَتَ | Firmatus eſt. | Pro | اثتبت |
| إِصْطَلَحَ | Accommodatus eſt. | Pro | اصتلح |
| إِصَّلَحَ | Idem. | Pro | اصطلح |
| إِضْطَرَبَ | Percuſſus eſt. | Pro | اضترب |
| إِضَّرَبَ | Idem. | Pro | اضطرب |
| إِطَّرَدَ | Continuatus eſt. | Pro | اطترد |
| إِظْطَلَمَ | Iniuriatus eſt. | Pro | اظتلم |
| إِطَّلَمَ | Idem. | Pro | اظطلم |
| إِظَّلَمَ | Idem. | Pro | اظطلم |
| إِدَّرَأَ | Proiectus eſt. Impulſus eſt. | Pro | ادترا |
| إِذْدَكَرَ | Recordatus eſt. | Pro | اذتكر |
| إِدَّكَرَ | Idem. | Pro | اذدكر |
| إِذَّكَرَ | Idem. | Pro | اذدكر |
| إِزْدَجَرَ | Redargutus eſt. | Pro | ازتجر |
| إِزَّجَرَ | Idem. | Pro | ازدجر |

Quoad

Quoad ſignificationem verò additorum huiuſmodi, ſeu ædificiorum, ſciendum, quòd eorum cuilibet determinata, ac infallibilis regula præſcribi non poteſt: diuerſa enim eiuſdem ædificij verba diuerſas etiam obtinent ſignificationes, vt ex dictionarijs, & vſu quilibet facillimè colliget. Verumtamen explicabimus hic frequentiores ædificiorum huiuſmodi ſignificandi modos.

Primum igitur ædificium أفعل potiſſimum pręſtat, vt verba alioqui intrãſitiua fiant in ipſo tranſitiua, vt خرج *exijt*, أخرج *eduxit*, ſeu exire fecit كرم *honoratus*, ſeu honorabilis fuit أكرم *honorauit*. Vel ex tranſitiuis ſimpliciter tranſitiua fiant in ſecundum, vt ضرب *percuſſit*, أضرب *percutere fecit*. نصر *adiuuit*. أنصر *adiuuare fecit*. Interdum huius ædificij verba tantum ſignificant rem fieri aliquo modo reſpectiuam ad illud, ex quo ipſa formantur, vt ex صباح *mane*; أصبح *ad mane peruenit*, ſeu in mane ingreſſus eſt, vel mane fuit, & ex غذا *eſca*. أغذا i. *fuit*, ſeu *factus eſt habens eſcam*. Interdum etiam habent ſignificationem oppoſitam, ſeu negatiuam, vt cũ ex عجمة *exteritas*, ſeu barbaries dici ſolet, أعجم الكتاب i. *abſtulit barbariem è libro*, ſeu (vt hanc vocem fingamus) *debarbarauit librum*. Rarò etiam verba ſimplicem retinent ſignificationem, vt راد, & أراد *voluit*, حب, & أحب *amauit*, ſeu etiam *voluit*. جاب, & أجاب *reſpondit*.

In ſecundo فعّل eodem pacto verba ex intranſitiuis tranſitiua fiunt, & ex tranſitiuis ſimpliciter, tranſitiua ad ſecundum, ac etiam negatiuam ſignificationem quandoque denotant, vt فرح *gauiſus eſt*, فرّح *lætificauit*, ضرب *percuſſit*, ضرّب *per-*

*percutere fecit*, & ex جلد *pellis*, جلّد *decoriauit*. Verumtamen ędificium hoc peculiariter multiplicationem quandam, atque frequentiam actionis denotat, vt طوّف *ſæpe circumgirauit*, موّت *mactitauit*, ſeu atrociter, ac moleſtè mactauit.

In tertio فاعل verba fiunt reciproca, ſeu viciſſitudinem mutuam denotantia inter agens, & patiens ſimiliter reagens, atq. operans in ſuum agens, vt قاتل *dimicauit*, خاطب *colloquutus eſt*.

Interdum etiam obtinent ſignificationem فعّل & أفعل vel etiam ſimplicis فعل vt ضعّف & ضاعف *complicauit*, أعفى & عافى *condonauit, indulſit*, سفّر & سافر *profectus eſt*.

In quarto تفعّل ſignificant verba paſſionem, ſeu receptionē actionis abſque reſpectu ad agens, hoc eſt ſignificant rem pati abſtrahendo ab hoc, quòd patiatur ab alio, vel ex ſeipſa; ita vt es, quaſi patiatur ex ſe, vel ſine reſiſtentia, vt cum dicitur كسّرته فتكسّر i. *fregi illum, & fractus eſt*, hoc eſt ſe fregit, ſeu ſe frangi ſiuit. Quandoque verò ſignificatur hoc ædificio ſimulatio, vel oſtenſio rei, vt تحلّم ideſt, تكلّف الحلم *ſimulauit ſomnum*. Interdum etiam aſſumptio rei, vt توسّدته ideſt اتخذته وسادة *aſſumpſi mihi illud in ceruical*. Vel etiam recuſatio rei, vt تجهّد ideſt, جانب الجهود *recuſauit ſtudium*, vel *conuerſationem*. Item ſucceſſio vnius poſt alteram actionis partem, vt تجرّع ideſt, شرب جرعة بعد جرعة *bibit*, ſeu *potauit hauſtum poſt hauſtum*. تعلّم ideſt, علم مسألة بعد مسألة *didi-*

*didicit ſcientiam interrogando interrogando* : & voluntas ſeu, cupiditas rei,vt تَكَبَّرَ ideſt طَلَبَ أَنْ يَكُونَ كَبِيرًا *quæſiuit vt eſſet magnus*; atque alia huiuſmodi denotantur hoc ædificio,quæ rarius occurrunt.

In quinto تَفَاعَلَ principaliter ſignificatur actio mutua, vel communis inter duos,vel plures,vt تَضَارَبُوا *ſeſe mutuo percuſſerunt*. تَلَاعَبُوا *colluſerunt*. Vel etiam paſſio, ac receptio actionis eodem quo modo ſupra dictum eſt,vt بَاعَدْتُهُ فَتَبَاعَدَ *amoui*, ſeu *elongaui eum,& amotus eſt*, ſeu *ſe elongauit*. Interdum pariter oſtenſio rei, vt تَجَاهَلَ ideſt أَظْهَرَ الْجَهْلَ *oſtendit ignorantiam*, ſeu ſe ignorantem oſtendit.

Sexto اِنْفَعَلَ pariter ſignificatur paſſio, ſiue actionis receptio,vt ſupra,veluti قَطَعْتُهُ فَانْقَطَعَ i. *ſecui eum,& ſe ſecuit*, vel ſectus eſt. أَسْفَقْتُ الْبَابَ فَانْسَفَقَ *reuolui oſtium, & ſe reuoluit*, vel reuolutum eſt.

Septimo اِفْتَعَلَ ſignificatur eodem pacto paſſio, vt جَمَعْتُهُ فَاجْتَمَعَ *congregaui eum,& congregatus eſt*. Item multiplicitas,& augmentum actionis,vt اِكْتَسَبَ *valde acquiſiuit*, ſeu بَالَغَ فِي الْكَسْبِ *abundauit in lucro*. Vel etiam acceptio rei,vt اِخْتَبَرَ ideſt أَخَذَ الْخَبَرَ *accepit nuncium*. Quandoque etiam hoc ædificium habet ſignificationem ſimplicis فَعَلَ, & compoſiti تفاعل vt جَذَبَ & اِجْتَذَبَ *attraxit*, اِخْتَصَمُوا & تَخَاصَمُوا *contenderunt*, ſeu diſceptarunt.

Octauum اِفْعَلَّ Proprium eſt verborum ſignificantium

actum

actum habendi aliquam qualitatem valde intenſam, quę vtplurimum eſt aliquis color, vel aliqua deformitas, vt إِحْمَرَّ *valde rubuit*, ex ſimplici حَمُرَ *rubuit*, إِخْجَمَّ *ore nimis extortus fuit* ex خَجِمَ *os extortum habuit*.

Nonum إِسْتَفْعَلَ Significat primariò conatum quemdam, ac voluntatem actionis, vt إِسْتَخْرَجْتُهُ ideſt طَلَبْتُ خُرُوجَهُ *quaſiui exitum eius*. Item inuentionem rei cum aliqua qualitate, vt إِسْتَعْظَمْتُهُ ideſt وَجَدْتُهُ عَظِيمًا *inueni eum magnum*. Vel etiam mutationem, ſeu conuerſionem rei in aliquid aliud, vt إِسْتَحْجَرَ الطِّينُ *in lapidem conuerſum eſt lutum*. Interdum etiã habet ſimplicem ſignificationem, vt قَرَّ & إِسْتَقَرَّ *quieuit*.

Decimum إِفْعَالَّ non alio differt ab octauo إِفْعَلَّ niſi quod hoc maiorem, ac ſummam denotat intenſionem, vt إِحْمَارَّ *ſummopere rubuit*, إِحْدَابَّ *gybboſiſſimus fuit*.

Vndecimum إِفْعَوْعَلَ & duodecimum إِفْعَوَّلَ intenſionem pariter, ac multiplicitatem denotant, vt إِعْشَوْشَبَتِ الأَرْضُ *herbefacta eſt terra*, ideſt كثر عشب الارض *multa fuit herba terrę*, & إِجْلَوَّذَ ideſt أَسْرَعَ فِي الْجِلْدِ *citus*, ſeu *feſtinans fuit in ſolicitudine*, hoc eſt valde accelerauit.

Duo vltima إِفْعَنْلَلَ & إِفْعَنْلَى rariſſimò accidunt, eorũq. exẽpla ſunt إِقْعَنْسَسَ *i. retroceſſit*, & reuerſus eſt, vel (vt expo-

nit Author quidam ابو عمرو *pectus egrediens habuit*, ex قعس *pectoris promontorium*. & اسلنقى i. *ſupinus cubauit.*

Quæ duo reuocari ſolent, atque reduci ad quoddam genus additorum prouenientium ex quaternario puro, nempe ad افعنلل, ſed licet quoad formam, ſeu figuram id verum ſit, vt etiam nos eadem ſequenti cap. de Verborum formis agentes aggregabimus, tamen quoad deriuationem proueniunt ex ternario puro, atque ipſius ſpecies ſunt: quæcumque enim in ipſis ſupra tres comperiuntur litteræ, aduentitiæ ſunt. Eodemque pacto ſe habent ſequentia vndecim, quæ ſeorſim hic ponimus, ne proprio marte additi ternarij ſpecies multiplicare videamur, eorum verò ſex quaternarium purum, reliqua verò quaternarium additum quoad formam ſequuntur, ſed tres tantum obtinent truncales, aliæ verò litteræ ſuperadditæ ſunt, ſ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فوعل | vt | حوقل | Debilis fuit. |
| فيعل | | بيطر | Veterinariam exercuit. |
| فعول | | جهور | Clamauit. |
| فعيل | | عثير | Propagatus eſt. |
| فعلل | | جلبب | Loricam induit. |
| فعلى | | سلقى | Pronus cubuit. |
| تفوعل | vt | تجورب | Tibialia induit. |
| تفيعل | | تشيطن | Diabolicus factus eſt. |
| تفعول | | ترموك | commotus eſt. |
| تفعلل | | تجلبب | Loricatus eſt. |
| تفعلى | | تسلقى | Factus eſt pronus cubans. |

Quoad

Quoad vſum tandem ædificiorum huiuſmodi notandum eſt, quod quemadmodum apud Latinos, & alios non omnia verba quamlibet compoſitionem admittunt, ſed aliquorum plura, aliorum pauciora: quorumdam vnum ſolum, aliorum nulla extant compoſita, ſicut è contra quædam reperiuntur verba, quorum ſola compoſita, non autem ſimplicia cenſentur eſſe in vſu, vt inſpicio, aſpicio, deſpicio, &c. quorum nullatenus profertur ſola radix, quæ dici poſſet ſpicio. Eodem pacto apud Arabes intelligendum eſt; verba quędam in aliquibus tantum, quędam verò in alijs pluribus, vel paucioribus ex prædictis ædificijs reperiri, quod potius Vocabularij eſt, quam Grammaticæ inſtitutionis; vnde Vocabularij tantum ope res hæc perdiſcenda eſt.

Ex quaternario autem puro tria tantummodo ædificia conſtruuntur. Primum cum ت ante primam truncalem. Secundũ cum hamzat ante primam, & ن poſt ſecundam. Tertium cum hamzat ante primam, & geminatione vltimæ, ſeu ل ſecundi, vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| تفعلل | vt | تدحرج | Reuolutus eſt. |
| افعنلل | | احرنجم | Tumultuatus fuit. |
| افعلل | | اقشعر | Horripilauit. |

Quorum primum vt plurimum immutat ſignificationem ſimplicis tranſitiui in intranſitiuum, ſeu paſſiuum, vt دحرج *reuoluit*, ſeu rotando proiecit, تدحرج *reuolutatus eſt*. Reliqua etiam duo adhuc paſſiuam ſignificationem, ſeu intranſitionem indicant.

De Verbis autem, quibus auferuntur truncales, uel ſimul his demptis ſeruiles adduntur, opus hic non eſt uerba facere, nam iſtud ſemper certis legibus fit, de quibus ſingillatim in huiuſmodi uerborum reuolutionibus dicemus.

# CAP. DECIMVMSEPTIMVM.

## De Qualitate, ſecundo Verbi Accidente.

QVALITATE eodem pacto, quo Nomen diſtribuitur Verbum, in سَالِمٌ, & غَيْرُ سَالِمٍ i. *ſeruatum*, ſeu ſaluum, vel perfectum, & *non ſeruatum*, ſeu non ſaluum, vel imperfectum.

Perfectum eſt cuius nulla truncalium eſt geminata, vel hamzat, vel و aut ى, vt نَصَرَ *adiuuit*, ضَرَبَ *percuſſit*.

Imperfectum eſt triplex أَصَمّ i. *ſurdum*, ſeu مُضَاعَفٌ *duplicatum*. مُعْتَلٌّ i. *infirmum*, & مَهْمُوزٌ i. *hamzatum*.

Surdum, ſiue duplicatum, ex ternarijs eſt cuius ع & ل ſunt eiuſdem generis, ſeu eædem, quapropter ſæpe altera in alteram virtute teſcdid immittitur, vt مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, فَرَّ pro فَرَرَ *fugit*. Ex quaternarijs autem ſunt, quorum ف eadem eſt cum ل primo, & ع eadem, quæ ل ſecundum, vt زَلْزَلَ *contremuit*.

Infirmum autem eſt illud, cuius aliqua truncalium eſt infirma, nempe و, uel ى, ſiquidem eliph quieſcens numquam eſt truncalis, ſed in ipſam hę duę ſępe mutantur. Cuius infirmi ex ternario ſpecies forent ſeptem, iuxta ſeptem infirmarum uarietates, & combinationes, ſed quorum ف ſimul, & ع; uel tres omnes infirmę ſint, nulla reperiuntur uerba. Vnde uerbum infirmum tantum quincuplex eſt.

Primum eſt infirmum ف tantum, quod dicitur مِثَالٌ i. *ſimile*, uel aſſimilatum, quod in ſui reuolutione, ut patebit, parum differt à perfecto.

Secundum eſt infirmum ع quod dicitur أَجْوَفُ i. *vacuum*, ſeu

concauum, propter mediæ defectum ـو .

Tertium eſt infirmum ل, quod dicitur نَاقِصٌ i. *deficiens*, defectiuum, quod ſæpe vltima careat motione, ac littera.

Quartum eſt infirmum ع, & ل quod dicitur لَفِيفٌ مَقْرُونٌ *inuolutum*, ſeu aggregatum *coniunctum*, quod ſimul plures voluat infirmas.

Quintum, & vltimum eſt infirmum ف, & ل quod proinde dicitur لَفِيفٌ مَفْرُوقٌ i. *aggregatum*, ſeu inuolutum *ſeiunctum*, quod plures in ipſo, ſed tamen diſtinctæ reperiantur infirmæ. Ex his autem tria priora duplicia eſſe poſſunt: vel enim infirma و, vel ى. Quartum verò eſſe poteſt triplex, vel enim ـو eſt و, & ل ى, vel vtraque و, vel vtraque ى. Quintum tandem adhuc eſt duplex: vel enim ف eſt و, & ل ى, vel vtraque ى. Sed hoc ſingulare eſt, nec niſi vnicum reperitur exemplum, nempe يَدَى .

| | | | |
|---|---|---|---|
| وَعَدَ Promiſit. | } | اَلْمِثَالُ | Simile. |
| يَسَرَ Alea luſit. | | | |
| صَانَ Cuſtodiuit | } | اَلْأَجْوَفُ | Vacuum. |
| بَاعَ Vendidit. | | | |
| سَرُوَ Potitus eſt | } | اَلنَّاقِصُ | Deficiens. |
| رَمَى Proiecit. | | | |

شوى

| | | | |
|---|---|---|---|
| شَوَىْ | شَوَى Aſſauit. | أَلنَّفِيفُ أَلْمَقْرُونُ Aggregatum coniunctum. | |
| قَوِىَ | قَوِىَ Fortis fuit. | | |
| | حَيِىَ Vixit. | | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| وَقَى | وَقَى Cuſtodiuit | أَلنَّفِيفُ أَلْمَفْرُوقُ Aggregatum ſeiunctum. | |
| يَدَى | يَدَى Sibi cōpla cuit. | | |

Ex quaternarijs autem adhuc reperiuntur infirma verba, ſed quoniam peculiarem diuerſitatem non habent in reuolutionibus ſuis, ideo nec peculiarem exigunt tractationem.

At verò hamzatum uerbum eſt illud, cuius truncalium eſt hamzat, quod etiam poteſt eſſe triplex, nempe hamzatum ف uel ع uel ل ut أَمَلَ *ſperauit,* سَأَلَ *interrogauit,* قَرَأَ *legit.*

Sed tribus hiſce imperfectorum generibus quartum etiam diſtinctè addi poſſe uidetur, quod tamen Authores ad duo præcedētia reuocant. eſt autē illud quod ſimul infirmā referat, atq; etiam hamzat, quod quidem quadruplex eſſe poteſt, nempe hamzatum ف infirmum ع ut أَبَ pro أَوَبَ *reuerſus eſt.* Secundo hamzatum ع & infirmum ل ut نَأَى *receſſit.* Tertio hamzatum ل & infirmum ع ut جَاءَ *venit.* Quarto hamzatum ف & infirmum ل ut أَتَى *venit.*

Sed notandum quod prædictæ imperfectiones tres, nempe reduplicatio, infirmitas, & hamzat, ſimul etiam concurrere poſſunt; unde Verbum eſſe poterit primò ſimul infirmum, & duplicatum; ſecundo duplicatum, & hamzatum; tertio infirmum, & hamzatum; atque ſic erit dupliciter imperfectum; uel tandē quarto eſſe poterit duplicatum ſimul infirmum, & hamzatum, atque

atque tunc erit tripliciter imperfectum. Atque cuiuſque generis ſingula tum ſimplicia, tum compoſita, iuxta traditas præcedenti capite additionis uarietates eſſe poterunt.

## CAP. DECIMVMOCTAVVM.

### De Forma, tertio Verbi Accidente.

QVEMADMODVM apud Latinos ex uocibus primæ, & ſecundę perſonę pręſentis temporis diuerſa Verbi forma dignoſcitur, ut Amo amas, Doceo, doces. Ita pariter apud Arabes ex uocibus perſonę tertiæ pręteriti, & eiuſdem tertiæ pręſentis diuerſa Verbi forma colligitur. Quę quidem in motione uaria penultimę truncalis potiſſimum conſiſtit, ut ضَرَبَ يَضْرِبُ نَصَرَ يَنْصُرُ. Eſt ergo in primis forma duplex مَعْلُومَةٌ i. *ſcita*, ſeu nota, hoc eſt actiua. & مَجْهُولَةٌ i. *ignorata*, ſeu ignota, hoc eſt paſſiua. Actiua eſt, quam Verbum induit, quotieſcumque de agente enunciatur, quocirca tunc مَبْنِيٌّ لِلْفَاعِلِ i. *ædificatum pro agente*, & مَعْلُومٌ i. *ſcitum*, ſiue notum dicitur, quod agens eius ſciatur, ac explicetur, ut زَيْدٌ ضَرَبَ *Zaidus percuſſit*. Paſſiua uerò eſt quam induit Verbum quotieſcumque enunciatur de patiente, quo caſu ad differentiam Latinorum, nec in obliquo fit mentio agentis, unde uerbum tunc مَجْهُولٌ i. *ignoratum* dicitur, & مَبْنِيٌّ لِلْمَفْعُولِ i. *fabricatum patienti*, ut زَيْدٌ ضُرِبَ *Zaidus percuſſus eſt*; quod ſi agens explicandum eſſet, ac dicendum Zaidus percuſſus eſt ab Amro, non eſſet collocandum agens in caſu obliquo manente paſſo in recto, ut Latinis mos eſt, ſed potius inuertenda eſſet oratio, ac formandum eſſet uerbum actiuè, collocato agente in caſu recto, ac patiente in obliquo, ac dicen-

cendum ضَرَبَ زَيْدًا عَمْرُو *percuſſit Zaidum Amrus.*

Inſtituuntur autem ad huiuſmodi actiuam, uel paſſiuam uerbi ſignificationem notandam peculiares formę, peculiarib. notis expreſſę. Et quidem actiua uaria eſt, eiuſque ſunt ſeptem ſpecies, quę omnes conueniunt in hoc, quod eſt mouere primā prętertiti per phathh, exceptis compoſitis cum hamzat Keſrato in principio; huius enim, quòd aduentitia, & unionis ſit, ac in compoſitione excidat, non habetur ratio, ſed potius in horum prętertitis eſt actiuę formę ueſtigium motio phathho primæ litteræ, quæ poſt initiale hamzat mouetur, ut phathho litteræ ت, in اِقْتَعَلَ & ſic de cæteris.

Differunt autem inter ſe ſeptem huiuſmodi formarum ſpecies, nam

Prima habet in pennultima præteriti phathh, præſentis uerò dzhammo, ut نَصَرَ *iuuit,* يَنْصُرُ *adiuuat.*

Secunda in eadem penultima præteriti habet etiam phathh, in penultima verò præſentis keſre, ut ضَرَبَ *percuſſit,* يَضْرِبُ *percutit.*

Tertia in penultima tum præteriti, tum præſentis, habet phathh; atque hanc ex ternarijs uerbis ſimplicibus ea dumtaxat induere poſſunt, quæ in ع uel ل gutturalem aliquam habent, quæ ſunt hamzat ع غ ح خ vt فَرِحَ *gauiſus eſt,* يَفْرَحُ *gaudet,* مَنَعَ *probibuit,* يَمْنَعُ *probibet.*

Quarta habet in penultima præteriti Keſre, præſentis verò phathh, ut عَلِمَ *ſciuit,* يَعْلَمُ *ſcit.*

Quinta tum præteriti, tum præſentis, penultima habet keſre, vt حَسِبَ *exiſtimauit,* يَحْسِبُ *exiſtimat,* ſed hæc pauca ſunt.

Sex-

Sexta habet dzhámmo in penultima prǽteriti,& præſentis, vt حَسُنَ *bonus*,ſiue *pulcher fuit*, يَحْسُنُ *bonus*, ſiue *pulcher eſt*.

Septima tandem in penultimā præteriti habet phathh, ac in præſenti non tantum differt ob Keſre penultimæ, ſed & ضم habet in prima, vt دَحْرَجَ *volutauit*, يُدَحْرِجُ *volutat*, أَكْرَمَ *honorauit*, يُكْرِمُ *honorat*.

Ex quibus priores ſex primariò quidem deſtinantur ternarijs verbis ſimplicibus, ſiue ſeruatis, ſiue non ſeruatis: Secundariò autem,ac reductiuè,ad ſecundam quidem vndecim, nouem ex ternario,duo ex quaternario;ad tertiam verò octo; vnum ex quaternario,ex ternario reliqua compoſitorum ædificia reuocantur,quæ ratione motionis penultimæ præteriti, ac præſentis (penes quam ratio formæ attenditur) has duas ſuo modo ſequuntur.

Similiter ſeptima propria eſt quaternarij ſimplicis,ſed eãdem mutuantur,ac induunt ternaria, quæ per vnam litteram aucta quaternaria fiunt.

Paſſiua tandem forma vnica eſt communis verbis omnibus tum ſimplicibus,tum compoſitis,quam duo ternarij ædificiã, nempe إِفْعَلَّ & افْعَالَّ omnino reſpuunt,quando autẽ intrãſitiua reliqua eam induant lib.3.c. 8. & 11. præcipuè explicabitur; incipit autem ſemper ex dzhammo, tum in præterito,tum in præſenti,in penultima tamen præteriti Keſr, in penultima verò præſentis pháthh ſemper obtinet, vt نُصِرَ *adiutus eſt*, يُنْصَرُ *adiuuatur*,ſed, cum verbum quinque litteras obtinet, geminum habet dzhammo initio præteriti, ratione cuius,ſi quæ ſequuntur,litteræ eliph in و mutantur. Atque omnium hæc ſunt paradigmata, & exempla.

## Formæ Verborum.

| | | |
|---|---|---|
| فَعَلَ يَفْعُلُ | | نَصَرَ يَنْصُرُ |
| فَعَلَ يَفْعِلُ | | ضَرَبَ يَضْرِبُ |
| فَعَلَ يَفْعَلُ | | مَنَعَ يَمْنَعُ |
| فَعِلَ يَفْعَلُ | vt | عَلِمَ يَعْلَمُ |
| فَعِلَ يَفْعِلُ | | حَسِبَ يَحْسِبُ |
| فَعُلَ يَفْعُلُ | | حَسُنَ يَحْسُنُ |
| فَعْلَلَ يُفَعْلِلُ | | دَحْرَجَ يُدَحْرِجُ |
| فُعِلَ يُفْعَلُ | | نُصِرَ يُنْصَرُ |

Com-

## Compoſitorum Nona, iuxta Secundam.

فَعَلَ تَفْعِلُ

Ex Ternario.

| | | |
|---|---|---|
| اِنْفَعَلَ يَنْفَعِلُ | vt | اِنْقَطَعَ يَنْقَطِعُ |
| اِفْتَعَلَ يَفْتَعِلُ | vt | اِجْتَمَعَ يَجْتَمِعُ |
| اِفْعَلَّ يَفْعَلُّ | vt | اِحْمَرَّ يَحْمَرُّ |
| اِسْتَفْعَلَ يَسْتَفْعِلُ | vt | اِسْتَخْرَجَ يَسْتَخْرِجُ |
| اِفْعَوْعَلَ يَفْعَوْعِلُ | vt | اِعْشَوْشَبَ يَعْشَوْشِبُ |
| اِفْعَوَّلَ يَفْعَوِّلُ | vt | اِجْلَوَّذَ يَجْلَوِّذُ |
| اِفْعَالَّ يَفْعَالُّ | vt | اِحْمَارَّ يَحْمَارُّ |
| اِفْعَنْلَلَ يَفْعَنْلِلُ | vt | اِقْعَنْسَسَ يَقْعَنْسِسُ |
| اِفْعَنْلَى يَفْعَنْلِي | vt | اِسْلَنْقَى يَسْلَنْقِي |

Ex Quaternario.

| | | |
|---|---|---|
| اِفْعَنْلَلَ يَفْعَنْلِلُ | vt | اِحْرَنْجَمَ يَحْرَنْجِمُ |
| اِفْعَلَلَّ يَفْعَلِلُّ | vt | اِقْشَعَرَّ يَقْشَعِرُّ |

## Compoſitorum Decima, iuxta Tertiam.

فَعَلَ يَفْعُلُ .

Ex Ternario.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| تَفَعَّلَ | يَتَفَعَّلُ | ut | تَكَسَّرَ | يَتَكَسَّرُ |
| تَفَاعَلَ | يَتَفَاعَلُ | | تَبَاعَدَ | يَتَبَاعَدُ |
| تَفَوْعَلَ | يَتَفَوْعَلُ | | تَجَوْرَبَ | يَتَجَوْرَبُ |
| تَفَيْعَلَ | يَتَفَيْعَلُ | | تَشَيْطَنَ | يَتَشَيْطَنُ |
| تَفَعْوَلَ | يَتَفَعْوَلُ | | تَرَمْوَكَ | يَتَرَمْوَكُ |
| تَفَعْلَى | يَتَفَعْلَى | | تَسَلْقَى | يَتَسَلْقَى |
| تَفَعْلَلَ | يَتَفَعْلَلُ | | تَجَلْبَبَ | يَتَجَلْبَبُ |

Ex Quaternario.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| تَفَعْلَلَ | يَتَفَعْلَلُ | ut | تَدَحْرَجَ | يَتَدَحْرَجُ |

Iuxta

Iuxta ſeptimam formam.

فَعْلَلَ يُفَعْلِلُ

| | | |
|---|---|---|
| أَكْرَمَ يُكْرِمُ | | أَفْعَلَ يُفْعِلُ |
| فَرَّجَ يُفَرِّجُ | | فَعَّلَ يُفَعِّلُ |
| قَاتَلَ يُقَاتِلُ | | فَاعَلَ يُفَاعِلُ |
| حَوْقَلَ يُحَوْقِلُ | | فَوْعَلَ يُفَوْعِلُ |
| بَيْطَرَ يُبَيْطِرُ | vt | فَيْعَلَ يُفَيْعِلُ |
| جَهْوَرَ يُجَهْوِرُ | | فَعْوَلَ يُفَعْوِلُ |
| عَثْيَرَ يُعَثْيِرُ | | فَعْيَلَ يُفَعْيِلُ |
| جَلْبَبَ يُجَلْبِبُ | | فَعْلَلَ يُفَعْلِلُ |
| سَلْقَى يُسَلْقِي | | فَعْلَى يُفَعْلِي |

Iuxta

## Iuxta Octauam Formam Paſſiuam.

فُعِلَ يُفْعَلُ

Ex Ternario.

| | | |
|---|---|---|
| أُفْعِلَ يُفْعَلُ | ut | أُكْرِمَ يُكْرَمُ |
| فُعِّلَ يُفَعَّلُ | | فُرِّحَ يُفَرَّحُ |
| أُنْفُعِلَ يُنْفَعَلُ | | أُنْقُطِعَ يُنْقَطَعُ |
| تُفُعِّلَ يُتَفَعَّلُ | | تُكُسِّرَ يُتَكَسَّرُ |
| تُفُوعِلَ يُتَفَاعَلُ | | تُبُوعِدَ يُتَبَاعَدُ |
| أُفْتُعِلَ يُفْتَعَلُ | | أُجْتُمِعَ يُجْتَمَعُ |
| أُسْتُفْعِلَ يُسْتَفْعَلُ | | أُسْتُخْرِجَ يُسْتَخْرَجُ |
| أُفْعُوعِلَ يُفْعَوْعَلُ | | أُعْشُوشِبَ يُعْشَوْشَبُ |
| أُفْعُوِّلَ يُفْعَوَّلُ | | أُجْلُوِّدَ يُجْلَوَّدُ |
| أُفْعُنْلِلَ يُفْعَنْلَلُ | | أُقْعُنْسِسَ يُقْعَنْسَسُ |
| أُفْعُنْلِيَ يُفْعَنْلَى | | أُسْلُنْقِيَ يُسْلَنْقَى |

Ex Quaternario.

| | | |
|---|---|---|
| تُفُعْلِلَ يُتَفَعْلَلُ | | تُدُحْرِجَ يُتَدَحْرَجُ |
| أُفْعُنْلِلَ يُفْعَنْلَلُ | ut | أُحْرُنْجِمَ يُحْرَنْجَمُ |
| أُفْعُلِلَّ يُفْعَلَلُّ | | أُقْشُعِرَّ يُقْشَعَرُّ |

Sed

Sed, vt adæquatè conſpiciantur exempla formarum decem ex cæteris verborum generibus imperfectis, deſcripſimus pro vnaquaque forma, eiuſq. ſingulis ædificijs ſequentes Tabulas complectentes omnes verborum ſpecies qualitate diuerſas, quæ communem induunt formam, ac in eodem conueniunt ædificio.

## Tabula Verborum primæ Formæ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| نَصَرَ يَنْصُرُ | | | سَالِمٌ | فَعَلَ يَفْعُلُ |
| دَبَّ يَدُبُّ | | مُضَاعَفٌ | غَيْرُ سَالِمٍ | |
| قَالَ يَقُولُ | اَلْعَيْنِ | مُعْتَلٌّ | | |
| وَجَا يَرْجُو | اَللَّامِ | | | |
| أَمَلَ يَأْمُلُ | | مَهْمُوزٌ | | |
| وَدَّ يَوَدُّ | | مُضَاعَفٌ وَمُعْتَلٌّ | | |
| أَمَّ يَؤُمُّ | | مُضَاعَفٌ وَمَهْمُوزٌ | | |
| سَاءَ يَسُوءُ | | مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ | | |
| آبَ يَأُوبُ | | | | |
| أَسَا يَأْسُو | | | | |

Tabula

## Tabula Verborum ſecundæ Formæ.

فَعَلَ يَفْعِلُ

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| سَالِمٌ | | | ضَرَبَ | يَضْرِبُ |
| غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | تَبَّ | يَتِبُّ |
| | مُعْتَلٌّ | اَلْفَاء بِالْوَاوِ | وَثَبَ | يَثِبُ |
| | | اَلْفَاء بِالْيَاءِ | يَسَرَ | يَيْسِرُ |
| | | اَلْعَيْنِ | بَاعَ | يَبِيعُ |
| | | اَللَّامِ | رَمَى | يَرْمِي |
| | | اَلْفَاءِ وَاللَّامِ | وَحَى | يَحِي |
| | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | حَوَى | يَحْوِي |
| | مَهْمُوزٌ | | أَجَرَ | يَأْجِرُ |
| | مُضَاعَفٌ وَمَهْمُوزٌ | | أَنَّ | يَئِنُّ |
| | مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ | | أَتَى | يَأْتِي |
| | | | جَاءَ | يَجِيءُ |
| | | | آبَ | يَئِيبُ |
| | | | أَوَى | يَأْوِي |

Tabula

Tabula Verborum tertiæ Formæ.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| فَعَلَ يَفْعَلُ | سَالِمٌ | | | فَرَحَ | يَفْرَحُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ | وَهَبَ | يَوْهَبُ |
| | | | اَللَّامِ | رَعَى | يَرْعَى |
| | | مَهْمُوزٌ | | سَبَأَ | يَسْبَأُ |
| | | مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ | | أَبَى | يَأْبَى |
| | | | | نَأَى | يَنْأَى |

## Tabula Verborum Quartæ Formę.

- فَعِلَ يَفْعَلُ
  - سَالِمٌ : عَلِمَ يَعْلَمُ
  - غَيْرُ سَالِمٍ
    - مُضَاعَفٌ : طَبَّ يَطَبُّ
    - مُعْتَلٌّ
      - اَلْفَآء
        - بِالْوَاوِ : وَجِلَ يَوْجَلُ
        - بِالْيَآء : يَبِسَ يَيْبَسُ
      - اَلْعَيْن
        - بِالْوَاوِ : عَوِجَ يَعْوَجُ ، خَافَ يَخَافُ
        - بِالْيَآء : جَيِدَ يَجْيَدُ ، هَابَ يَهَابُ
      - اَللَّام : رَضِيَ يَرْضَى
      - اَلْفَآء وَاللَّام : وَجِيَ يَوْجَى
      - اَلْعَيْن وَاللَّام : قَوِيَ يَقْوَى
    - مَهْمُوزٌ : أَرِحَ يَأْرَحُ
    - مُضَاعَفٌ وَمُعْتَلٌّ : وَدَّ يَوَدُّ
    - مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ : يَئِسَ يَيْأَسُ

Tabu-

## Tabula Verborum Quintæ Formæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعِلَ يَفْعِلُ | سَالِمٌ | | حَسِبَ يَحْسِبُ |
| | غَيْرَسَالِمٍ مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ | وَمِقَ يَمِقُ |
| | | اَلْفَآءِوَاللَّامِ | وَلِيَ يَلِي |

## Tabula Verborum Sextę Formæ.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| فَعُلَ يَفْعُلُ | سَالِمٌ | | | | حَسُنَ يَحْسُنُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ | بِالْوَاوِ | وَجُهَ يَوْجُهُ |
| | | | | بِالْيَاءِ | يَسُرَ يَيْسُرُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | | طَالَ يَطُولُ |
| | | | اَللَّامِ | | سَرُوَ يَسْرُوْ |
| | | مَهْمُوزٌ | | | أَصُلَ يَأْصُلُ |

## Tabula Verborum decima iuxta ſeptimam Formam, primum ædificium.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| فَعْلَلَ يُفَعْلِلُ | سَالِمٌ | | | | دَحْرَجَ يُدَحْرِجُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | | زَلْزَلَ يُزَلْزِلُ |
| | | مُعْتَلٌّ | ٱلْعَيْنِ | بِٱلْوَاوِ | سَوْجَرَ يُسَوْجِرُ |
| | | | | بِٱلْيَاءِ | سَيْطَرَ يُسَيْطِرُ |
| | | | ٱللَّامِ ٱلْأُولَى | بِٱلْوَاوِ | نَشْوَرَ يُنَشْوِرُ |
| | | | | بِٱلْيَاءِ | شَرْيَفَ يُشَرْيِفُ |
| | | | ٱللَّامِ ٱلثَّانِي | | قَلْسَا يُقَلْسِي |
| | | مُضَاعَفٌ وَمُعْتَلٌّ | | | وَسْوَسَ يُوَسْوِسُ |
| | | مُضَاعَفٌ وَمَهْمُوزٌ | | | لَأْلَأَ يُلَأْلِئُ |
| | | مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ . | | | قَوْقَأَ يُقَوْقِئُ |

Secun-

## Secundum ædificium ſeptimæ Formæ.

- أَفْعَلَ يُفْعِلُ
  - سَالِمٌ — أَكْرَمَ يُكْرِمُ
  - غَيْرُ سَالِمٍ
    - مُضَاعَفٌ — أَعَدَّ يُعِدُّ
    - مُعْتَلٌّ
      - اَلْفَاء
        - بِالْوَاوِ — أَوْجَبَ يُوجِبُ
        - بِالْيَاءِ — أَيْسَرَ يُوسِرُ
      - اَلْعَيْنِ
        - بِالْوَاوِ — أَجَابَ يُجِيبُ
        - بِالْيَاءِ — أَرَادَ يُرِيدُ
      - اَللَّامِ
        - بِالْوَاوِ — أَعْطَى يُعْطِي
        - بِالْيَاءِ — أَرْمَى يُرْمِي
      - اَلْفَاءِ وَاللَّامِ — أَوْحَى يُوحِي
      - اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ — أَحْيَى يُحْيِي
    - مَهْمُوزٌ
      - اَلْفَاءِ — آمَنَ يُؤْمِنُ
      - اَلْعَيْنِ — أَسْأَرَ يُسْئِرُ
      - اَللَّامِ — أَبْدَأَ يُبْدِئُ
    - مُعْتَلٌّ وَمَهْمُوزٌ — أَوْمَأَ يُومِئُ

## Tertium Aedificium Septimæ Formæ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| فَعَلَ يَفْعِلُ | سَالِمٌ | | | فَرَحَ يَفْرِحُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | فَتَتَ يُفَتِّتُ |
| | | مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ بِالْوَاوِ | وَفَقَ يُوفِقُ |
| | | | اَلْفَآءِ بِالْيَآءِ | يَسَرَ يُوسِرُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | كَوَّتَ يُكَوِّتُ |
| | | | اَللَّامِ | عَبَّى يُعَبِّى |
| | | | اَلْفَآءِ وَاللَّامِ | وَلَّى يُوَلِّى |
| | | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | سَوَّى يُسَوِّى |
| | | مَهْمُوزُ | اَلْفَآءِ | أَثَّرَ يُوَثِّرُ |
| | | | اَللَّامِ | بَرَّأَ يُبَرِّى |
| | | مَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ | | رَوَّأَ يُرَوِّى. |

Quartum

Quartum ædificium ſeptimæ Formæ.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| فَاعَلَ يُفَاعِلُ | سَالِمٌ | | | | قَاتَلَ يُقَاتِلُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | | بَاتَّ يُبَاتُّ |
| | | مُعْتَلٌّ | اَلْفَاءِ | بِالْوَاوِ | وَاعَدَ يُوَاعِدُ |
| | | | | بِالْيَاءِ | يَاسَرَ يُيَاسِرُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | بِالْوَاوِ | جَاوَرَ يُجَاوِرُ |
| | | | | بِالْيَاءِ | دَايَنَ يُدَايِنُ |
| | | | اَللَّامِ | | بَاكَى يُبَاكِي |
| | | | اَلْفَاءِ وَاللَّامِ | | وَالَى يُوَالِي |
| | | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | | سَاوَى يُسَاوِي |
| | | مَهْمُوزٌ | اَلْفَاءِ | | آلَفَ يُؤَالِفُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | | لَاءَمَ يُلَائِمُ |
| | | | اَللَّامِ | | كَافَأَ يُكَافِئُ |
| | | مَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ | | | آخَى يُؤَاخِي |

Tabula

## Tabula Verborum octauæ Formæ.

### Primum ædificium.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| فُعِلَ يُفْعَلُ | سَالِمٌ | | | نُصِرَ | يُنْصَرُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | دُقَّ | يُدَقُّ |
| | | مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ بِالْوَاوِ | وُعِدَ | يُوعَدُ |
| | | | اَلْفَآءِ بِالْيَآءِ | يُقِظَ | يُوقَظُ |
| | | | اَلْعَيْنِ بِالْوَاوِ | صِينَ | يُصَانُ |
| | | | اَلْعَيْنِ بِالْيَآءِ | بِيعَ | يُبَاعُ |
| | | | اَللَّامِ | كُرِيَ | يُكْرَى |
| | | | اَلْفَآءِ وَاللَّامِ | وُنِيَ | يُونَى |
| | | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | كُوِيَ | يُكْوَى |
| | | مَهْمُوزٌ | اَلْفَآءِ | أُمِتَ | يُؤْمَتُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | دُئِبَ | يُدَابُ |
| | | | اَللَّامِ | ذُرِئَ | يُذْرَأُ |
| | | مَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ | | وُئِلَ | يُوأَلُ |

Secundum

## Secundum ædificium octauæ Formæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| سَالِمٌ : فُعْلِلَ ، يُفَعْلَلُ | | | دُحْرِجَ يُدَحْرَجُ |
| غَيْرَ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | طُحْطِحَ يُطَحْطَحُ |
| | مُعْتَلٌّ | اَلْعَيْنِ | صُوجِرَ يُصَوْجَرُ |
| | | اَللَّامِ الْأُولَى | صُرْوِلَ يُصَرْوَلُ |
| | | اَللَّامِ الثَّانِيَةِ | سُلْقِيَ يُسَلْقَى |
| | | اَلْفَاءِ مِنَ الْمُضَاعَفِ | وُسْوِسَ يُوَسْوَسُ |
| | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | ضُوضِيَ يُضَوْضَى |
| | مَهْمُوزٌ | | زُوْبِقَ يُزَابَقُ |
| | مُضَاعَفٌ وَمَهْمُوزٌ | | طُوطِئَ يُطَاطَأُ |

## Tertium Aedificium octauæ Formæ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| أُفْعِلَ يُفْعَلُ | سَالِمٌ | | | أُكْرِمَ يُكْرَمُ |
| | غَيْرُ سَالِمٍ | مُضَاعَفٌ | | أُحِبَّ يُحَبُّ |
| | | مُعْتَلٌّ | اَلْفَآءِ بِالْوَاوِ | أُورِثَ يُورَثُ |
| | | | اَلْفَآءِ بِالْيَآءِ | أُوقِظَ يُوقَظُ |
| | | | اَلْعَيْنِ بِالْوَاوِ | أُجِيبَ يُجَابُ |
| | | | اَلْعَيْنِ بِالْيَآءِ | أُبِيدَ يُبَادُ |
| | | | اَللَّامِ | أُعْطِيَ يُعْطَى |
| | | | اَلْفَآءِ وَاللَّامِ | أُوحِيَ يُوحَى |
| | | | اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ | أُرْوِيَ يُرْوَى |
| | | مَهْمُوزٌ | اَلْفَآءِ | أُوصِدَ يُوصَدُ |
| | | | اَلْعَيْنِ | أُتْئِقَ يُتْأَقُ |
| | | | اَللَّامِ | أُدْفِئَ يُدْفَأُ |
| | | مَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ | | أُوبِئَ يُوبَأُ |

De

## De Reliquis Aedificijs Octauæ Formæ.

Et ex hiſce exemplis appoſitis facilè eſt cætera dijudicare; cæterorum enim congeries, plus prolixitatis, quam vtilitatis afferret.

## Tabula Verborum Nonæ Formæ, Compoſitorum ſcilicet, quæ ad Secundam formam reducuntur.

### Primum Aedificium.

- انفعل ينفعل
  - سالم — انقطع ينقطع
  - غير سالم
    - مضاعف — انقد ينقد
    - معتل
      - العين — انقاد ينقاد
      - اللام — انقضى ينقضى
      - العين واللام — انشوى ينشوى
    - مهموز — انطفأ ينطفى

## Secundum Aedificium Nonae Formae.

- إفتعل يفتعل
  - سالم — اجتمع يجتمع
  - غير سالم
    - مضاعف — استدّ يستدّ
    - معتلّ
      - الفاء — اتّسع يتّسع
      - العين — اختار يختار
      - اللام — اجتبى يجتبي
      - الفاء واللام — اتّقى يتّقي
      - العين واللام — اشتوى يشتوي
    - مهموز
      - الفاء — ائتمر يأتمر
      - العين — ابتأس يبتئس
      - اللام — امتلأ يمتلئ
    - مهموز ومعتلّ — ارتأى يرتئي

Tertium

## Tertium ædificium Nonæ Formæ.

اِفْعَلَّ يَفْعَلُّ
- سَالِمٌ — اِحْمَرَّ يَحْمَرُّ
- مُعْتَلُّ ٱلْعَيْنِ
  - بِٱلْوَاوِ — اِسْوَدَّ يَسْوَدُّ
  - بِٱلْيَاءِ — اِبْيَضَّ يَبْيَضُّ
- اَلْمُعْتَلُّ ٱللَّامِ — اِرْعَوَى يَرْعَوِي

Quar-

## Quartum Aedificium Nonæ formæ.

- اِسْتَفْعَلَ يَسْتَفْعِلُ
  - سَالِمٌ — اِسْتَخْرَجَ يَسْتَخْرِجُ
  - غَيْرُ سَالِمٍ
    - مُضَاعَفٌ — اِسْتَحَبَّ يَسْتَحِبُّ
    - مُعْتَلٌّ
      - اَلْفَآءِ
        - بِالْوَاوِ — اِسْتَوْجَبَ يَسْتَوْجِبُ
        - بِالْيَآءِ — اِسْتَيْسَرَ يَسْتَيْسِرُ
      - اَلْعَيْنِ — اِسْتَفَادَ يَسْتَفِيدُ
      - اَللَّامِ — اِسْتَشْفَى يَسْتَشْفِي
      - اَلْفَآءِ وَاللَّامِ — اِسْتَوْصَى يَسْتَوْصِي
      - اَلْعَيْنِ وَاللَّامِ — اِسْتَحْيَى يَسْتَحْيِي
    - مَهْمُوزٌ
      - اَلْفَآءِ — اِسْتَأْذَنَ يَسْتَأْذِنُ
      - اَلْعَيْنِ — اِسْتَلْأَمَ يَسْتَلْئِمُ
      - اَللَّامِ — اِسْتَهْزَأَ يَسْتَهْزِئُ
    - مَهْمُوزٌ وَمُعْتَلٌّ
      - اِسْتَوْطَأَ يَسْتَوْطِئُ
      - اِسْتَيْأَسَ يَسْتَيْئِسُ

De

## De cæteris ædificijs Nonæ Formæ.

إِفْعَوْعَلَ يَفْعَوْعِلُ
- سَالِمٌ إِحْدَوْدَبَ يَحْدَوْدِبُ
- مُعْتَلٌّ إِخْلَوْلَى يَخْلَوْلِي

إِفْعَالَّ يَفْعَالُّ
- سَالِمٌ إِخْضَارَّ يَخْضَارُّ
- مُعْتَلُّ الْعَيْنِ
  - بِالْوَاوِ إِحْوَالَّ يَحْوَالُّ
  - بِالْيَاءِ إِبْيَاضَّ يَبْيَاضُّ

Cætera verò,ex adductis in communi tabula ſuperius appoſita,& ex infra dicendis facilè dignoſces.

# CAP. DECIMVMNONVM.

## De Specie Quarto Verbi Accidente.

IVXTA communiorem Baſrianorum opinionem verba omnia deriuantur à nomine, vt iam ſupra diximus 2. cap. libri huius. Sed ommiſſa ex parte generali hac deriuatione à nomine, ac loquendo tantum de verbis ipſis inter ſe comparatis, certum eſt apud omnes verborum aliqua primitiua eſſe, hoc eſt nullo pacto à verbis alijs deriuata, Quædam verò ab alijs deriuata eſſe, atque deducta. Primi generis ſunt ternaria, & quaternaria pura, hæc enim, vt patet, à nullo alio deriuantur verbo. Secundi autem generis ſunt omnia compoſita, ſiue addita, quæ tum ex ternarijs, tum quaternarijs ſimplicib. puris litterarum additione formantur, vt iam latiſsimè in præcedentibus diximus. Cæterum inter partes ipſas, ac reuoluta cuiuſq. verbi adhuc dependentia intercedit, ac deriuatio quædam ex partibus alijs. De quibus, quoniam diffusè admodum differendum eſt in ſequentibus, Idcirco ſuperfluum duximus plura hic verba facere.

CAP.

## CAP. VIGESIMVM.

### De quinque reliquis Accidentibus Verbi, nempe Tempore, Perſona, Numero, Genere, & Modo, eiuſq. Coniugatione, Indeclinabilitate, & inflexione, iuxta hæc Accidentia.

TEMPORA tria ſunt, primum الْمَاضِى ideſt, *præteritum*, ſecundum الْحَالُ ſeu الْحَاضِرُ i. *præſens*, tertium الْمُسْتَقْبَلُ ſeu الْغَابِرُ i. *venturum*, ſeu futurum. Cæteras uerò temporum differentias, nempe Pluſquam perfectum, uel Imperfectum præteritum ope uerborum ſeruilium, uel quarumdam particularum denotant, ut infra dicetur.

Perſonæ autem tres etiã ſunt: prima dicitur نَفْسُ الْمُتَكَلِّم ideſt, *ipſemet loquens*, nempe prima perſona: ſecunda dicitur الْمُخَاطَبُ i. *colloquens*, qualis eſt perſona ſecunda, cum qua ſcilicet prima loquitur: tertia dicitur الْغَايِبُ i. *abſens*, nimirum tertia perſona, de qua ſ. prima ſecundam alloquitur. Ad quas denotandas contrahuntur uerba adiectis in fine, licet aliquantulum imminutis pronominibus affixis trium perſonarum, quæ, ut aiunt, ſemper obtinent uirtualiter caſum Raph-o ad differentiam eorum, quæ affiguntur nominibus, uel particulis cæteris: hęc enim, uel in Nasbo, uel in Giarro neceſſariò ſunt, numquam autem in Raph-o.

Sed pronominum huiuſmodi uerbalium quędam expreſsè apparent, ac proinde بَارِزَة i. *egredientia* dicuntur. Alia uerò non expreſsè apparent, ſed ueluti in dictione latere dicuntur,

 unde

unde dicuntur مستكنة ſeu مستتر i. *occulta*, ſiue operta, ut infra patebit.

Numeri tres pariter ſunt المفرد i. *ſingularis*, المثنى ideſt *duale*, & الجموع ideſt *plurale*, penes triplicem dictorum pronominum differentiam.

Eodemq. pacto Genus eſt duplex penes diuerſitatem pronominum, nempe مذكر i. *maſculinum*, & مونث i. *fœmininum*.

At uerò Modus eadem quoque uoce apud Arabes appellatur, qua nominum caſus, nimirum حال i. *diſpoſitio*, ſeu modus, ac ſtatus, quo dictio ſe habet. Eſt autem triplex.

Primus dicitur رفع i. *eleuatio*, quemadmodum ſupra uocari etiam diximus caſum nominatiuum nominum, atque hic prorſus eſt idem ac Latinorum modus indicatiuus.

Secundus pariter dicitur نصب i. *appoſitio*, quo pacto etiã uocatus eſt ſupra nominum accuſatiuus caſus.

Tertius tandem modus peculiaris eſt uerbis, nec vllo pacto ſe extendit ad nomina, quemadmodum his peculiaris eſt caſus Giarro, vt ſupra diximus. Dicitur autem modus hic tertius جزم i. *reſecatio*, ſiue ſciſſio. Atque duobus his modis adiunctis particulis quibuſdam ſubiunctiuis, optatiuis, ac imperatiuis cæteri Latinorum modi præſtantur, ſicut & apud Latinos infinitiuus interdum per vt uel quod ſubiunctiuum effertur Sed infinitiuus imperſonalis, ac ſimplex carens numeris, & perſonis apud Arabes non agnoſcit temporum differentias, unde nomen eſt apud ipſos, ac dicitur مصدر i. *ſcaturigo*, ſiue locus unde cętera manant, de quo infra dicetur.

Itaque uerba dupliciter diſponuntur, nempe ratione temporis, perſonarum, generis, ac numeri, quod ad eam artis partem attinet, quę communi uoce تصريف dicitur, ideſt *variatio*, & inſuper diſponuntur uerba ratione modi, propter quem pariter

ter ( ut de nominibus diximus) alterum duorum eis contingit, nempe الْبِنَاء i. *firmatio*, ſiue inuariabilitas, vel الإعراب id eſt, *inflexio*. Prima nempe firmatio, ſeu ædificatio propria eſt præteriti, quod nullatenus per modos inflectitur, ſed ſemper eodem modo permanet; Item Imperatiui Affirmatiui in ſecũdam perſonam directi: hoc enim non per inflexionem verbi fit, ſed peculiares voces obtinet, quæ مبنية *ædificata*, ſeu firmatæ dicuntur: ac tandem firmationem hanc ſubeunt voces duæ præſentis, & futuri de quibus infra dicetur.

Inflexionem verò ſibi vendicant voces reliquæ præſentis, & futuri.

Collocantur autem in modis diuerſis, ac inflectuntur verba, propter nomina, ac particulas varias id exigentes, quemadmodum pariter apud Latinos, particulam *vtinam*, optatiuum, & particula *vt*, ſubiunctiuum modum exigere dicitur, ac etiam exempl. grat. nomen *quicunque*. ſubiunctiuum expoſcit, veluti cum dicitur: *quicumque fecerit hæc mercedem accipiet*, *&c.* Sic igitur locantur verba in modis varijs apud Arabes, vt ipſi aiunt لاختلاف العوامل i. *ob diuerſitatem operantium*, nempe nominum, ac particularum ſic exigentium. Sed hæ cum Latinis non omninò conueniunt; nam plures ſunt apud Arabes particulæ, quæ Verbum inflectunt, ac modum eius peculiarem exigunt, quæ tamen apud Latinos nullatenus operatiuæ ſunt, vt de ſingulis ſingillatim lib. 3. c. 29. & 30 dicetur. Hic autem ad explicandum Modzhareum, tum Gezmatum, tum Nasbatum, duabus particulis vtemur apud Arabes conſuetis, quarum prima eſt negatiua لم *non*, quæ gezmat modzhareum, cum illi præmittitur, vertitque ſignificationem eius in præteritum; altera eſt negatiua لن *non*, quæ nasbat modzhareum, illudq. determinat ad ſignificationem futuri.

Vt autem integrè variationis, ſiue coniugationis verborum, ac eorumdem inflexionis tradamus exempla. Sciendum eſt etiam apud Arabes cum verbis ſimul variari, ac reuolui cuncta nomina, quæ deriuãtur ab ipſis, ac etiam interijci Maſdarũ,

 ſiue

ſiue nomen Infinitiuo æquiualens, ex quo, vt diximus, ipſa verba naſcuntur, qua de cauſa & nos hæc omnia huc tractanda remiſimus. Sunt igitur in Verbo quolibet membra potiſſimum ſeptem.

Primum dicitur الْمَاضِى *præteritum*, quod prorſus eſt idẽ ac Pręteritum noſtrum perfectum, eiuſque ſunt quattuordecim voces, ſex pro tertia perſona, ſingulari, duali, & plurali, maſculina, & fœminina; ſex pariter pro ſecunda, & duæ pro prima, altera pro ſingulari communis generis, altera pro duali, & plurali, maſculina pariter, ac fœminina.

Secundum dicitur الْمُضَارِع i. *ſimile*, ſeu ſimulans, quod præſentis ſimul, ac futuri vim habet. Dicitur autem ſic ob ſimilitudinem, quam habet cum nomine agentis, ſiue participio actiuo, tum in numero litterarum, tum in ſignificatione, & vſu ipſius, vt infra dicetur. Abſolutè igitur Modzharcum hoc deſeruit, vt aiunt, لِلْحَالِ *præſenti*, & لِلْمُسْتَقْبَل i. *futuro*, quod ex orationis contextu dignoſcitur. Sed præmiſſa dictione سَوْفَ vel littera س præcisè ad futuri ſenſum contrahitur, ut سَوْفَ يَنْصُرُ uel سَيَنْصُرُ *adiuuabit*, quemadmodum pręmiſſa littera ل præſens peculiariter notat, ut لَيَنْصُرُ *iuuat*. Sunt autem ipſius pariter quattuordecim uòces, ut de præterito diximus, quamuis multæ conueniant, ut patebit.

Tertium dicitur الْمَصْدَر i. *locus emanationis*, quod, ut ſępe iã diximus, non eſt aliud, quam nomen quoddã eandem ſui uerbi denotans actionem à temporibus tamen omnino abſtractam, in quo ab infinitiuo Latinorum differt, ſed cum eodem conuenit in conſtructione, ac regimine caſuum ſui uerbi, ut libr. 3. c. 17. dicetur. Eſt autem hoc duplex, ut aiunt, nempe مِيمِى ideſt *mimiium*, hoc eſt habens adiectam initio litteram م, & غير

غير ميمى i. *non mimiium*, ſiue non habens prædictam litteram ـ .

Maſdarum mimijum interdum ſignificat paſſionem, ita vt demptis temporum differentijs infinitiunm paſſiuum Latinorũ valeat. Interdum vero ſignificat patiens, ſiue id quod actionẽ patitur, vt exemp. grat. معنى *ſignificatum*, ex verbo عنى *ſignificauit*, quæ vox originaliter eſt Maſdarum mimijum idem valens, ac ſignificatio, ſed per tranſlationem ſumitur pro re ipſa, quæ ſignificatur, ita vt idem ſonet ac ſignificatnm. Formatur autem huiuſmodi Maſdarum mimijum (quamuis non admodum frequens ſit) regulariter à verbis puris, & auctis, eaـ ratione, qua in peculiaribus verborum claſſibus adnotabitur.

At verò Maſdarum nou mimijum quoad formam eſt duplex قياسى i. *regulare*, & سماعى i. *audibile*. Regulare eſt in omnibus verbis quaternarijs, ac ternarijs auctis: in his .n. regulariter, ac certis legibus formatur, vt in ſingulis patebit. Audibile autem, ſiue irregulare eſt in verbis ternarijs puris, in his enim certam non habet formam, ſed modò iuduit unamـ, modò aſſumit aliam, quippe quòd prima vox eſt; ſiue themaـ inderiuatum, ex quo certis legibus deriuata omnia manant. Sunt autem cuiuſcumque Maſdari tres tantum voces, nempeـ ſingulare, duale, & plurale, quod perpetuò fractum eſt, ac ſubiectum proinde regulis, quas de plurali fracto ſuperius ca. 9. tradidimus.

Quartum dicitur الأمر *imperatio*, ſeu imperatiuum, quando fit cum imperio, vel الدعاء i. *deprecatio*, quando fit cum ſubmiſſione: hoc enim licet fiat per inflexionem Modzharei, cum dirigitur in tertiam perſonam, quod dicitur أمر الغايب i. *imperatio abſentis*, aut in primam perſonam pluralem, vt لنفعل *faciamus*, vel etiam in primam ſingularem cum verbum formatur paſſiuè, vt لأنصر *adiuuer*, vel cum eſt nega-

ti-

tiuum,quod dicitur نَهِي i. *prohibitio*, tamen cum eſt affirmatiuum,& in ſecundam perſonam dirigitur, quod dicitur أَمْرُ الْحَاضِرِ habet ſex peculiares voces, tres maſculinas, tres fœmininas,prout infra patebit.

Quintum eſt إِسْمُ الْفَاعِلِ i. *nomen agentis*, ſiue illius, qui operatur cum eſt verbum actiuum, vel إِسْمُ الْمَفْعُولِ i. *nomen patientis*,ſiue illius,qui patitur,cum eſt verbum paſſiuū,quæ, dempta connotatione temporum,actiuo, & paſſiuo Latinorū participio reſpondent, licet interdum frequentatiuam, vel comparatiuam formam habeant,vt infra dicetur.

Sunt autem cuiuſq. iſtorum ſex voces potiſſimæ,nempe ſingularis,dualis,& pluralis,maſculinæ,& fœmininæ, ſed pluralia præter formas ſanas,quæ adhibētur,iuxta præſcripta ſup. c.9. habent etiam formas fractas,prout infra patebit.

Sextum verbi membrum dicitur إِسْمُ الزَّمَانِ وَالْمَكَانِ *nomen temporis,& loci*, in quibus actio fit,quæ prorſus formantur, atque coincidunt cum Maſdaro mimijo ſup. explicato, ita ut vox eadem tria ſignificare poſſit diuerſa, atque huius tres tantum ſunt voces,ſingulare,duale,& plurale fractum.

Septimum tandem eſt إِسْمُ الْآلَةِ *nomen inſtrumenti*,deſeruientis ſ.ad actionem,ſed hoc non eſt tam vniuerſale, vt memorata membra, nec enim formatur ab omnibus verbis niſi tantum ab ijs,quæ talem denotant actionem, vt inſtrumento fieri poſſit.

Enumerant autem Arabes partes,ſiue membra verbi multo plura, quorum ſunt peculiaria nomina, propriæque formæ eadem origine فعل ſimulatæ. Atque ex ſingulis ſolas primas voces eodem ordine ſimul efferunt, quas

امثلة

أَمْثِلَةٌ مُخْتَلِفَةٌ i. *exempla differentia*, ſeu diuerſa dicunt, ſunt autem omnium hæc:

| Nomina | | Formæ | | Exempla |
|---|---|---|---|---|
| الْمَاضِي Præteritũ. | | فَعَلَ | | نَصَرَ iuuit. |
| الْمُضَارِعُ Modzha-reum. | | يَفْعَلُ | | يَنْصُرُ iuuat, iuuabit |
| الْمَصْدَرُ Maſdarũ. | | فَعْلًا | | نَصْرًا iuuatio |
| اِسْمُ الْفَاعِلِ nomen agentis. | | فَهُوَ فَاعِلٌ | | فَهُوَ نَاصِرٌ iuuans. |
| اِسْمُ الْمَفْعُولِ nomen patientis. | | وَذَاكَ مَفْعُولٌ | | وَذَاكَ مَنْصُورٌ adiutus |
| الْجَحْدُ الْمُطْلَقُ negatio abſoluta. | | لَمْ يَفْعَلْ | vt | لَمْ يَنْصُرْ nõ iuuit |
| الْجَحْدُ الْمُسْتَغْرِقُ negatio omnimod. | | لَمَّا يَفْعَلْ | | لَمَّا يَنْصُرْ nullate. nᵒ iuuit |
| نَفْيُ الْحَالِ negatio præſentis. | | مَا يَفْعَلُ | | مَا يَنْصُرُ non iuuat. |
| نَفْيُ الْاِسْتِقْبَالِ negatio futuri. | | لَا يَفْعَلُ | | لَا يَنْصُرُ non iuuabit. |
| تَأْكِيدُ نَفْيِ الْاِسْتِقْبَالِ confir. negat. futur. | | لَنْ يَفْعَلَ | | لَنْ يَنْصُرَ nullate. nᵒ iuuab |
| أَمْرُ الْغَائِبِ imperatio abſentis. | | لِيَفْعَلْ | | لِيَنْصُرْ iuuet. |

نهي

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| نَهْيُ ٱلْغَايِبِ | prohibitio abſentis. | لَا يَفْعُلْ | | لَا يَنْصُرْ | nō iuuet |
| أَمْرُ ٱلْحَاضِرِ | Imperatio præſentis. | اُفْعُلْ | | اُنْصُرْ | iuua. |
| نَهْيُ ٱلْحَاضِرِ | prohibitio præſentis. | لَا تَفْعُلْ | | لَا تَنْصُرْ | ne iuues |
| إِسْمُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ | nomē tēp. & loci. | مَفْعَل | | مَنْصَر | tēp' & lo iuuandi |
| إِسْمُ ٱلْآلَةِ | nomen inſtrumenti. | مِفْعَل | | مِنْصَر | Inſtrum iuuandi |
| إِسْمُ ٱلْمَرَّةِ | nomen vicis. | فَعْلَةٌ | | نَصْرَةٌ | vna iuuatio. |
| إِسْمُ ٱلنَّوْعِ | nomen ſpeciei. | فِعْلَةٌ | | نِصْرَةٌ | ſpecies iuuatiō. |
| إِسْمُ ٱلتَّصْغِيرِ | nomē diminutionis. | فُعَيْلٌ | ut | نُصَيْرٌ | iuuatiūcula. |
| ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْسُوبُ | nomen ꝓportionat. | فَعْلِيٌّ | | نَصْرِيٌّ | iuuatilis. |
| إِسْمُ ٱلتَّفْضِيلِ | nomen exceſſus. | أَفْعَلُ | | أَنْصَرُ | iuuātior iuuātiſſ. |
| إِسْمُ ٱلْفَاعِلِ وَٱلْمَفْعُولِ | nomen agēt. & pat. | فَعِيلٌ | | نَصِيرٌ | iuuās, & adiutus |
| هٰذَا بِصِيغَةٍ أُخْرَى | idē cū alia forma. | فَعُولٌ | | نَصُورٌ | iuuās, & adiutus |
| مُبَالَغَةُ إِسْمِ ٱلْفَاعِلِ | frequentia nom. agēt. | فَعَّالٌ | | نَصَّارٌ | adiutor |
| فِعْلُ ٱلتَّعَجُّبِ | verbū admirationis | مَا أَفْعَلَهُ | | مَا أَنْصَرَهُ | quā iuuās eſt? |
| هٰذَا بِصِيغَةٍ أُخْرَى | hoc idem iux. al. for. | أَفْعِلْ بِهِ | | أَنْصِرْ بِهِ | quā iuuās eſt? |

Deinde

Deinde ſingillatim cuiuſq. membri voces omnes traduntur, quæ أمثلة متصلة exempla vnita, ſeu continuata dicuntur; veluti in præterito نصروا نصرا نصر & cętera infra tradenda.

Verumtamen quia tot membra commodè ad ſuperius enumerata ſeptem reuocari poſſunt, quæ enim diſtincta enumerantur vel ſunt peculiares eorumdem differentiæ, vel etiam ad reuolutionem nominum pertinent, vt ſunt nomen proportionatum نصري, & diminutiuum نصير, quę iam ex ſuperius dictis cap. 10. manifeſta ſunt, vel ſimul etiam vſum, & conſtructionem verbi concernunt, vt ſunt verba admirationis vtriuſque formæ, de quorum conſtructione lib. 3. c. 16. differendum eſt. Vel tandem non ſunt vniuerſalia in omnibus verbis, vt nomen agentis, & patientis نصير, & نصور, & frequentatiuum نصار. Idcirco prolixitatem vitantes hac explicata ſuperius ſeptiformi partium diuiſione vtemur, quarum differentias omnes explicabimus infrà. Formantur autem hæc deriuata verbi diuerſimode penes diuerſam verbi quantitatem, qualitatem, ac formam. Vnde ſingillatim explicanda eſt reuolutio, ſiue coniugatio omnium. Primo in verbis perfectis ſimplicibus ternarijs ſingularum formarum; deinde in quaternarijs; Poſtea in auctis, ſiue compoſitis; ac deinceps in imperfectis tum duplicatis, tum infirmis, tum hamzatis ſimplicibus ſingularum formarum, & compoſitis. Sed cum verba paſsiuam induunt formam tribus tantum membris, ſeu partibus contenta ſunt; nempe Præterito, modzhareo, & nomine patientis: Imperatiuum enim quamuis formetur, non tamen eſt membrum diſtinctum, ſed idem modzhareum præmiſſis particulis gezmatum.

تَصْرِيفُ ٱلْفِعْلِ ٱلثُّلَاثِيِّ ٱلْمُجَرَّدِ ٱلسَّالِمِ عَلَى وَزْنِ فَعَلَ يَفْعُلُ

## Coniugatio verbi ternarij ſimplicis ſeruati, ſeu perfecti, iuxta primam formam actiuam

فَعَلَ يَفْعُلُ

### ٱلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ

### Exempla Differentia.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ٱلْمَاضِي | Prǫteritum. | فَعَلَ | vt | نَصَرَ | Iuuit. |
| ٱلْمُضَارِعُ | Modzhareũ. | يَفْعُلُ | | يَنْصُرُ | Iuuat. |
| ٱلْأَمْرُ | Imperatiuũ | اُفْعُلْ | | اُنْصُرْ | Iuua. |
| ٱلْمَصْدَرُ | Maſdarum. | فَعْلٌ | | نَصْرٌ | Iuuatio. |
| اِسْمُ ٱلْفَاعِلِ | Nomen agentis. | فَاعِلٌ | | نَاصِرٌ | Iuuans. |
| اِسْمُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ | Nomen tẽporis, & loci | مَفْعَلٌ | | مَنْصَرٌ | Tempus, & loc. iuuãdi. |
| اِسْمُ ٱلْآلَةِ | Nomen inſtrumenti. | مِفْعَلٌ | | مِنْصَرٌ | Inſtrumentũ iuuandi |

الامثلة

# ألأمثلة المتّصلة

## Exempla Continuata.

| | | |
|---|---|---|
| ألماضى | | Præteritum |
| فَعَلَ ut | نَصَرَ | Iuuit *m.* |
| فَعَلَا | نَصَرَا | Iuuerūt duo |
| فَعَلُوا | نَصَرُوا | Iuuerūt *pl. maſ.* |
| فَعَلَتْ | نَصَرَتْ | Iuuit *fœm.* |
| فَعَلَتَا | نَصَرَتَا | Iuuerunt duæ |
| فَعَلْنَ | نَصَرْنَ | Iuuerunt *pl. f.* |
| فَعَلْتَ | نَصَرْتَ | Iuuiſti *m.* |
| فَعَلْتُمَا | نَصَرْتُمَا | Iuuiſtis duo |
| فَعَلْتُمْ | نَصَرْتُمْ | Iuuiſtis *pl. maſ.* |
| فَعَلْتِ | نَصَرْتِ | Iuuiſti *fœm.* |
| فَعَلْتُمَا | نَصَرْتُمَا | Iuuiſtis duæ |

| | | |
|---|---|---|
| فَعَلْتُنَّ | نَصَرْتُنَّ | Iuuiſtis *pl. fœm.* |
| فَعَلْتُ | نَصَرْتُ | Iuui |
| فَعَلْنَا | نَصَرْنَا | Iuuimus. |
| | ألمضارع | Modzharcum. |
| يَفْعَلُ ut | يَنْصُرُ | Iuuat *m.* |
| يَفْعَلَانِ | يَنْصُرَانِ | Iuuant duo |
| يَفْعَلُونَ | يَنْصُرُونَ | Iuuant *pl. maſ.* |
| تَفْعَلُ | تَنْصُرُ | Iuuat *f.* |
| تَفْعَلَانِ | تَنْصُرَانِ | Iuuant duæ |
| يَفْعَلْنَ | يَنْصُرْنَ | Iuuant *pl. fœm.* |
| تَفْعَلُ | تَنْصُرُ | Iuuas *m.* |
| تَفْعَلَانِ | تَنْصُرَانِ | Iuuatis duo |

تَنْصُرُونَ تَفْعُلُونَ Iuuatis *pl. maſ.*

تَنْصُرِينَ تَفْعُلِينَ Iuuas *fæm.*

تَنْصُرَانِ تَفْعُلَانِ Iuuatis duæ.

تَنْصُرْنَ تَفْعُلْنَ Iuuatis *pl. fæm.*

أَنْصُرُ أَفْعُلُ Iuuo

نَنْصُرُ نَفْعُلُ Iuuamus

الأَمْرُ Imperatiuum.

أُنْصُرْ أُفْعُلْ Iuua *m.*

أُنْصُرَا أُفْعُلَا Iuuate duo.

أُنْصُرُوا أُفْعُلُوا Iuuate *pl. maſ.*

أُنْصُرِي أُفْعُلِي Iuua *fæm.*

أُنْصُرَا أُفْعُلَا Iuuate duæ

أُنْصُرْنَ أُفْعُلْنَ Iuuate *pl. f.*

المَصْدَرُ Maſdarum.

نَصْرٌ vt فَعْلٌ Iuuatio

نَصْرَانِ فَعْلَانِ Iuuationes duæ

نَصَرَاتٌ فَعَلَاتٌ Iuuationes *pl.*

اِسْمُ الفَاعِلِ Nomen Agentis

نَاصِرٌ vt فَاعِلٌ Iuuans *m.*

نَاصِرَانِ فَاعِلَانِ Iuuantes duo.

نَاصِرُونَ فَاعِلُونَ
نُصَّارٌ فُعَّالٌ
نُصَّرٌ فُعَّلٌ
نَصَرَةٌ فَعَلَةٌ
} Iuuantes *pl. m.*

نَاصِرَةٌ فَاعِلَةٌ Iuuans *f.*

نَاصِرَتَانِ فَاعِلَتَانِ Iuuantes duæ.

نَاصِرَاتٌ فَاعِلَاتٌ
نَوَاصِرُ فَوَاعِلُ
} Iuuantes. *pl. f.*

No-

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| إِسْمُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ | | Nomẽ tẽpor.& loci | إِسْمُ ٱلْآلَةِ | | Nomen Inſtrumẽti. |
| مَفْعَلٌ vt | مَنْصَرٌ | tẽpus,& locus iuuãdi | مِفْعَلٌ vt | مِنْصَرٌ | Inſtrumẽtũ iuuandi. |
| مَفْعَلَانِ | مَنْصَرَانِ | 2.tẽp. & loca iuuandi | مِفْعَلَانِ | مِنْصَرَانِ | 2 Inſtr. iuuandi. |
| مَفَاعِلُ | مَنَاصِرُ | plura tẽp. & lo. iuuã. | مَفَاعِلُ | مَنَاصِرُ | plura Inſtr. iuuandi. |

## De Præterito.

PRimæ duæ motiones litterarum ف & ع in omnibus Præteriti vocibus propriæ ſunt, ac indicatiuæ formarum paſſiuæ, ac diuerſi generis actiuarum, vt exemplis patuit. Prima vox Perſonæ tertiæ ſingularis maſculini generis truncales tantum litteras obtinet, quarum tertia ſemper habet motionem phathhum, quæ (vt aiunt) eſt حَرَكَةُ بِنَاءٍ .i. *motio ædificationis*, ſeu firmationis, vt ſunt motiones vltimæ inuariabilium nominum; Præteritum enim, vt ſupra diximus, in omnibus modis inuariabile eſt, nec vltima motio, vel diſpoſitio quælibet tribuitur ipſi propter aliquod operans: ad differentiam modzharei, cuius vltima diſpoſitio ſignum eſt modale, ac varia exiſtit in diuerſis modis, vt infra dicitur. Itaque, in hac prima Præteriti voce cum reuera non adſint poſitiua ſigna, quibus perſona tertia ſingularis maſculini generis denotetur, dicunt Arabes in eadem voce pronomen quoddam hæc omnia denotans veluti occultè latere, nempe هُوَ *ipſe*, hoc eſt, vim habet prædicta vox, ac ſi explicitè adiunctum haberet huiuſmodi pronomen, ac diceretur exempli gratia نَصَرَ هُوَ *iuuit ipſe*, ac proinde vox eadem continere dicitur ٱلضَّمِيرُ ٱلْمُسْتَتِرُ .i. *pronomen occultum*, ſeu opertum.

Secun-

Secunda vox continet eliph ſuperadditam, quam dicunt eſſe pronomen, ac relatiuum perſonæ tertiæ maſculinę dualis deſumptam ex duali prædicti pronominis nempe هُمَا ipſi duo, (quamuis hoc inuſitatum ſit.)

In tertia voce و quieſcens poſt dzhammum pronomen eſt, ac relatiuum perſonæ tertiæ maſculinæ pluralis deſumptum pariter ex inuſitato plurali ſano pronominis eiuſdem, quod eſt هُمُونَ ipſi, ſeu illi; eliph autem ſubſequens eſt merè abundans, additurquè, ut quidam aiunt, ne præcedens و confundatur cum و quod eſt coniunctiſignificans (&) quamuis & alij varias afferant congruitates, quas minimè iudicauimus hic recenſendas.

In quarta فَعَلَتْ ت quieſcens adiuncta non eſt pronomen perſonam denotans, ſed tantum fęminini generis nota. Vnde ad perſonam tertiam ſingularem demonſtrandam pronomen quoddam occultum pariter latere aſſerunt, nempe هِيَ *ipſa*, quaſi diceretur نَصَرَتْ هِيَ *iuuit ipſa*, hæc autem ت perpetuò quieſcens eſt, niſi poſt ipſam eliph vnionis ſuccedat; tunc enim, ne duę ſimul quieſcant, motionem keſrū aſſumit, أَخْرَجَتِ الْأَرْضُ *produxit terra*.

In quinta voce فَعَلَتَا eliph adiungitur ad dualem numerum, ac perſonam denotandam, propter quam præcedenti ت motio phathhum tribuitur.

In ſexta فَعَلْنَ vltimum ن phathhatum perſonam tertiam fęmininā pluralem refert, quæ pariter deſumpta eſt ex plurali pronomine fęminino هُنَّ *ipſæ*; at vero ل ſiue truncalis vltima quieſcens eſt; vnde ſi pariter ipſa fuerit ن in ſequentem relatiuam virtute teſdid immittenda eſt, vt in verbo سَكَنَّ *habitant*

*tauit* سَكَّن pro سَكَنْن *habitarunt illæ*, quod ſemel hic monitum in cæteris etiam vocibus applicandum eſt, vt ſemper duarum quarumcumque ſimilium concurrentium, ſi prima quieſcit, in alteram inſeratur.

In ſeptima, octaua, nona, decima, vndecima, duodecima voce ت eſt commune pronomen relatiuum perſonæ ſecundæ; motiones autem, ac litteræ additæ generis, ac numeri diuerſitatem oſtendunt, prout ſe habent in pronominibus ipſis ſeiunctis, ac integris أَنْتَ *tu* m. أَنْتِ *tu* fęm. أَنْتُمَا *vos duo*, & *duæ* أَنْتُمْ *vos plures* maſc. أَنْتُنَّ *vos plures* fęm.

Decimatertia tandem vox ت dzhammatū obtinet ad perſonam ſingularem primam demonſtrandam, quæ littera deſumpta non eſt ex eiuſdem perſonæ pronomine انا, iam enim eliph, & ن reperiuntur adiectæ, uerumtamen eſt ipſum تُ dzhammatum; ad hanc ſignificationem peculiariter adſumptum.

Vltima tandem vox habet adiunctum ن deſumptum ex plurali pronomine primæ perſonę نحن, cui adiuncta eſt eliph, ne cum ن pluralis fęminini confunderetur.

Horum ergo pronominum duo occulta dicuntur مستتران, ſeu مستكنان .i. *operta*, ſeu latentia, & implicita, Reliqua vero dicuntur بارزة .i. *egredientia*, ſeu explicita. Atque omnia ſtare dicuntur in caſu Rapho, unde appellantur مرفوعة *eleuata*, ad differentiam aliorum, quę vel affiguntur nominibus, & alijs particulis, hęc enim tantum in Nasbo, uel Giarro reperiri poſſunt, uel affiguntur verbis, ac referunt perſonam patientem, hęc enim in caſu Nasbo locari dicuntur, ut نَصَرَهُ *iuuit eum*. Notandum tandem, huiuſmodi pręterito inuariabili, adiunctis aliquibus adminiculis, ſenſum reddi aliorum temporum, ac modorum, quę Latini diuerſis verbi uocibus, ac formationibus exprimunt.

## De Modzhareo.

DIſtinguitur hoc principaliter à forma Præteriti propter أتين, ut uulgo aiũt, hoc eſt ob quattuor litteras ا ت ى ن quas adiunctas habet initio. Quæ tamen licet peculiaribus tribuantur perſonis, ut exemplis patuit, non tamen idcirco illarum pronomina relatiua ſunt, quemadmodũ adiuncta in fine præteriti pronomina eſſe diximus, ſed tantum ſunt formatiuæ modzharei, unde & litteræ modzhareæ dictæ ſunt.

Relatiua uero perſonarum, ſiuè pronomina in quinque uocibus مستترة, ſeu مستكنة .i. *operta*, ſeu implicita, & occulta ſunt; nempe in tertia perſona ſingul. maſculina, in eadem fœminina, in ſecunda ſingulari maſculina, in prima ſingulari, ac in eadem plurali, ut

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| هو Ille | | ينصر | Iuuat ille. |
| هي Illa | | تنصر | Iuuat illa. |
| انت Tu | In | تنصر | Iuuas tu homo. |
| أنا Ego | | انصر | Iuuo ego. |
| نحن nos | | ننصر | Iuuamus nos. |

In cæteris autem vocibus Perſonarum pronomina ſunt بارزة *egredientia*, & explicita, cuiuſmodi ſunt

| | | | |
|---|---|---|---|
| و In | | ينصرون | Iuuant illi plures. |
| | | تنصرون | Iuuatis vos plures homines. |

In

| | | |
|---|---|---|
| ا In | يَنْصُرَانِ | Iuuant illi duo. |
| | تَنْصُرَانِ | Iuuant illæ duæ. |
| | تَنْصُرَانِ | Iuuatis vos duo homines. |
| | تَنْصُرَانِ | Iuuatis vos duæ. |
| ى In | تَنْصُرِينَ | Iuuas tu mulier. |
| ن In | يَنْصُرْنَ | Iuuant illæ plures. |
| | تَنْصُرْنَ | Iuuatis vos plures mulieres. |

Omnium vero quattuordecim vocum duæ plurales fęm. quæ habent ن pronomen, nempe يَنْصُرْنَ, & تَنْصُرْنَ ſunt مَبْنِيَّتَانِ ideſt *adificatæ*, & inuariabiles, reliquæ autem omnes ſunt مُعْرَبَةٌ i. *flexibiles*, nam in modo Rapho quinque carentes pronominibus expreſsis habent in vltima motionem dzhammo; reliquæ vero poſt expreſſa pronomina habent ن Keſratum in dualibus; phathhatum in reliquis, vt in exemplis manifeſtum fuit.

In modo autem nasbo eędem quinque habent phathh in vltima vice Dzhammo, reliquę vero abijciunt ن. At tandem in modo Gezm, prędicta quinque penitus motione deſtituuntur habent ſignum السُّكُونِ, reliqua vero pariter abijciunt ن, vt proinde modzhareum hac triplici forma veniat.

| مَرْفُوعٌ | مَنْصُوبٌ | مَجْزُومٌ |
| --- | --- | --- |
| يَنْصُرُ iuuat, iuuabit. | لَنْ يَنْصُرَ nunquam iuuabit. | لَمْ يَنْصُرْ non iuuit |
| يَنْصُرَانِ | لَنْ يَنْصُرَا | لَمْ يَنْصُرَا |
| يَنْصُرُونَ | لَنْ يَنْصُرُوا | لَمْ يَنْصُرُوا |
| تَنْصُرُ | لَنْ تَنْصُرَ | لَمْ تَنْصُرْ |
| تَنْصُرَانِ | لَنْ تَنْصُرَا | لَمْ تَنْصُرَا |
| يَنْصُرْنَ | لَنْ يَنْصُرْنَ | لَمْ يَنْصُرْنَ |
| تَنْصُرُ | لَنْ تَنْصُرَ | لَمْ تَنْصُرْ |
| تَنْصُرَانِ | لَنْ تَنْصُرَا | لَمْ تَنْصُرَا |
| تَنْصُرُونَ | لَنْ تَنْصُرُوا | لَمْ تَنْصُرُوا |
| تَنْصُرِينَ | لَنْ تَنْصُرِي | لَمْ تَنْصُرِي |
| تَنْصُرَانِ | لَنْ تَنْصُرَا | لَمْ تَنْصُرَا |
| تَنْصُرْنَ | لَنْ تَنْصُرْنَ | لَمْ تَنْصُرْنَ |

لم

| | | |
|---|---|---|
| لَمْ أَنْصُرْ | لَنْ أَنْصُرَ | أَنْصُرُ |
| لَمْ نَنْصُرْ | لَنْ نَنْصُرَ | نَنْصُرُ |

Sciendum præterea, præter hæc ſigna, quandoque adiungi in fine modzharei quandam litteram ن alterius rationis à prædictis, quæ dicitur نُونُ ٱلتَّاكِيد. ideſt *nun confirmationis*, nam idem importat, quod apud Latinos particula (*prorſus*) vel (*penitus*) aut (*omnino*.) Eſt autem duplex ثَقِيلَة .i. *grauis*, ſigno teſcdid, & خَفِيفَة i. *leuis* ſine teſcdid. Prima locum habet in omnibus modzharei vocibus. Secunda vero leuis numquam apponitur dualibus, nec pluralibus fœmininis; vtraque autem modzhareum reddit مَبْنِى *ædificatũ* ſeu inuariabile, vel firmatum, nam tollunt omnia ſigna modorum trium, nempe motiones vltimarum, ac litteras ن vocum variabilium; Item auferunt præter hæc و Pronomen relatiuum maſculinorum, & ى latiuam ſecundæ perſonæ fœm. ſingularis, tribuitur autem vltimæ litteræ ſuperſtiti motio dzhammi vnde reiecta eſt و, & Keſr vnde reiecta eſt ى, ac motio phathh vnde nihil eſt demptum. Ipſa vero ن cum grauis eſt, ſemper habet phathh, niſi in illis vocibus, quæ habere non poſſunt ن leuem, nempe duales, ac fœmininæ plurales, in his enim ن grauis habet Keſr; & in pluralibus fœmininis interponitur eliph inter ن relatiuam, & ن confirmatiuam, ita vt in omnibus modis huiuſmodi ſit modzhareum hiſce duabus ن affectum.

| بِالنُّونِ الْخَفِيفَةِ cum ن leui. | | بِالنُّونِ الثَّقِيلَةِ cum ن graui. | | |
|---|---|---|---|---|
| يَنْصُرَنْ iuuat oino. | يَنْصُرْ iuuat oino. | يَنْصُرَنَّ ſing. | maſ. | Tertia Perſona. |
| | يَنْصُرَانِ | يَنْصُرَانِّ dual | | |
| يَنْصُرُنْ | يَنْصُرُونَ | يَنْصُرُنَّ plur. | | |
| تَنْصُرَنْ | تَنْصُرْ | تَنْصُرَنَّ ſing. | fœm. | |
| | تَنْصُرَانِ | تَنْصُرَانِّ dual. | | |
| | يَنْصُرْنَ | يَنْصُرْنَانِّ plur. | | |
| تَنْصُرَنْ | تَنْصُرْ | تَنْصُرَنَّ ſing. | maſ. | Secunda perſona. |
| | تَنْصُرَانِ | تَنْصُرَانِّ dual. | | |
| تَنْصُرُنْ | تَنْصُرُونَ | تَنْصُرُنَّ plur. | | |
| تَنْصُرِنْ | تَنْصُرِينَ | تَنْصُرِنَّ ſing. | fœm. | |
| | تَنْصُرَانِ | تَنْصُرَانِّ dual. | | |
| | تَنْصُرْنَ | تَنْصُرْنَانِّ plur. | | |
| أَنْصُرَنْ | أَنْصُرْ | أَنْصُرَنَّ ſing. | | Prima perſona. |
| نَنْصُرَنْ | نَنْصُرْ | نَنْصُرَنَّ dual. | | |

Apponi autem poteſt huiuſmodi ن grauis, vel leuis tunc ſolum, quando per verbum non aſſeritur facta, vel facienda, ſed intenditur, & veluti quæritur actio, vt ſit iuſſu, prohibitione, interrogatione, deſiderio, intentione, ſeu cum iuramento; vt

لِيَنْصُرَنَّ vel لِيَنْصُرَنْ *iuuet ille omnino,* لَاتَضْرِبَنَّ vel لَاتَضْرِبَنْ

*ne percutias penitus,* أَتَنْصُرَنَّ vel أَتَنْصُرَنْ *iuuabiſne prorſus?*

لَيْتَهُ يَنْصُرَنَّ vel لَيْتَهُ يَنْصُرَنْ *vtinam ille iuuaret omnino,*

جِئْتُ لِأَنْصُرَنَّ vel لِأَنْصُرَنْ *veni, vt omnino adiuuem,* وَاللّٰهِ يَنْصُرَنَّ

vel يَنْصُرَنْ *per Deum iuuabit omnino.*

## De Maſdaro.

IN verbis ternarijs, vt iam diximus, forma Maſdari irregularis eſt, omnes autem, quidam Author Arabicus, nomine Sibauai ad 32. reuocauit, videlicet

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | فَعْلٌ | نَصْرٌ | يَنْصُرُ | نَصَرَ |
| 2 | فُعْلٌ | حُسْنٌ | يَحْسُنُ | حَسُنَ |
| 3 | فِعْلٌ | عِلْمٌ | يَعْلَمُ | عَلِمَ |
| 4 | فَعَلٌ | مَطَرٌ | يَمْطُرُ | مَطَرَ |
| 5 | فِعَلٌ | عِوَجٌ | يَعْوَجُ | عَوِجَ |
| 6 | فُعَلٌ | ثُكَلٌ | يَثْكَلُ | ثَكِلَ |

فعال

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 7 | فَعَالٌ | حَسَابٌ | يَحْسُبُ | حَسَبَ |
| 8 | فُعَالٌ | سُكَاتٌ | يَسْكُتُ | سَكَتَ |
| 9 | فِعَالٌ | كِتَابٌ | يَكْتُبُ | كَتَبَ |
| 10 | فَعْلَةٌ | وَجْدَةٌ | يَجِدُ | وَجَدَ |
| 11 | فُعْلَةٌ | نُدْبَةٌ | يَنْدُبُ | نَدَبَ |
| 12 | فِعْلَةٌ | حِسْبَةٌ | يَحْسُبُ | حَسَبَ |
| 13 | فَعَلَةٌ | غَلَبَةٌ | يَغْلِبُ | غَلَبَ |
| 14 | فَعَالَةٌ | جَزَالَةٌ | يَجْزُلُ | جَزُلَ |
| 15 | فُعَالَةٌ | جُرَاءَةٌ | يَجْرُو | جَرُوَ |
| 16 | فِعَالَةٌ | خِلَابَةٌ | يَخْلُبُ | خَلَبَ |
| 17 | فَعُولٌ | ثَبُوتٌ | يَثْبُتُ | ثَبَتَ |
| 18 | فُعُولٌ | خُرُوجٌ | يَخْرُجُ | خَرَجَ |
| 19 | فَعِيلٌ | نَحِيبٌ | يَنْحِبُ | نَحَبَ |
| 20 | فَعِلٌ | كَذِبٌ | يَكْذِبُ | كَذَبَ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 21 | فُعَلَةٌ | وَرِثَةٌ | يَرِثُ | وَرِثَ |
| 22 | فُعْلَانٌ | حُسْبَانٌ | يَحْسُبُ | حَسَبَ |
| 23 | فَعَلَانٌ | نَزَوَانٌ | يَنْزُو | نَزَا |
| 24 | فِعْلَانٌ | خِرْمَانٌ | يَخْرِمُ | خَرَمَ |
| 25 | فَعْلَى | دَعْوَى | يَدْعُو | دَعَا |
| 26 | فُعْلَى | بُشْرَى | يَبْشُرُ | بَشَرَ |
| 27 | فِعْلَى | ذِكْرَى | ، يَذْكُرُ | ذَكَرَ |
| 28 | فُعُولَةٌ | حُكُومَةٌ | يَحْكُمُ | حَكَمَ |
| 29 | مَفْعَلٌ | مَخْرَجٌ | يَخْرُجُ | خَرَجَ |
| 30 | مَفْعَلَةٌ | مَسْغَبَةٌ | يَسْغَبُ | سَغِبَ |
| 31 | مَفْعِلٌ | مَرْجِعٌ | يَرْجِعُ | رَجَعَ |
| 32 | مَفْعِلَةٌ | مَحْمِدَةٌ | يَحْمَدُ | حَمِدَ |

Quarum prima frequentior eſt verbis tranſitiuis, ſecunda intranſitiuis ſextæ formæ; decimaſeptima intranſitiuis formæ primæ; reliquæ verò magis vagantur.

## De Imperatiuo.

Formatur Imperatiuum hoc ſecundæ perſonæ à Modzhareo reiectis modzhareis litteris, ac ſignis modi Rapho, vt di-ctum

ctum eſt,ſed ne dictio inciperet a littera quieſcente, (poſt Modzhareum enim ſequitur prima truncalis quieſcens ) appoſitum eſt hamzat vnionis,quod proinde mouetur, vbi non alia præcedit motio, ac ex ipſo inchoatur oratio , & quidem ſemper per Keſr, niſi ع habeat Dzhammum: tunc enim & ipſum hamzat habebit dzhammum ; ſed cum alia præcedit motio, prorſus quieſcit. ac ſequens littera prima truncalis quieſcens ad præcedentem motionem inuertitur, vt اُخْرُجْ وَانْصُرْ *egredere,& adiuua*, vt de hamzat in principio compoſiti verbi adiecto ſuperius diximus.

Dicitur autem Imperatiuum huiuſmodi مَبْنِيّ *ædificatum*, ac firmatum, nam quies ultimarum ipſius, atque reiectio litterarum ن non eſt,ut aiunt لِعَامِلٍ propter aliquod operans, ut ſupra diximus; unde non dicitur propriè مَجْزُومٌ ſiue locatum in Giezmo, ſed مَوْقُوفٌ i. *firmatum*, ad differentiam imperatiui prohibitiui,ſeu negatiui, quod fit præpoſita modzhareo particula لَا *non*. ſiue ne, qua modzhareum locatur in modo Giezmo, niſi adiecta fuerit ن confirmationis, tunc enim modzhareum redditur firmatum, ut dictum eſt ſupra, ut

| Simpl. | | Cum ن confirm. graui. | | Cum ن leui. | |
|---|---|---|---|---|---|
| لَا يَنْصُرْ | non iuuet ille. | لَا يَنْصُرَنَّ | uel | لَا يَنْصُرَنْ | non iuuet ille penitus. |
| لَا يَنْصُرَا | non iuuēt illi duo. | لَا يَنْصُرَانِّ | | | non iuuēt illi duo penitus. |
| لَا يَنْصُرُوا | non iuuēt illi. *plu.* | لَا يَنْصُرُنَّ | | لَا يَنْصُرُنْ | non iuuēt illi *pl.* penitus. |
| لَا تَنْصُرْ | non iuuet illa. | لَا تَنْصُرَنَّ | | لَا تَنْصُرَنْ | non iuuet illa penitus. |

non

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| لا تنصرا non iuuent illæ duæ. | لا تنصران | vel | non iuuent illæ duæ penitus. |
| لا ينصرن non iuuēt illæ. *pl.* | لا ينصرنان | | non iuuent illæ *plur.* penitus. |
| لا تنصر non iuues tu homo. | لا تنصرن | | لا تنصرن non iuues tu hō penitus. |
| لا تنصرا nō iuuetis vos duo. | لا تنصران | | non iuuetis vos duo penitus. |
| لا تنصروا non iuuetis vos. *pl.* | لا تنصرن | | لا تنصرن non iuuetis vos *pl.* pen. |
| لا تنصري non iuues tu mulier | لا تنصرن | | لا تنصرن non iuues tu mulier pen. |
| لا تنصرا nō iuuetis vos duæ. | لا تنصران | | non iuuetis vos duæ penitus. |
| لا تنصرن nō iuuetis vos. *pl.* | لا تنصرنان | | non iuuctis vos plures penitus. |
| لا ننصر non iuuemus nos. | لا ننصرن | | لا ننصرن non iuuemus nos penitus. |

Similiter fit Imperatiuum affirmatiuum tertiæ perſonæ, & primæ pluralis, præpoſita Modzharco particula ل cum Keſro, quæ pariter exigit modum Giezmo, niſi firmetur eadem ن graui, vel leui, vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| لينصر iuuet ille. | لينصرن | vel | لينصرن iuuet ille omnino. |
| لينصرا iuuent illi duo. | لينصران | | iuuent illi duo omnino. |
| لينصروا iuuent illi *plur.* | لينصرن | | لينصرن iuuent illi *pl.* omnino. |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| لتنصر | iuuet illa | لتنصرن | vel | لتنصرن | iuuet illa omnino. |
| لتنصرا | iuuent illæ duæ. | لتنصرانّ | | | iuuent illæ duę omnino |
| لينصرن | iuuent illæ *plur.* | لينصرنانّ | | | iuuent illę *plur.* omnino. |
| لننصر | iuuemus nos. | لننصرنّ | | لننصرن | iuuamus nos omnino. |

## De Nomine Agentis, & Patientis.

FOrmæ Nominis Agentis, vt in peritiſſimo quodam Arabico Authore reperimus, ſex potiſſimum ſunt in verbis ternarijs puris, nempè فَاعِلٌ فَعِيلٌ أَفْعَلُ فَعَلٌ فَعِلٌ فَعْلَانُ, vel interdum فُعْلَانُ.

Prima فَاعِلٌ deducitur ex præterito adiecta eliph quieſcente poſt ف ſeu primam radicis; prouenit autem à verbis omnibus primæ, ſecundæ, & tertiæ Formæ, quæ ſcilicet habent phathatam ع in præterito, item à tranſitiuis quartę, & quintæ formæ habentibus ſcilicet Keſrum ſubtus ع in Preterito, vt نَاصِرٌ *iuuans* ضَارِبٌ *percutiens* فَاتِحٌ *aperiens* عَالِمٌ *ſciens,* حَاسِبٌ *exiſtimans*. Horum fęmininū ſemper eſt formæ فَاعِلَةٌ exceptis tantum aliquibus, quæ, cùm ſoli fœmineo ſexui congruant, ة explicitum negligunt, vt حَائِضٌ *menſtruans,* &c.

Plurale autem maſculinum quadruplicem obtinet formam, vnicam ſanam, tres fractas, nempè فَاعِلُونَ فُعَّلٌ فُعَّالٌ فَعَلَةٌ, vt *igno-*

جُهَّلٌ جُهَّالٌ & جَهَلَةٌ *ignorantes*, rariſſimo etiam habet formam افعال vt أَشْهَادٌ *teſtificantes*, & فعول vt شُهُودٌ *teſtificantes*, قُعُودٌ *ſedẽtes*,& فعّال, vt قِيَامٌ *ſtantes*, adhibentur autem hæ formæ plurales, cum nomina de perſonis rationalibus enunciantur; in reliquis autem aſſumitur forma fracta pluralis fœminini فَوَاعِلُ: huius enim adhuc duæ ſunt formæ, altera ſana فَاعِلَاتٌ, altera fracta فَوَاعِلُ, quamuis ſæpe pluralia hæc irrationalia vocem femininam ſingularem induant, vt libro tertio cap.de concord. nominum dicemus.

Secunda Nominis Agentis forma فَعِيلٌ prouenit ex verbis formæ ſextæ, & intranſitiuis quartæ, vt عَظِيمٌ *magnus*, ex عَظُمَ يَعْظُمُ *magnus fuit*, مَرِيضٌ *ægrotans*, ex مَرِضَ يَمْرَضُ *ægrotauit*. In fęminino habet فَعِيلَةٌ vt عَظِيمَةٌ *magna*, مَرِيضَةٌ *ægrotans* fœm. Plurale maſculinum ſanum eſt, فَعِيلُونَ, fractũ vero eſt, فُعَلَاءُ & فَعْلَى & فِعَالٌ ac interdum, أَفْعِلَاءُ, vt عُلَمَاءُ *ſcientes*, مَرْضَى *ægrotantes*, شِرَافٌ *nobiles*, أَصْدِقَاءُ *iuſti*. Quarum formarum, prima, & ſecunda, perſonis rationalibus tantùm conueniunt. Tertia vero فِعَالٌ communis eſt etiam rebus cæteris; ſed ſecunda & tertia, tum maſculini, tum fœminini generis eſſe poſſunt. Plurale verò fœmi-

minimum ſanum eſt فَعِيلَاتٌ , fractum vero non eſt niſi فُعَلٰى commune.

Tertia nominis Agentis forma فَعْلَانُ , uel فُعْلَانُ ſimiliter prouenit à uerbis intranſitiuis formæ quartæ, atque in fœmi- nino regulariter habet فَعْلَى ut عَطْشَانُ *hic ſitiens* , عَطْشَى *hæc ſitiens* ex عَطِشَ يَعْطَشُ *ſitire* , quamuis etiam aliquando fœmininum ; habeat, ut نَدْمَانٌ *hic pœnitens*, نَدْمَانَةٌ *hæc pœ- nitens:* ex نَدِمَ يَنْدَمُ *pœnitere*. Plurale maſculinum , & fœ- mininum regulariter eſt fractum ad inſtar فِعَالٌ , ut عِطَاشٌ *hi, & hæ ſitientes* , uel etiam ad inſtar فُعَالَى ,ueluti سَكْرَانُ *ebrius*, سُكَارَى *ebrÿ*. ſed cum fœmininum ſingulare habet ; , tunc plur. tum maſculinum,tum fœmininum eſſe poteſt ſanum, ut نَدْمَانُونَ *hi pœnitentes* نَدْمَانَاتٌ *hæ pœnitentes*, iuxta ea, quæ ſuperius de conditionibus ſanitatis pluralium diximus cap. 9.

Quarta forma أَفْعَلُ prouenit a uerbis intranſitiuis ſigni- ficantibus actum habendi aliquem colorem , uel defe- ctum , ſeu deformitatem , ut أَحْمَرُ *rubens*, أَحْدَبُ *gybbo- ſus* , quæ regulariter uerba eãdem quartam formam obtinẽt. Fœmininum eſt فَعْلَاءُ ut حَمْرَاءُ *hæc rubens*, حَدْبَاءُ *gyb- boſa*, ac utriuſque plurale,iuxta ea,quæ eodem cap. diximus, regulariter fractum eſt,maſculinum quidem ad inſtar أَفَاعِلُ ut أَحَامِرُ *rubentes*, fœmininum uerò ad inſtar فُعْلٌ , quæ for- ma

ma communis generis eſt, حُمْرٌ *bi & ha rubentes*.

Quinta Forma فَعِلٌ ab ijſdem uerbis intranſitiuis formæ quartæ regulariter manat, habetq. fœmininum فَعِلَةٌ, ut زَمِنٌ & زَمِنَةٌ *hic & hæc morbo gallico laborãs*, ex زَمِنَ يَزْمَنُ. Plurale fractum eſt زَمْنَى generis communis, ſanum uerò eſt زَمِنُونَ & زَمِنَاتٌ.

Sexta فَعَلٌ ut plurimum deriuatur à uerbis ſextæ formæ habentibus Dzhammũ in ع in Præterito, eiusq. fœmininum eſt فَعَلَةٌ, ut حَسَنٌ *pulcher* حَسَنَةٌ *pulchra*, ex حَسُنَ يَحْسُنُ *pulchrum eſſe*. Plurale ſanum eſt فَعَلُونَ, & فَعَلَاتٌ. Fractũ uerò eſt فِعَالٌ generis communis, ut حِسَانٌ *hi pulchri, & hæ pulchræ*.

Præterea ſciendum ſignificationem nominis Agentis interdum augeri, ad quod aſſumit uarias formas.

Primò formam فَعَّالٌ, qua propriè ſignificãtur actor, ſiue artifex, ut ضَرَّابٌ *percuſſor* خَرَّازٌ *ſutor*, quæ ratione generis, ac numeri ſic inflectuntur ut

| | |
|---|---|
| نَصَّارٌ adiutor | نَصَّارَةٌ adiutrix. |
| نَصَّارَانِ adiutores duo | نَصَّارَتَانِ adiutrices duæ. |
| نَصَّارُونَ adiutores plur. | نَصَّارَاتٌ adiutrices plures. |

Secundò aſſumit formam فَعُولٌ, qua ſignificatur is qui ueluti habitum operationis obtinet, non unicum actum, eſtq. ge-

generis communis, ut صَبُورٌ *hic & hæc patiens*, عَجُوزٌ *hic, & hæc impotens*, ſiue ſenex, cuius plurale non eſt niſi fractum, maſculinum quidem iuxta formam فُعَلَاءُ ut وَدُودٌ *amans*, وُدَدَاءُ *amantes*, uel interdum iuxta formam فُعُلٌ, ut رَسُولٌ *miſſus*, رُسُلٌ *miſſi*, fœmininum uerò iuxta formam فَعَائِلُ ut عَجَائِزُ *hæ impotentes*. Et hoc ipſum quod præſtat فَعُولٌ fit etiam interdum per فَعِيلٌ vt عَلِيمٌ *ſcientificus, doctus*, رَحِيمٌ *miſericors, pius*. Ac tandem rariùs per فَعِلٌ vt فَرِحٌ *lætus, lætabundus*.

Tertiò aſſumit formam أَفْعَلُ, & in fœminino فُعْلَى quibus ſignificatur exceſſus ſuper alios, cuiuſmodi ſunt latinorum comparatiua, ac ſuperlatiua; vnde apud Arabes dicitur إِفْعَلُ التَّفْضِيلِ *nomen exceſſus*, ad inſtar أَفْعَلُ vt أَكْبَرُ *maior*, vel *maximus*, أَحْسَنُ *pulchrior*, vel *pulcherrimus*, أَعْلَمُ *ſapientior*, vel *ſapientiſſimus*, quæ in fœminino habent فُعْلَى, vt عُلْمَى حُسْنَى كُبْرَى. Plurale eſt ſanum, & fractum, maſculinū quidem أَفْعَلُونَ & أَفَاعِلُ, fœmininum verò فُعْلَيَاتٌ & كُبْرَيَاتٌ vt فُعَالَى vt أَكْبَرُونَ vel أَكَابِرُ *maiores*, vel *maximi*, vel كُبَارَى *maiores*, vel *maximæ*, quando autem æquipolleat comparatiuo, & quomodo ſuperlatiuo, dicemus lib. 3. vbi de conſtructione eius agemus.

Patientis autem nomen duplicem habet formam. Prima, & fre-

frequentior eſt مَفْعُولٌ, quæ in fœminino habet مَفْعُولَةٌ, ac duplex habet plurale maſculinum, nempè ſanum, & fractum, videlicet مَفْعُولُونَ, & مَفَاعِلُ, vel interdum مَفَاعِيلُ.

Secunda eſt فَعِيلٌ vt جَرِيحٌ *vulneratus,* قَتِيلٌ *occiſus,* quæ dum ſubſtantiui fit mentio in oratione communis generis eſt, nec plurale ſanum agnoſcit, vt هَذَا رَجُلٌ جَرِيحٌ *hic eſt homo vulneratus,* & هَذِهِ مَرْأَةٌ جَرِيحٌ *hæc eſt mulier vulnerata,* هُمْ رِجَالٌ جَرْحَى *illi ſunt homines vulnerati,* هُنَّ نِسَاءٌ جَرْحَى *illæ ſunt mulieres vulneratæ*: ſed cum nulla fit mentio ſubſtantiui fœmininum aſſumit ة, ne cum maſculino confundatur, vt الْجَرِيحُ قَدْ مَاتَ *vulneratus iam mortuus eſt,* & الْجَرِيحَةُ قَدْ مَاتَتْ *vulnerata iam mortua eſt.*

Tandem in hoc patientis nomine notandum, quod quemadmodum apud Latinos, ita & apud Arabes non efformatur ſimpliciter à verbis intranſitiuis: Siquidem patiens, quod efformatur à verbo paſſiuo, non eſt aliud, quàm nomen indeterminatè ſignificans illud ipſum, quod eſt patiens, ſiue in quod cadit actio verbi, cum verbum effertur actiuè, vt exem. cauſa, مَنْصُورٌ *adiutus,* non aliud eſt, quam is quem quis adiuuit, quod apud eoſdem dicitur مَفْعُولٌ بِهِ idest, *factum in idipſum*, ſeu id in quod actum eſt, ſiue in quod verbi actio cadit, ad differentiam aliorum, quæ etiam dicuntur patientia, ſed vel ſimpliciter, vt الْمَفْعُولُ الْمُطْلَقُ *factum abſolutum,* cuiuſmodi eſt actio ipſa, ſiue Maſdarum, quod interdum apponitur, vt ضَرَبْتُ ضَرْبًا

*per-*

*percuſſi percuſſione*, vel cum alijs additis, vt أَلْمَفْعُولُ فِيهِ *factũ in eo*, ſeu in quo actum eſt, cuiuſmodi ſunt tempus & locus vbi, & quãdo fit, أَلْمَفْعُولُ مَعَهُ *factũ cũ eo*, ſeu ſocius actionis المفعول له *factum propter ipſum*, ſeu finis propter quem actum eſt. Intranſitiua autem verba carent patiente propriè dicto in quod actio immediatè tranſeat, ac ſolum particulis, ſiuè præpoſitionibus quibuſdam contrahuntur ad nomina, vt ذَهَبَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ *iuit in vrbem*, vel خَرَجْتُ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ *exiui de templo*, vbi actiones eundi, & exeundi per præpoſitiones إِلَى *in*, & مِنْ *de*, referuntur, & contrahuntur ad vrbem, ac templum, propter quod particulæ huiuſmodi حُرُوفُ ٱلْجَرِّ .i. *particulæ cõtractionis* appellantur, vt infra dicemus. Sed quamuis huiuſmodi contracta nomina propriè nõ ſint patientia, nihilominus cum ſaltem particulis mediantibus ad ipſa tranſeant verba, dicitur unumquodq. ipſorum مَفْعُولٌ بِهِ غَيْرُ صَرِيحٍ .i. *factum in ipſum*, ſeu patiens *non clarum*. Vnde quamuis ex huiuſmodi verbis non ſimpliciter, ac ſine addito proueniat patiens, tamen (quod Arabibus peculiare eſt) ab huiuſmodi verbis formatur patientis nomen cum addito quodam, nempe cum pronomine eius patientis non clari, ad quod actio verbi contrahitur, affecta pariter eadem particula contrahente, vt أَلْمَذْهُوبُ إِلَيْهِ *is ad quem itum eſt*, & أَلْخُرُوجُ مِنْهُ .i. *id de quo exitum eſt*, (quæ Italicè ſonarent *l'Andato a lui, & l'vſcito da lui*) quemadmodum & ipſa intranſitiua verba earundem ope particularum paſſiuè conſtrui poſſunt, de quo ſuo loco, vt ذُهِبَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ *itum eſt ad vrbem*, & خُرِجَ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ *exitũ*

*eſt de*

*eſt de templo,* احتيج الى دينار *indigetur nummo*. In hoc igitur patientis nomine nulla fit generis, ac nnmeri diuerſitas, ſed tantum fit in pronomine, ſeu relatiuo contracto iuxta exigentiam eius ad quod refertur, vt

| | |
|---|---|
| الممرور به | is per quem tranſitum eſt. |
| الممرور بهما | ij duo per quos tranſitum eſt. |
| الممرور بهم | ij plur. per quos tranſitum eſt. |
| الممرور بها | illa per quam tranſitum eſt. |
| الممرور بهما | illæ duæ per quas tranſitum eſt. |
| الممرور بهن | illæ plures per quas tranſitum eſt. |

Eodem pacto fit huiuſmodi patiens cum cæteris particulis, nempè لِ *ad*, فِي *in*, vel alijs, quaſcunque exigit verbum, Imò formatur hoc idem etiam à verbis tranſitiuis, quando hęc præter patiẽs, in quod per ſe immediatè tranſeunt, quodvè dicitur ſimpliciter المفعول به *id quod actum eſt* contrahuutur etiam particulis ad aliquod aliud nomen, quod pariter dicitur مفعول به غير صريح, vt حذفت صحيفة من الكتاب *abstulit paginam de libro*, ex quo verbo duo formantur nomina patientis, alterum ſimpliciter, quod conuenit rei ablatæ, nempè paginæ, quæ eſt patiens clarum, ut المحذوف *ablatum* alterum cum addito pronominis eius, de quo res ablata eſt, nempe libri patientis non clari contracti per eandem particulam من *de*, vt المحذوف منه *id de quo ablatum eſt*, quod pariter inflectitur per numeros, ac genera per variationem pronominis tantùm, vt dictũ eſt: Ac inſtar cæterorũ nominum cum articulo, & ſine

articulo currere poteſt, iuxta regulas articuli huius, vt اَلْمَحْذُوفُ مِنْهُ & *per quod tranſitum eſt,* مَمْرُورٌ بِهِ & اَلْمَمْرُورُ بِهِ *de quo ablatum eſt.* مَحْذُوفٌ مِنْهُ

## De nomine Temporis, & Loci, & Inſtrumenti.

NOmen Temporis, & Loci idem eſt: atque ex verbo ternario regulariter efformantur ex modzhareo iuxta formam مَفْعَلٌ, vel مَفْعِلٌ præmiſſa .f. م phathhata loco litteræ modzhareæ. Quod ſi modzhareum habeat dzham, uel phathh in ع, nomen hoc ſemper habebit phathh in eadem ع. Si vero modzhareum habuerit Keſr, hoc nomen pariter ibidem habebit Keſr. Excipiuntur tamen aliqua, quæ habent Keſre, licet eorum modzhareum habeat dzham in ع vt

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| مَنْخِرٌ | locus reſpirandi, ſeu nares. | | يَنْخُرُ | نَخَرَ | reſpirauit. |
| مَجْزِرٌ | locus occidēdi camelum. | | يَجْزُرُ | جَزَرَ | Interfecit camelum. |
| مَشْرِقٌ | locus exortus, Oriens. | ex | يَشْرُقُ | شَرَقَ | ortus eſt. |
| مَغْرِبٌ | locus occaſus, Occidens. | | يَغْرُبُ | غَرَبَ | occidit. |
| مَرْفِقٌ | locus innitendi. | | يَرْفُقُ | رَفَقَ | innixus eſt. |
| مَفْرِقٌ | locus ſeparationis. | | يَفْرُقُ | فَرَقَ | ſeparauit. |

locus

| | | |
|---|---|---|
| مَسْقَط locus caſus. | ex | سَقَطَ يَسْقُطُ cecidit. |
| مَنْسَك locus ſacrificandi. | | نَسَكَ يَنْسُكُ ſacrificauit. |
| مَنْبِت locus germinationis herbarum. | | نَبَتَ يَنْبُتُ germinauit. |
| مَسْكِن locus habitandi. | | سَكَنَ يَسْكُنُ habitauit.. |
| مَطْلِع locus aſcendendi. | | طَلَعَ يَطْلُعُ aſcendit. |
| مَسْجِد locus adorandi. | | سَجَدَ يَسْجُدُ adorauit. |

Sed in tribus vltimis elegantiùs dicitur appoſito phathho مَسْكَن, & مَطْلَع, & مَسْجَد, Immò etiam in reliquis apponi poteſt phathh iuxtà quendam Authorem cognominatum ابن السكيت

Nomen autem Inſtrumenti, quo quid efficitur, efformatur regulariter iuxtà formã مِفْعَل, & مِفْعَال, & مِفْعَلَة ut مِضْرَب *Inſtrumentũ percutiendi*, ex ضَرَبَ *percuſsit*, مِفْتَاح *inſtrumentum aperiendi*, ſeu clauis, ex فَتَحَ *aperuit*, مِكْنَسَة *ſcopa*, ſiue inſtrumentum verrendi, ex كَنَسَ *verrit*. Sed excipiuntur aliqua, quorum م, & ع dzhammata ſunt, ut مُدْهُن *vas, quo aſſeruatur vnguentum quo vngitur*, ex دَهَنَ *vnxit*, مُنْخُل *cribrum*, ſiue inſtrumentum cribrandi, ex نَخَلَ *cribra-*

*brauit*, مُسْعَط *vas in quo ponitur herba præparata ad exonerandum caput*, quæ dicitur herba ſponſi, ex سَعَطَ *ſternutauit* مُكْحُلَة *vas in quo aſſeruatur ſtibium*, ſeu medicina oculorum, quæ dicitur كُحْل *ſtibium*, مُحْرُضَة vel vt alij volunt مِحْرَضَة *claua theca*. De quibus magna eſt diſceptatio inter Authores, an ſint nomina ſignificantia inſtrumentum actionis, an potius (vt vult سيبويه quod probabilius eſt) ſint nomina independenter ab actione verbi his rebus impoſita. Præterea ſunt, quæ tùm ſic excepta, tùm iuxtà regulam efferũtur, vt مُدُقّ, & مِدَقّ ſeu مِدَقَّة *piſtillum* ex دَقَّ contũdit. Ac tandem dicitur مِرْقَاة & مَرْقَاة *ſcala*, ex رَقِيَ *aſcendit*, ſed hoc potius regulare eſt, nam dupliciter poteſt conſiderari, vel quatenus eſt inſtrumentum aſcendendi, & ſic dicitur cum Keſr مِرْقَاة, vel quatenus eſt locus aſcendendi, & ſic iuxtà regulam erit nomen loci, ac dicetur مَرْقَاة cum phathh.

Cæterum pluralia tum temporis, tùm inſtrumenti perpetuò fracta ſunt, ac regulariter iuxta formam, مَفَاعِل, ſi ſingulare non ſit مِفْعَال, vt مَنَاصِر *tempora, & loca ſuuandi*, مَضَارِب *inſtrumenta percutiendi*, cũ verò ſingulare fuerit مِفْعَال in plurali, conuerſa eliph in ي ob keſr præcedẽs, dicetur مَفَاعِيل vt مِفْتَاح *clauis*, مَفَاتِيح *claues*.

Con-

تَصْرِيفُ ٱلفِعْلِ ٱلثُّلَاثِيِّ ٱلمُجَرَّدِ ٱلسَّالِمِ عَلَى سَائِرِ أَوْزَانِ ٱلمَعْلُومِ

## Coniugatio Verbi Ternarij ſimplicis ſalui, iuxta reliquas Formas Actiuas.

### Iuxta Secundam Formam فَعَلَ يَفْعِلُ

الأَمْثِلَةُ المُخْتَلِفَةُ Exempla differentia.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الماضي | Præter. | فَعَلَ | vt | ضَرَبَ | Percuſſit. |
| المضارع | Modhz. | يَفْعِلُ | | يَضْرِبُ | Percutit. |
| الامر | Imper. | إِفْعِلْ | | إِضْرِبْ | Percute. |
| المصدر | Maſd. | فَعْلٌ | | ضَرْبٌ | Percuſſio. |
| اسم الفاعل | Nom. agen. | فَاعِلٌ | | ضَارِبٌ | Percutiens. |
| الزمان والمكان | Tps,& locus. | مَفْعِلٌ | | مَضْرِبٌ | Tps, & locus percutiendi. |
| الالة | Inſtr. | مِفْعَلٌ | | مِضْرَبٌ | Inſtrumentum percutiendi. |

Eodemq pacto proſequuntur exempla continuata ſingularum partium, ac dictum eſt in verbo præcedentis formæ.nempè ضَرَبَ *percuſsit ille,* ضَرَبَا *percuſſerũt illi duo,* ضَرَبُوا *percuſſerũt illi plures,* &c. يَضْرِبُ *percutit ille,* يَضْرِبَانِ *percu-*

*tiunt*

*tiunt illi duo*, & ſic de cæteris, tũ quoad caſus ſiuè modos Raf-o Nasb., & Gezm; tum quoad duas ن confirmatiuas, ac etiam adnotationes cæteras, quæ ſemel in præcedenti forma explicatæ verbis omnibus applicandæ ſunt, niſi peculiariter oppoſitum adnotetur.

## Iuxta tertiam Formam فَعَلَ يَفْعَلُ

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الماضى | Præter. | فَعَلَ | | فَتَحَ | Aperuit. |
| المضارع | Modzh. | يَفْعَلُ | | يَفْتَحُ | Aperit. |
| الامر | Imper. | إِفْعَلْ | | إِفْتَحْ | Aperi. |
| المصدر | Maſd. | فَعْلٌ | Vt | فَتْحٌ | Apertio. |
| اسم الفاعل | Nomen agen. | فَاعِلٌ | | فَاتِحٌ | Aperiens. |
| الزمان والمكان | Tp̃s,& locus. | مَفْعَلٌ | | مَفْتَحٌ | Locus,& temp. aperiendi. |
| الالة | Inſtr. | مِفْعَالٌ | | مِفْتَاحٌ | Inſtrumentum aperiendi. |

## Iuxta quartam Formam فَعِلَ يَفْعَلُ

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الماضى | Præt. | فَعِلَ | | عَلِمَ | Sciuit. |
| المضارع | Modzh. | يَفْعَلُ | Vt | يَعْلَمُ | Scit. |
| الامر | Imper. | إِفْعَلْ | | إِعْلَمْ | Scito. |

Maſd.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| المصدر | Maſd. | فِعْلٌ | vt | عِلْمٌ | Scientia. |
| اسم الفاعل | No.Ag. | فَاعِلٌ | | عَالِمٌ | Sciens. |
| الزمان والمكان | Tps,& locus. | مَفْعَلٌ | | مَعْلَمٌ | T.& loc. ſciendi. |
| الآلة | Inſtr. | مِفْعَلٌ | | مِعْلَمٌ | Inſt. ſciendi. |

## Iuxta quintam Formam فَعِلَ يَفْعِلُ

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| الماضى | Præt. | فَعِلَ | vt | حَسِبَ | Exiſtimauit. |
| المضارع | Modzh. | يَفْعِلُ | | يَحْسِبُ | Exiſtimat. |
| الامر | Imp. | اِفْعِلْ | | اِحْسِبْ | Exiſtima. |
| المصدر | Maſd. | فَعْلٌ | | حَسْبٌ | Exiſtimatio. |
| اسم الفاعل | No.Ag. | فَاعِلٌ | | حَاسِبٌ | Exiſtimans. |
| الزمان والمكان | T.&loc. | مَفْعَلٌ | | مَحْسَبٌ | T.& loc. exiſt. |

## Iuxta ſextam Formam فَعُلَ يَفْعُلُ

الماضى Præt. فَعُلَ vt حَسُنَ Pulcher fuit.

المضارع

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| المضارع | Modzh. | يَفْعُلُ | | | يَحْسُنُ | Pulcher eſt. |
| الامر | Imp. | اُفْعُلْ | | | اُحْسُنْ | Pulcher eſto. |
| المصدر | Maſd. | فُعْلٌ | vt | | حُسْنٌ | Pulchrũ eſſe. |
| اسم الفاعل | No. Ag. | فَعَلٌ | | | حَسَنٌ | Pulcher. |
| الزمان والمكان | T, & lo. | مَفْعَلٌ | | | مَحْسَنٌ | T. & lo. exiſtẽdi pulcher. |

تَصْرِيفُ ٱلْفِعْلِ ٱلثُّلَاثِيِّ ٱلْمُجَرَّدِ ٱلسَّالِمِ عَلَى وَزْنِ ٱلْمَجْهُولِ

## Couiugatio Verbi Ternarij ſimplicis ſalui iuxta Formam octauam Paſſiuam.

أَلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ Exempla differentia.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| الماضى | Præt. | فُعِلَ | | | نُصِرَ | Adiutus eſt. |
| المضارع | Modz. | يُفْعَلُ | vt | | يُنْصَرُ | Adiuuatur. |
| اسم المفعول | No. Pat. | مَفْعُولٌ | | | مَنْصُورٌ | Adiutus. |

أَلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُتَّصِلَةُ Exempla continuata.

الماضى Præteritum.

فُعِلَ vt نُصِرَ Adiutus eſt.

فُعِلَا vt نُصِرَا Adiuti ſunt *d.*

فُعِلُوا نُصِرُوا Adiuti sũt *p.*

فعلتا

| | | |
|---|---|---|
| vt فُعِلَتْ | نُصِرَتْ | Adiuta eſt. |
| فُعِلَتَا | نُصِرَتَا | adiutæ ſūt *d.* |
| فُعِلْنَ | نُصِرْنَ | adiutæ ſūt *plur.* |
| فُعِلْتَ | نُصِرْتَ | adiutus es |
| فُعِلْتُمَا | نُصِرْتُمَا | Adiuti eſtis *d.* |
| فُعِلْتُمْ | نُصِرْتُمْ | adiuti eſtis *plur.* |
| فُعِلْتِ | نُصِرْتِ | adiuta es |
| فُعِلْتُمَا | نُصِرْتُمَا | adiutę eſtis *d.* |
| فُعِلْتُنَّ | نُصِرْتُنَّ | adiutę eſtis *pl.* |
| فُعِلْتُ | نُصِرْتُ | adiutꝰ, vel adiuta sū |
| فُعِلْنَا | نُصِرْنَا | adiuti, vel adiutę ſumꝰ |

المضارع Modzhareum.

| | | |
|---|---|---|
| يُفْعَلُ | يُنْصَرُ | adiuuatur *ſ. m.* |
| يُفْعَلَانِ | يُنْصَرَانِ | adiuuātur *d. m.* |
| vt يُفْعَلُونَ | يُنْصَرُونَ | adiuuantur *p. m.* |
| تُفْعَلُ | تُنْصَرُ | adiuuatur *ſ. f.* |
| تُفْعَلَانِ | تُنْصَرَانِ | adiuuātur *d. f.* |
| يُفْعَلْنَ | يُنْصَرْنَ | adiuuātur *p. f.* |
| تُفْعَلُ | تُنْصَرُ | adiuuaris *ſ. m.* |
| تُفْعَلَانِ | تُنْصَرَانِ | adiuuamini *d. m.* |
| تُفْعَلُونَ | تُنْصَرُونَ | adiuuamini *p. m.* |
| تُفْعَلِينَ | تُنْصَرِينَ | adiuuaris *ſ. f.* |
| تُفْعَلَانِ | تُنْصَرَانِ | adiuuamini *d. f.* |
| تُفْعَلْنَ | تُنْصَرْنَ | adiuuamini *p. f.* |
| أُفْعَلُ | أُنْصَرُ | adiuuor *ſ. c.* |
| نُفْعَلُ | نُنْصَرُ | adiuuamur *p. c.* |

اسم المفعول Nomen Patientis.

| | | |
|---|---|---|
| مَفْعُولٌ | مَنْصُورٌ | adiutus. |

| | | |
|---|---|---|
| مَفْعُولَانِ | مَنْصُورَانِ | adiuti *d.* |
| مَفْعُولُونَ | مَنْصُورُونَ | adiuti *pl.* |
| مَفَاعِلُ | مَنَاصِرُ | |
| مَفْعُولَةٌ | مَنْصُورَةٌ | adiuta. |
| مَفْعُولَتَانِ | مَنْصُورَتَانِ | adiutæ *d* |
| مَفْعُولَاتٌ | مَنْصُورَاتٌ | adiutæ *pl.* |

Imperatiuum efficitur per Modzhareũ Gezmatum præmiſſa لِ Keſrata, veluti

الامر Imperatiuum.

| | | |
|---|---|---|
| vt لِيُفْعَلْ | لِيُنْصَرْ | adiuuetur ille. |
| لِيُفْعَلَا | لِيُنْصَرَا | adiuuentur illi *d.* |
| لِيُفْعَلُوا | لِيُنْصَرُوا | adiuuentur illi *p.* |
| لِتُفْعَلْ | لِتُنْصَرْ | adiuuetur illa. |
| لِتُفْعَلَا | لِتُنْصَرَا | adiuuentur illæ *d.* |
| لِيُفْعَلْنَ | لِيُنْصَرْنَ | adiuuentur illæ *p.* |
| لِتُفْعَلْ | لِتُنْصَرْ | adiuuare *m:* |
| لِتُفْعَلَا | لِتُنْصَرَا | adiuuamini *d. m.* |
| لِتُفْعَلُوا | لِتُنْصَرُوا | adiuuamini *pl. m.* |
| لِتُفْعَلِي | لِتُنْصَرِي | adiuuare *fæm.* |
| لِتُفْعَلَا | لِتُنْصَرَا | adiuuamini *d. f.* |
| لِتُفْعَلْنَ | لِتُنْصَرْنَ | adiuuamini *p. f.* |
| لِأُفْعَلْ | لِأُنْصَرْ | adiuuer *c.* |
| لِنُفْعَلْ | لِنُنْصَرْ | adiuuemur *d. p. c.* |

Con-

تَصْرِيفُ ٱلْفِعْلِ ٱلرُّبَاعِيِّ ٱلْمُجَرَّدِ ٱلسَّالِمِ

## Coniugatio Verbi Quaternarij ſimplicis ſalui. iuxtà Formam Actiuam.

PRæterea Quaternarium iuxtà Formã Actiuã habet phathh in prima, ſokun in ſecunda, & phathh in tertia, quarta vero eodem pacto diſponitur ac vltima ternarij. Modzhareũ aſſumit Dzhamm in littera Modzharea, phathh in prima trunc cali, Sokun in ſecunda, & Keſr. in tertia, quarta vero imitatur Ternarium quoad omnia.

Imperatiuum formatur à Modzhareo Gezmato reiecta quidem littera modzharea, nulla tamen alia eius loco ſubſtituta, cum prima radicis ſubſequens non ſit quieſcẽns, qua inchoari nequeat: ſed moueatur quoad reliqua vero non immutatur modzhareum.

Nomen Maſdarum regulare eſt, vel enim eſt iuxtà formam فعلال, vel, فَعْلَلَة, ex quo deducitur nomen vicis ſola additione ة, vel adiectiui وَاحِدَة vna, ſi iam ة habeat.

Nomen Agentis formatur pariter à modzhareo poſita م dzhammata loco litteræ modzhareæ, vltima vero imitatur vltimam ternarij.

Nomen tandem loci, temporis, & inſtrumenti non differt à nomine patientis. Vnde huiuſmodi exurgunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ٱلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ | Exempla differentia. | | |
| الماضى Præt. | فَعْلَلَ | vt | دَحْرَجَ voluit, *præt.* |
| المضارع Modzh. | يُفَعْلِلُ | | يُدَحْرِجُ voluit *præſ.* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| الامر Imper. | فَعْلِلْ | vt | دَحْرِجْ | volue. |
| المصدر Maſd. | فِعْلَالٌ<br>فَعْلَلَةٌ | | دِحْرَاجٌ<br>دَحْرَجَةٌ | volutatio |
| اسم الفاعل No.Ag. | مُفَعْلِلٌ | | مُدَحْرِجٌ | voluens. |

الامثلة المتحدة Exempla vnita.

Hæc omnimodè imitantur exempla, ac voces ternariorum. atque maſdarum vtriuſque formæ duplex habet plurale, nempè fractum, & ſanum fœmininum: cum quidem ſingulare fuerit فِعْلَالٌ ſanè plurificatur iuxtà formam فِعْلَالَاتٌ fractè iuxtà formam فَعَالِيلُ mutata ا in ى ob Keſr præcedens. Cum verò ſingulare fuerit فَعْلَلَةٌ ſanè purificatur iuxtà formam فَعْلَلَاتٌ, fractè vero iuxtà formam فَعَالِلُ excidente ة.

| بَادِئَةٌ | خَاطِئَةٌ |
| بَادِئَتَانِ | خَاطِئَتَانِ |
| بَادِئَاتٌ | خَاطِئَاتٌ |

| فَعُلَ يَفْعُلُ | فَعِلَ يَفْعَلُ |
|---|---|
| رَدُؤَ | بَدِئَ |
| يَرْدُؤُ | |
| أُرْدُؤْ | يَبْدَأُ |
| رَدَاءَةٌ | |
| رَدِيءٌ | مَبْدُوءٌ |

Simili ratione coniugantur aucta, vt يُبَدِّئُ بَدَّأَ يُبْدِئُ أَبْدَأَ

يَسْتَبْدِئُ إِسْتَبْدَأَ يَبْتَدِئُ إِبْتَدَأَ يَتَبَدَّأُ تَبَدَّأَ يُبَادِئُ بَادَأَ & ſic de cęt.

CAP.

# CAPVT XXI.

## De diuiſionibus Verbi.

PENES memorata Verbi Accidentia facilè conſtat ex dictis qualiter diuidatur, nempè Ratione Quantitatis in Ternarium, & Quaternarium, purum, & auctum iuxtà explicata ædificia.

Ratione Qualitatis in Sanum, ſeù Perfectum, & Imperfectum, diuiſum pariter in Surdum, Infirmum, & Hamzatum, ac cæteras ſpecies ex his compoſitas.

Ratione Formæ in decem ſpecies, quas iam ſingillatim ſuo loco tradidimus.

Ratione ſpecici in inderiuatum, ſeù primitiuum, cuiuſmodi ſunt pura, & deriuatum, cuiuſmodi ſunt aucta.

Ratione Temporis in Præteritum, Præſens, & Futurum.

Ratione Numeri in ſingulare duale, & plurale.

Ratione Perſonæ in primam, ſecundam, & tertiam.

Ratione Generis in maſculinum, ac fœmininum.

Ratione tandem modi in Raphatum, nasbatum, ac gezmatum, quæ qualiter noſtris modis reſpondeant iam ſuperius explicuimus.

Præter hæc tamen diuiditur etiam Verbum.

Primò ratione actionis quam denotat in متعدى, idest, *tranſitiuum*, & غير متعدى, ſeù لازم .i. *intraſitiuum*, ſeù permanens. Tranſitiua ſunt verba, quorum actio tranſit in paſſum immediatè, & per ſe nulla mediante particula, cum.ſ. vt Latinorum more dicamus, habere poſſunt, ac regere accuſatiuum patiens, vt نصرت زيدا *adiuui Zaidum*.

Intranſitiua verò dicuntur verba è contra cum prædictis conditionibus carent, vt ſcilicet, vel penitus deſtituta ſint patiente, ac præter nominatiuum Agentis nullum alium caſum regant, vt قام زيد *ſtetit Zaidus*, vel ſolum particula aliqua ad nomen aliud contrahantur, vt راح زيد الى الهيكل *iuit Zaidus in templum*. Sunt autem regulariter intranſitiua verba quotieſcumque ſunt pura ternaria iuxtà formam ſextam

فَعُلَ يَفْعُلُ, item aucta quaternaria, & ternaria habentia duas vel tres adiectas litteras, exceptis ædificijs quattuor تفاعل ا. استفعل تفعل افتعل Hæc enim & primæ quinquæ formæ ternarij puri ſimul cum forma pura quaternarij tū intranſitiuis, tum tranſitiuis verbis communia ſunt. Tria verò reliqua aucti ternarij ædificia vt plurimum tranſitiuis deſeruiunt, ita vt huiuſmodi ſint verborum claſſes.

## Intranſitiua.

إِفْعَوْعَلَ إِفْعَالَّ إِفْعَلَّ إِنْفَعَلَ فَوْعَلَ فَعُلَ

إِفْعَلَّلَ إِفْعَنْلَلَ تَفَعْلَلَ إِفْعَوَّلَ إِفْعَنْلَى

## Tranſitiua.

فَيْعَلَ فَاعَلَ فَعَّلَ أَفْعَلَ

## Communia.

فَعَلَ يَفْعِلُ فَعِلَ يَفْعَلُ فَعَلَ يَفْعَلُ فَعَلَ يَفْعِلُ فَعَلَ يَفْعُلُ

فَعْوَلَ إِسْتَفْعَلَ تَفَاعَلَ تَفَعَّلَ إِفْتَعَلَ فَعْلَلَ

Secundò diuiditur Verbum Ratione conſtructionis variæ in Regulare, & Audibile.

Audibilia verba ſunt, quæ habent peculiares, ac veluti ſingillatim explicabiles conſtructionis Canones; vnde dicuntur عوامل سماعية .i. *operantia audibilia*, vt lib. 3. dicemus, cuiuſmodi ſunt quinque verborum ſpecies, nempè.

أَفْعَالُ ٱلْقُلُوبِ Verba cordium.

ٱلْأَفْعَالُ ٱلنَّاقِصَةُ Verba deficientia.

أفعال المقاربة Verba approximationis.

أفعال المدح والذم Verba laudationis,& improperij.

أفعال التعجب Verba admirationis.

De quibus, quoniam diffuſè admodum loquuturi ſumus lib. 5. vbi eorum regimen cum nominibus explicabimus; idcircò ſuperfluum duximus plura hic verba facere.

Regularia verò ſunt cætera omnia, quæ generales, & conſequentes ſibi vendicant conſtructionis leges, vnde dicuntur عوامل قياسية .i. *operantia regularia*, quæ adhuc in quatuor ſpecies ſubdiuiſimus, nempè in

متعدية معروفة Tranſitiua nota, ſiue actiua.

متعدية مجهولة Tranſitiua ignorata, ſeu paſſiua.

لازمة معروفة Intranſitiua nota, ſiue actiua.

لازمة مجهولة Intranſitiua ignorata, ſeù paſſiua.

# CAPVT XXII.

## De Hharf tertia Orationis Parte, eiusq. Natura, Definitione, Proprietatibus, & Accidentibus.

حرف In Idiomate idem ſonat, quod طرف .i. *extremitas*, apud Grammaticos autem ſumitur pro tertia, quaſi extrema orationis parte dictiones cęteras, quę à verbo, & nomine differunt complectente.

Eius natura, ac definitio facilè conſtat ex primo capite lib. huius; eſt enim non aliud quam كلمة دالة على معنى بغيرها .i. *Dictio oſtendens ſuper ſignificatum*, (hoc eſt ſignificans aliquid) *cum alio ab ipſa*, hoc eſt coniuncta dictioni alteri. Sub qua Latinorum Præpoſitiones, Coniunctiones, Interiectiones aliquæ, ac aduerbia nonnulla continentur, vt ex eius diuiſione ſequenti capite apertum fiet.

## CAPVT XXIII.

### De Diuiſionibus Hharf.

ENVMERANT Arabes quamplura huiuſmodi particularum genera penes varias earum ſignificationes, & conſtructiones. Potiſsima quidem hæc ſunt.

حروف الاضافة Particulæ annexionis.

حروف المشبهة بالافعال Particulæ aſsimilatæ Verbis.

حروف العطف Particulæ coniunctionis.

حروف النفي Particula negationis.

حروف التنبيه Particulæ excitationis.

حروف النداء Particulæ vocationis.

حروف التصديق Particulæ reſponſionis.

حُرُوفُ الاِسْتِثْنَاء Particulæ exceptionis.

حَرْفَا الخِطَابِ Duæ particulæ adſentiæ.

حُرُوفُ الصِّلَةِ Particulæ connexionis.

حَرْفَا التَّفْسِيرِ Particulæ explicationis.

الحَرْفَانِ المَصْدَرِيَّانِ Particulæ duæ Maſdarales, ſeu Infinitiuæ.

حُرُوفُ التَّحْضِيضِ Particulæ adhortationis.

حُرُوفُ التَّقْرِيبِ Particulæ approximationis.

حُرُوفُ الاِسْتِقْبَالِ Particulæ futuritionis.

حَرْفَا الاِسْتِفْهَامِ Particulæ interrogationis.

حَرْفَا الشَّرْطِ Particulæ conditionis.

حَرْفُ التَّعْلِيلِ Particula cauſationis.

حَرْفُ الرَّدْعِ Particula comminationis.

اللَّامَاتُ Litteræ Lam.

تَاءَا التَّأْنِيثِ Duæ litteræ ة ت generis fœminini.

اَلنُّونُ الْمُؤَكِّدَةُ Nun confirmationis.

هَاءُ السَّكْتِ Hè ſilentij, ſeù taciturnitatis.

## De Primo Particularum Genere.

PArticulæ huiuſmodi Latinorum Præpoſitionibus reſpondent; Dicuntur autem حروف الاضافة .i. *particulæ annexionis*, & alio nomine حروف الجر .i. *particulæ contractionis*, quia contrahunt, ac annectunt nomini ſignificatum Verbi, vt ſæpè diximus. Sunt autem 17.

| | |
|---|---|
| 1 مِنْ De,è,ex,à,ab. | 8.9 وَ تَ Per. |
| 2 إِلَى Vſque ad, excluſ. | 10 عَلَى Super, verſus, contra, ſecundum. |
| 3 حَتَّى Vſque ad, incluſ. | 11 عَنْ A, abs. |
| 4 فِي In. | 12 كَ Vt, ſicut. |
| 5 بِ Cum, in, per. | 13.14 مُذْ مُنْذُ E, ex. |
| 6 لِ Ad. | 15.16.17 حَاشَا خَلَا عَدَا Præter, niſi. |
| 7 رُبَّ Vix, fortè. | |

Prima مِنْ, ſemper habet كسر ſubtus م, & السكون *quietem* ſuper ن, ſed cum poſt ipſam ſequitur Hamzat vnionis, aſſumit phathh ne plures conueniant quieſcentes, vt مِنَ الْبَحْرِ

*è ma-*

*è mari*; Cum verò iungitur, ſeù præfigitur pronomini primæ Perſonæ pluralis primum ن in alterum leuitatis cauſa inſeritur, vt مِنَّا pro مِنْنَا *ex nobis*, eodemq. pacto cum ſingulari: non enim adijcitur ſolum ي, vt fit in nominibus, ac alijs particulis, ſed apponitur etiam ن ſimul cum ي, vt fit in verbis, videlicet نِي vnde non dicitur cum hac particula مِنِي ſed مِنِّي *ex me*, immiſſo ن primo in ſecundum; Similiter quando ſequitur nomen ما *id quod* ن in م conuertitur, & inſeritur, diciturq. مِمَّا *ex eo quod*, vt etiam fit in cæteris particulis deſinentibus pariter in ن quieſcenti. Porrò quoad ſignificatum, & vſum huius particulæ, ſciendum eſt, quod diuerſa denotat.

Primo importat inceptionem motus, vnde dicitur deſeruire للابتداء *inceptioni*, vt خرجت من المسجد *exiui de templo*.

Secundo denotat التركيب *compoſitionem*, vt الكلام يركب من كلمتين *Oratio componitur ex duabus dictionibus*.

Tertio ſignif. التبعيض *partialitatem*, vt اخذت من الدراهم *accepi de nummis*, hoc eſt partem ex nummis.

Quarto notat البيان *declarationem*, vt اجتنبوا الرجس من الاوثان *conuerterunt ſe ad abominationem ex ſimulacbris*, hoc eſt, quæ ſunt ſimulachra.

Quinto pleonaſticè, ſiue abundanter tantum adijcitur nominibus obtinentibus caſum Raph-o, vel Nasbo, vt ماجاء ني من احد *non venit ad me ex aliquo*, hoc eſt aliquis, vel مارايت من احد *non vidi ex aliquo*, ideſt aliquem. Atque huiuſmodi alia præſtat, quæ hic non eſt opus referre.

Secunda إِلَى propriè importat الانتهاء .i. *terminationem*, interdũ motus localis, vt رجعت من البيت الى الكرم *iui è domo vſque ad vineam*. Interdum ſolius ordinis, vel enumerationis, vt زاد مدحة الى مدحة *iterum, atque iterum laudauit*.

Tertia حَتَّى idem ſignificat, quod إلى, hac tamen differen-

rentia, quod prima ſignificat etiam excluſiuè, ſecunda incluſiuè tantùm. Vnde ſi dicatur اكلت السمكة الى راسها *comedi piſcem vſque ad caput eius*, ſenſus eſt excluſiuè, ita vt caput non comederim: cũ verò dicitur اكلت السمكة حتى راسها *comedi piſcem vſque ad caput eius*, ſenſus eſt incluſiuè, ita vt etiam caput comeſtum ſit.

Quarta ب primò ſignificat الالصاق *adhæſionẽ*, vt مررت بزيد *tranſiui per Zaidum*, i. tranſitus meus innixus eſt loco propinquo loco Zaidi, ſic etiam قسمت بالله *iuraui per Deum*, id-eſt, innixum eſt iuramentum meum Deo.

Secundo ſignificat الاستعانة .i. *iuuamen*, ſiue adminiculũ, ac opem inſtrumentalem, vt كتبت بالقلم *ſcripſi cum calamo.*

Tertio importat المصاحبة .i. *ſimultatem*, ſeu concomitantiam, vt اشتريت الفرس بسرجه ولجامه *emi equum cum ſella, & fræno eius.*

Quarto ſignificat الظرفية .i. *continentiam*, ſiue ſtatum in loco, vt جلست بالمسجد *ſedi in templo.*

Quinto deſeruit tranſitioni Verborum, vt libro 3. dicemus, veluti cũ adiuncta Verbo ذهب *abÿt*, dicitur ذهبت بزيد *abire feci Zaidum.*

Sexto tandem adiungi ſolet abundè, ac pleonaſticè nominibus Nominatiuum caſum, ſiue Raph-o poſſidentibus, quamuis accidentaliter illa collocet in Giarro, vt ليس زيد بجاهل *non eſt Zaidus ignarus.*

Quinta ل ſignificat propriè الاختصاص .i. *appropriationem*, ſiue attributionem, vt الجل للفرس *elatio equo* .i. propria eſt equo. Interdum etiam denotat التعليل .i. *cauſalitatem*, ſiue cauſationem. Interdum quidem efficientem, vt مات زيد لمرضه *mortuus eſt Zaidus ob morbum eius*, vel حببت زيدا لحسنه *dilexi Zaidum propter pulchritudinem eius*. Interdum verò finalem, vt جيت الى ماهنا لاكرامك *veni huc vſque propter honorationem tui*. i. vt venerer te.

Sexta رُبَّ propriè denotat التقليل .i. *paucitatem*, ſeu penuriam

nuriam, ac præponitur ſolùm nominibus ſingular. ſubſtantiuis ignotis ſiuè carentibus articulo ال, affectis tamen adiectiuo aliquo, ſeù epitheto, vt رب رجل كريم لقيته *parum*, vel *minimum hominis venerabilis*, hoc eſt paucos homines venerabiles, *inueni*.

Septima في propriè ſignificat الظرفية .i. *continentiam*, ſiuè locationem, vt الماء في الكوز *Aqua eſt in vaſe*.

Octaua, & nona وَ, & تَ deſeruiunt iuramento القَسَم, vt والله, vel تالله *per Deum*.

Decima, عَلَى ſignificat الاستعلاء .i. *ſuperioritatem*, ſiuè elationem, vt زيد على السطح *Zaidus ſuper tectum*, ſed quandoque idem valet, quod contra, vel erga, vt غضبت عليه *indignatus ſum ſuper eum*, ideſt contra, ſiuè erga eum.

Vndecima, عَنْ denotat المجاوزة ideſt *tranſitionem*, ſeù receſſum, cum ſcilicet vna res transfertur ab alia, quod præſtat latinorũ caſus ablatiuus, vt رَمَيْتُ السَّهْمَ عَنِ القَوْسِ *Proieci ſagittam ab arcu*. Huius autem Particulæ ن quieſcens eſt, ſed cum ſubſequitur hamzat vnionis Keſrum aſſumit, vt patuit exemplo allato, atque hic pariter applicanda ſunt quæ de conuerſione, & immiſsione ن primæ particulæ من diximus.

Duodecima eſt ك, quæ denotat التشبيه .i. *aſsimilationem*, vt جاءني رجل كزيد *venit ad me homo, vt Zaidus*, i. ſimilis Zaido.

Decimatertia, & decimaquarta مُنْذُ & مُذْ ſignificãt الابتداء في الزمان *inceptionem in tẽpore*, vt مارايت زيدا منذ يوم الجمعة vel مذ *non vidi Zaidum à die Veneris*.

Vltimæ tres عَدَا, خَلَا, حَاشَا importãt الاستثنا .i. *exceptionem*, vt عدا زيد, vel خلا زيد, جاءني القوم حاشا زيد *Venit ad me populus præter Zaidum*, quæ omnes præpoſitiones, ſiuè particulæ nominibus, ac pronominibus præponi poſſunt,

exceptis و منذ مذ حتى, quæ ſolum temporum nominibus præponuntur. Item و tantum præponitur nominibus manifeſtis, non autem pronominibus. Ac tandem ت, quæ non niſi nomini الله *Deus*, præmitti poteſt.

Præpoſitiones autem Latinorum cæteras efferunt Arabes nominibus annexis collocatis in caſu Nasbo, vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَوْقَ Super | تَحْتَ ſub | قَبْلَ Ante | بَعْدَ Poſt |
| أَمَامَ vel قُدَّامَ coram | | وَرَاءَ vel | خَلْفَ Retrò |
| عِنْدَ apud | مَعَ cum | حَوْلَ circà | بَيْنَ Inter |
| شَطْرَ Verſus | دُونَ Præter, infrà | | عَبْرَ trans |

Quæ omnia, & his ſimilia, nomina quoque ſunt, significantia huiuſmodi loci, & temporis differentias. Vnde & ipſa interdum præpoſitiones ſuſcipiunt, vt نزلت من فوقه *deſcendi de ſupra*, ſiuè de ſuperiori parte, aut de ſummo eius, & في تحته كتبت *ſcripſi in inferiori eius*, & ſic de cæteris.

At verò بلا *ſine*, Præpoſitio eſt compoſita ex ب *cum*, & لا *non*, quaſi dicatur cum non, quod idem valet, ac ſine.

## De ſecundo Particularum Genere.

PArticulæ huiuſmodi quibuſdam Latinorum æquipollent Aduerbijs, Confirmandi, ſeù Aſſeuerandi, Aſſimilandi, Optandi, & Sperandi, item coniunctionibus aduerſatiuis, ſed verumtamen, tamen, &c. Sunt antem ſex, videlicet.

| | | |
|---|---|---|
| أَنَّ quod | إِنَّ ſanè | لَكِنَّ ſed |
| كَأَنَّ quaſi | لَيْتَ vtinam | لَعَلَّ forſitan. |

Ex

Ex quibus etiam adiuncto in fine ما fit.

أَنَّمَا ſanè, quòd  إِنَّمَا quòd  لَكِنَّمَا verū q

كَأَنَّمَا quaſi quod  لَيْتَمَا vtinam, q  لَعَلَّمَا forſitan, quod.

Sic etiam ex primis duabus præmiſſo ف, & ل fiunt particulæ cauſales فان, & لان *etenim, eo quod*.

E contra verò interdum leuigatur ن retento nihilominus eodem ſenſu, vt كَأَن لَكِن أَن, quod quando faciendum ſit lib. 3. de ipſarum conſtructione dicemus.

Dicuntur autem particulæ huiuſmodi مشبهة بالافعال aſsimilatæ verbis, duplici de cauſa. Primò ratione quantitatis ipſarum, ſunt .n. trium, vel quattuor litterarum, ac terminantur phathh ad inſtar Præteriti. Secundò ratione efficientiæ, ſiuè operationis in regendis caſibus ad inſtar verbi, vt ſuo loco dicemus.

## De tertio Particularum Genere.

Particulæ Coniunctionis eædem ſunt, quas Latini Coniunctiones uocant. Enumerantur autem apud Arabes decem, quamuis enim & aliæ ſint, quæ coniungunt, ratione tamen alterius potioris muneris aliter denominantur. Sunt ergo حروف العطف *Particula coniunctionis*.

وَ &  فَ item  ثُمَّ deinde

حَتَّى vſque etiam  أَوْ إِمَّا أَمْ an, vel, aut

لَا non verò  بَلْ ſed, immo.  لَكِنْ لَكِنَّ verumtamen.

Primæ quattuor حَتَّى ثُمَّ فَ وَ omnes ſunt inſtitutæ لجمع i. *pro congregatione*, hoc eſt copulatiuæ ſunt.

Prima quidem ſine ordine aliquo, vt جاءني زيد وعمرو *venit ad me Zaidus, & Amrus*, per quod non explicatur quis nam primo venerit.

Secunda verò, & tertia ordinis etiam poſterioritatem innuũt, & pręcisè tertia aliquod interuallũ intercesſiſſe inſinuat, vt جاءني زيد فعمرو *venit ad me Zaidus, item Amrus*, & جاءني زيد ثم عمرو *venit ad me Zaidus, deindè Amrus*.

Quarta verò differt à præcedentibus, quòd præter ordinis poſterioritatem, exigit etiam vt res coniuncta ſit veluti pars contenta ſub re, cui fit coniunctio, ac innuit potiorem quandam veluti difficultatem, ac admirationem, quod rei coniunctæ conueniat illud ipſum, quod conuenit rei cui coniungitur, vt اكلت السمكة حتى راسها *comedi piſcem vſque etiam caput eius*, & مات الناس حتى الانبياء, *mortui ſunt homines, vſque etiam Propheta*.

Quinta, ſexta, & ſeptima diſiunctiuæ ſunt, quarum duæ او, & ام keſr aſſumunt ſubtus vltimam, cum ſequitur hamzat vnionis. Porrò quinta او, & ſexta اما conueniunt in hoc, quod ambæ Indicatiuo, Imperatiuo, & Interrogatiuo modo adhibentur; ſed اما aliam prærequirit ante ſe, ità vt ſemper geminata veniat, & ſecundæ præponitur etiam و vt

جَاءَ زَيْدٌ أَوْ عَمْرٌو Venit Zaidus, vel Amrus.

جَاءَ إِمَّا زَيْدٌ وَإِمَّا عَمْرٌو Venit aut Zaidus, aut Amrus.

خُذْ دِرْهَمًا أَوْ دِينَارًا Accipe drahmam, vel denariũ.

خُذْ إِمَّا دِرْهَمًا وَإِمَّا دِينَارًا Accipe aut drahmã, aut denarium.

أَلَقِيتَ زَيْدًا أَوْ عَمْرًا Inueniſtine Zaidum, vel Amrum?

أَلَقِيتَ إِمَّا زَيْدًا وَإِمَّا عَمْرًا Inueniſtine aut Zaidum, aut Amrũ?

At

At verò أم differt à duabus præcedentibus, eſtquè duplex متصلة .i. *unita*, & منقطعة .i. *ſeiuncta*. Vnita dicitur quādo hāzat interrogatiua pręcedit, ac ipſi أم tantū poſtponitur quantū præcedenti hamzat, vt أضربت زيدا أم ضربت عمروا. *Percuſſiſti Zaidum, an Amrum?* Seiuncta verò dicitur, cum vel in interrogatione non ſequitur poſt ipſam quantum poſt præcedentem Hamzat, ut أضربت زيدا أم عمروا. *Percuſſiſti Zaidum, vel Amrum?* Vel non adhibetur interrogatiuo modo.

Octaua, nona, & decima, Aduerſatiuæ ſunt, differunt autem, quod لا aduerſatur negando de ſequenti, quod affirmatum eſt de præcedenti, unde neceſſario ſupponit affirmationem, veluti جاءني زيد لا عمرو, *venit ad me Zaidus non autem Amrus.*

At verò بل tum Affirmationi, tum negationi ſubſequi poteſt, & quidem poſt Affirmationem aduerſatur reuocando illam de præcedenti ad ſubſequens, ut جاء زيد بل عمرو *venit Zaidus imò Amrus*, ubi ſenſus eſt ſolum Amrum ueniſſe; Zaidum uerò caſu, uel ex errore fuiſſe prolatum. Poſt negationem uerò intelligi poteſt aduerſari dupliciter. Primò reuocando illam de præcedenti ad ſubſequens, ut de affirmatione dictum eſt, ueluti ماجاءني زيد بل عمرو, *non venit ad me Zaidus, immò Amrus*, ita ut ſenſus ſit Amrum non ueniſſe, Zaidum uerò ueniſſe. Secundò confirmando illam de præcedenti, ac affirmando de ſubſequenti, ut ماجاءني زيد بل عمرو, *non venit ad me Zaidus, ſed Amrus*.

Vltima tandem لكن quando mediat inter duas orationes completas, ſimiliter ad inſtar بل poteſt negationi, & Affirmationi ſuccedere, quamuis illam non reuocet, ſed confirmet, ut جاءني زيد لكن عمرو لم يجي *venit ad me Zaidus, ſed Amrus non venit*, & ماجاءني زيد لكن عمرو جاء *non venit ad me Zaidus, ſed Amrus*. Cum uerò aduerſando ſolum coniungit aliquid ſimplex præcedenti ſermoni, eſt omninò contraria ſupradictæ لا, *non autem*, neceſſariò enim negationem ſupponit, ac de ſequenti affirmat, ut ماجاءني زيد لكن عمرو, *non venit ad me Zaidus, ſed Amrus*. Hæ ſunt igitur decem particulæ quas Arabes coniunctionis uocant; Verum hoc ipſum munus præſtant etiam aliæ uel compſitæ, uel ſimplices ratione alterius mune-

muneris ſub alio genere collocatæ, ut

| Cauſales | | Diſiunctiuę | | Aduerſatiuę | |
|---|---|---|---|---|---|
| لِأَنَّ | quoniam | لِئَلَّا | ne | وَإِنْ | etſi, quãuis |
| فَإِنَّ | | لِكَيْلَا | | مَعَ إِنْ | |

| | | Conditionales. | |
|---|---|---|---|
| كَيْ | adhoc, vt | | |
| لِكَيْ | | إِنْ لَوْ | ſi |
| لِ | | لَوْلَا لَوْمَا | niſi |

## De quarto Particularum Genere.

Sub hoc genere continentur Particulæ negatiuæ, quas Arabes enumerant ſex, uidelicet

لَمْ لَا إِنْ مَا non    لَمَّا nondum    لَنْ nequaquã

Prima مَا deſeruit præſenti, Præterito propinquo, & propoſitioni nominali, quæ ſcilicet conſtat ex duobus nominibus quorum unum negatur de altero, ut.

مَا يَفْعَلُ non facit.

مَا فَعَلَ non fecit.

مَا زَيْدٌ حَسَنٌ non eſt Zaidus pulcher.

Secunda إِنْ eodem modo adhibetur, ſed inuſitata eſt, ac rarò conſpicitur.

Tertia لَا; Primo deſeruit pro negatione futuri. Secundo pro

pro negatione præteriti, ſed requirit, ut ſit geminata, quamuis interdum etiam adibeatur ſola. Tertio deſeruit Imperatiuo. Quarto adhibetur ad negandam exiſtentiam alicuius nominis ex quo dicitur لنفى الجنس, ideſt *pro negatione generis*, ideſt nominis ignoti, ut plurimum enim nomen illud ignotum eſt, quamuis interdum etiam notum nomen afficiat. Quinto adhibetur in propoſitione nominali, & ut ſic dicitur habere ſignificatum, & ualorem uerbi ſubſtantiui negatiui ليس *non fuit*, cuius oppoſitum eſt كان *fuit*, quorum omnium hæc ſunt exempla, uidelicet

| | | |
|---|---|---|
| لَا يَفْعَلُ | non faciet. | لِنَفْيِ ٱلْمُسْتَقْبِلِ |
| لَا صَدَّقَ وَلَا صَلَّى | non credidit, nec orauit. | لِنَفْيِ ٱلْمَاضِى بِشَرْطِ ٱلتَّكْرِيرِ |
| لَا فَعَلَ | non fecit | لِنَفْيِ ٱلْمَاضِى بِلَا تَكْرِيرٍ |
| لَا تَفْعَلْ | ne facias | لِنَفْيِ ٱلْأَمْرِ |
| لَا رَجُلَ فِى ٱلسُّوقِ | non homo in platea | لِنَفْيِ ٱلْجِنْسِ |
| لَا زَيْدٌ فِى ٱلسُّوقِ | non Zaidus in platea | لِنَفْيِ غَيْرِ ٱلْجِنْسِ |
| لَا زَيْدٌ عَالِمًا | non eſt Zaidus ſapiens | بِمَعْنَى لَيْسَ . |

Quarta لم præponitur modzhareo, illudq. uertit in Præteritum, ut لم يضرب non percuſſit.

Quinta لما idem efficit, ſed innuit etiam adhuc duraſſe carentiam rei quam negat, ut لما يضرب non adhuc percuſſit.

Octaua præponitur Modzhareo, & Nasbat illud in ſignificatione omnimodę negationis futuri. ut. لن يضربَ Nequaquam percutiet. De quo ſupra cap. 20. diximus, ubi de modzhareo egimus.

De

## De quinto Particularum Genere.

QVintum hoc genus complectitur حروف التنبيه *particulas excitationis*, quæ reſpondent quibuſdam Latinorum aduerbijs demõſtratiuis, unde ſic appellatæ ſunt, nam ijs ueluti excitatur audiens, ut proferentis uerbis intendat. Sunt hæc huiuſmodi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| هَا | ecce, en, ut | هَا إِنَّ زَيْدًا بِالْبَابِ | ecce ꝙ Zaidus in ianua. |
| أَمَا | | إِمَّا أَنَّكَ خَارِجٌ | ecce, quod tu es egrediẽs. |
| أَلَا | | أَلَا أَنَّكَ قَائِمٌ | ecce, quod tu es ſtans. |

Sed prima ها ſæpè præfigitur pronominibus abſolutis, ut هاانت *en tu*, & ſæpius pronominibus demonſtratiuis, de quo latè diximus ſupra cap. 12.

## De ſexto Particularum Genere.

HIc continentur حروف النداء *Particulæ vocationis*, nimirum يَا أَيَا هَيَا أَ أَيْ أَيُّهَا أَيَّتُهَا *ò*. Primæ tres adhibentur, cum uocatur aliquis diſtans uel dormiens, uel mente captus; reliquæ uerò cum uocatur propinquus, ſed ايها peculiaris eſt maſculino, ut ايها زيد *ò Zaide*, vltima uerò ايتها applicanda eſt fęminino, ut ايتها هند, *ò Hinda* quidam verò يا communem eſſe aiunt longinquo, & propinquo.

## De ſeptimo Particularum Genere.

SVb hoc Genere continentur حروف الايجاب *Particulæ reſponſionis*, uel alio nomine حروف التصديق *particulæ creditionis*, nam ijs oſtendit reſpondens ſe credere quod ei nunciatum eſt, uel credere facit interroganti, id de quo interrogatus

tus eſt, ſunt autem potiſſimum quinque.

Prima نعم *ita, maximè*; qua vt poteſt quis dupliciter. Primo reſpondendo in confirmationem eius, quod ei nunciatum eſt, ſiuè affirmatiuè, ſiuè negatiuè aſſertum fuerit, vt cum quis aſſerenti, quod Zaidus venit, vel quod non venit, reſpondet نعم ità. Secundo reſpondendo interrogationi factæ tum affirmatiuæ, tum negatiuæ, vt venit ne Zaidus? نعم, *ità* vel non venit Zaidus? نعم .i. non venit.

Secunda eſt بلى *minimè non*, & hæc peculiariter adhibetur poſt aſſertionem, vel interrogationem negatiuam, vt non venit Zaidus, بلى *non*, & non venit Zaidus? بلى *minimè*.

Tertia, & quarta ſunt اجل, & جير *vtique*, atque hæ ſolum adhibentur poſt aſſertionem vel affirmatiuam, vel negatiuam, vt ſtetit Zaidus, vel, non ſtetit Zaidus, اجل, vel جير *vtique*.

Quinta eſt, اى *maximè*, ſed hæc non adhibetur, niſi cum iuramento, vt venit nè Zaidus, اى واله *ſic per Deum*.

## De octauo Particularum Genere.

Hic propriè locantur حروف الاستثناء *particulæ exceptionis*, vt الا, خلا, حاشى, عدا, *Præter, niſi, excepto*. Hoc idem valent, ac præſtant etiam compoſita ماخلا ماعدا, لاسيما. Item nomina quædam annexa, nempè سواء غير سوى, immo, & verba ليس لايكون quorum omnium conſtructionem, & vſum lib. 3. latiſſimè proſequemur.

## De nono Particularum Genere.

Dvæ ſolum particulæ, ſiuè potius Litteræ ſunt, quas Arabes حرفا الخطاب .i. *particulas adſentia* vocant, ſut autem ك, ت, quarum prima adijci ſolet in fine pronominum demonſtratiuorum, vt cum in ذا *illa*, dicitur ذاك, vel ذلك, de quo ſuperius diximus, cap. 12. Altera verò reperitur in pronominibus adſentis, ſiuè ſecundæ perſonæ, vt انت *tu*, انتم *vos*, & cetera.

## De decimo Particularum Genere.

SVb hoc genere locantur particulæ quædam merè abundantes, ſiuè addititiæ, quæ ſolum apponuntur interdum ad complendam ſermonis aliquam menſuram, vel deſinentiam, ſiuè emphaſim quandam, ſunt autem ferè ſex, nempè أن إن ما من لا ب, vt cum dicitur ما ان رايت زيدا *non vidiſti Zaidum*, & لما ان جا البشير *cum veniſſet nuncius.*

## De vndecimo Particularum Genere.

حرفا التفسير *Particulæ declarationis* duæ ſunt أي, *ideſt, ſcilicet*, & أن, *nempè*; Prima adhibetur vbique, vt apud Latinos (ideſt) Secunda verò ſolum poſt verbum.

Hoc autem ipſum explicationis munus prçſtat verbũ يعني *ſignificat*, vel اعني *ſignifico*, vt جا الذى ضربته اعنى غلامك *venit ille quem percuſſiſti, ſignifico ſeruum tuum*; quod idem valet, ac venit ille quem percuſsiſti.i. ſeruus tuus.

## De duodecimo Particularum Genere.

GEnus hoc compleℓtitur duas particulas أن, & مَا *quod*; vocantur autem apud Arabes مصدريتان .i. *maſdarales*, ſeù infinitiuæ; nam ſimul cum verbo finito idem præſtant, quod ſolum maſdarum, ſeù verbum infinitiuum importat, cum enim dicitur اعجبني ان خرج زيد *placuit mihi, quod exiuit Zaidus*, vel اريد ان يخرج *volo, quod exeat*, perindè eſt, ac ſi per maſdarum diceretur اعجبني خروج زيد *plauit mihi exitus Zaidi*, ſiuè Zaidum exiuiſſe, & اريد خروج زيد *volo exitum Zaidi*, ſeù Zaidum exire: particula verò ما non tam frequenter eſt vſui, eiusq. exemplum eſt ضَاقَتْ عَلَيْهِمِ الأَرْضُ بِمَا رَحُبَتْ

*Arℓta-*

*Arctata eſt eis terra , dum dilatarer* ; ac ſi per Maſdarum diceretur ضَاقَتْ عَلَيْهِمِ الْأَرْضُ فِي رُحْبِي . *Arcta viſa eſt eis terra in dilatatione mea.*

## De decimotertio Particularum Genere.

Particulæ huius generis quattuor ſunt لَوْمَا لَوْلَا أَلَّا هَلَّا Prima , & ſecunda cum præponuntur præterito, denotant increpationem, ſiuè obiurgationem, ac incuſationem quandam quod quis non operatus eſt, vt هلا رحت *non iuiſti?* الا كتبت *non ſcripſiſti?* cum verò præponuntur modzhareo, important actum quendam impulſiuum ergà audientem, vt operetur, vt هلا تروح *non vis ire?* الا تكتب *non vis ſcribere?*

Tertia verò, & quarta propriè innunt carentiam, vel abſentiam alicuius rei ob exiſtentiam alterius , vt ſi erepto à morte Zaido propter Amrum, dicas لولا عمرو لهلك زيد *ſi non fuiſſet Amrus, profectò periſſet Zaidus* .

## De decimoquarto Particularum Genere.

Hvius generis vnica eſt particula , quæ حرف التقريب .i. *particula approximationis*, dicitur, eſt autem قد *iam*, ac dũ præponitur Præterito ſignificat illud proximè prçterijſſe, vt قد جاء زيد *iam*, ſeù *nuper venit Zaidus* ; Cum verò præponitur Præſenti , denotat pennriam quandam actionis enunciatæ, illamquè innuit raro, vel numquam prius fuiſſe elicitam , vt ان الكذوب قد يصدق , *ſanè mendax iam verum dicit.*

## De decimoquinto Particularum Genere.

Hic locantur حروف الاستقبال *particulæ futuritionis*, ſunt autem littera سَ , & dictio سَوْفَ , quæ præponuntur Modzhareo ad contrahendam ſignificationem eius ad futurũ . Item particula ان *quòd* Maſdaralis: cum enim hæc adhibetur

in Modzhareo, ſenſus ſermonis redditur de actione, prout exequenda, vt اريد ان تخرج *volo quod exeas*. Ac poſtremo eiuſdem generis eſt negatiua لن *nequaquam*, quæ ſolùm negationi futuri cum quadam confirmatione deſeruit, vt لن يخرج *nullatenus*, ſeu nequaquam *exibit*.

## De decimoſexto Particularum Genere.

SVb hoc genere continentur حرفا الاستفهام *Particula dua interrogationis*, ſiue interrogatiuæ ا & هل *num*, quæ ſemper in orationis initio collocantur, vt اضربت زيدا vel هل ضربت زيدا *num percuſiſti Zaidum*? Sed prima vniuerſalior eſt, ac pluribus in locis adhibetur, atque vbi ſecunda, apponi etiam poteſt prima, non verò è contra; nam hãzat adhiberi poteſt primò cum diſiunctiua ام *an*, etiam quando hæc eſt متصلة coniuncta, vt ازيد عندك ام عمرو *Zaidus ne apud te, vel Amrus*? Secundò in nomine patientis conſtituto in caſu Nasbo, ac præpoſito verbo ſuo, vt ازيدا ضربته *Zaidum ne percuſiſti*? Tertio præmitti poteſt tribus particulis copulatiuis و ف & ثم, in quibus omnibus locis ſecunda هل minimè adhiberi poteſt.

## De decimoſeptimo Particularum Genere.

REponuntur hic حرفا الشرط *dua particula conditionis*, ſiue conditionales ان & لو *ſi*, quarum altera لو eſt conditionalis præteriti, etiam ſi præmiſſa fuerit futuro, ſeu Modzhareo: vertit enim illud in præteritum, vel imperfectum, vel pluſquam perfectũ ſubiunctiui, vt لو يخرج زيد اخرج معه idem ſonat ac ſi diceretur لو خرج زيد خرجت انا معه *Si exÿſſet Zaidus exÿſſem ego ſimul cũ ipſo*, vel etiam, Si exiret Zaidus exirem & ego. ان verò conditionalis futuri, etiam ſi præmiſſa fuerit præterito, vt ان ذهب زيد ذهبت معه æquè ac ſi diceretur ان يذهب زيد اذهب انا معه *ſi proficiſcetur Zaidus proficiſcar & ego*. Plura verò dicemus ſeq. lib. c. 30.

De

# De Reliquis Particularum Generibus.

CAeteræ Particulæ ſunt

Primò حرف التعليل *Particula cauſationis*, ſeu cauſalis, qualis eſt كى *vt*, veluti جيتك كى تعطينى حقى *veni ad te, vt des mihi ius meum*, cui præfigitur etiam ſæpè ل vt لكى *ad hoc vt*, immo interdum ſola ل eius vicaria adhibetur, vt جيتك لاكرمك *veni ad te, vt honorem te*, ſiuè ad honorandum te.

Secundo حرف الردع .i. *particula indignationis*, eſtquè كلا quæ propriè denotat affectum quendam obſtandi, ſeù reſiſtendi, ac reprimendi alterius audaciam.

Tertio اللامات, ideſt, *litteræ Lam*, cuiuſmodi ſunt. Frimo لام التعريف .i. *Lam notificationis*, ſeù articularis, vt الرجل *homo*. Secundo لام القسم .i. *Lam iuramenti*, quæ ſcilicet adhibetur cum iuratur de re aliqua, vt والله لئن اكرمتنى لاكرمتك *Per Deum ſi honorauer is me, honorabo te*. vbi lam conditionali ان præmittitur, quæ dicitur لام الموطية .i *Lam præparatiua*, quę .ſ. pręparat iuramento reſponſum, ſiue aſſertionem; atque ratione ipſius hamzat per ى ſcribitur, eo quod fiat media dictionis mota per keſr; alia verò lam pręfiſſa verbo لاكرمنك *honorabo te*, dicitur لام جواب القسم *Lam reſpōſionis iuramenti*. Tertio لام جواب لو ولولا *Lam reſponſionis* لو *ſi* & لولا *ſi non*, vt لو جيتنى لاكرمتك *ſi veniſſes ad me honoraſſem te*, & لولا فضل الله علينا لمتنا فى خطايانا *ſi non fuiſſet benignitas Dei ergà nos, mortui eſſemus in peccatis noſtris*. Quarto لام الامر *Lam* Imperij, vt لينصر *iuuet ille*, quibus etiam addi poteſt لام الجر *Lam contractionis*, quę ſcilicet vna eſt ex particulis contractionis ſuperius explicatis; item لام الابتداء ideſt *Lam incboationis*, quę ſcilicet ſubiecto propoſitionis pręfigitur, vt لزيد عالم *ſanè Zaidus ſapiens eſt*, ſicut interdum pręfigitur verbo Modzhareo, quod de præcedenti ſubiecto

icſto enunciatur, vt ان زيد ليذهب *ſanè Zaidus abit*, vel لان زيدا ليذهب *quoniam Zaidus profectò abit.*

Quarto تاء التانيث *te fœmininum*, quod duplex eſt, nempe quieſcens, & hoc in verbis, vt نصرت *iuuit illa*, & motum quod in nominibus, vt امراة *mulier*.

Quinto نون الموكدة ideſt *Nun confirmatiua*, de qua loquuti ſumus c. 20. de Modzhareo, vbi eam diximus eſſe duplicem, nempe grauem, & leuem.

# LIBER TERTIVS.

## DE ORATIONE EIVSQ. Natura, Diuiſione, & Conſtitutione.

## PROOEMIVM.

QVAE preciſè ad orationem attinent non ſic facilè apud Authores reperiuntur ſeorſim tradita, ſed ſępe nonnulla ad eius texturam, atque naturam ſpectantia, varijs in locis, vbi de partibus eius edifferunt iuxta cuiuſque opportunitatem, cum ſeſe prębet occaſio explicant. Nos ergo traditis hactenus quę ad litteras, ac dictiones attinent ſeorſim inſpectas, meritò huc omnia, quę orationis naturam, diuiſionem, atque ſtructuram concernunt, quo fieri potuit ſtudio hinc inde decerpta, congruenti ſimul diſtributione declaranda tranſtulimus.

CAPVT

# CAPVT PRIMVM.

## De Natura, ac Definitione orationis.

ORATIO كلمة dicitur apud Arabes, vt cap. 1. pręcedentis libri diximus. Deſcribitur autem apud Grammaticos multifariam, hęc tamen eſt potiſſima definitio مُولَّفٌ مِن كَلِمَتَيْنِ بِالْإِسْنَادِ *compoſitum ex duabus dictionibus per connexionem.*

Dicitur primò مولف *compoſitum*, in hoc enim differt الكلام *oratio*, à كلمة dictione ſimplici.

Dicitur ſecundo من كلمتين *ex duabus dictionibus*, non quod oratio ex pluribus conſtare non poſſit, ſed quia ad minimum duas debet includere, vel ſeiunctas, vt خرج زيد *exijt Zaidus*, vel coniunctas, vt خَرَجْتُ *exiui*, nam hic per خَرَجَ ſignificatur actio exeundi, & per تُ refertur agens, nempe prima perſona, vt ſuo loco diximus.

Dicitur tertio بالاسناد *per connexionem*, vt intelligatur nō quodcumque compoſitum ex duabus, vel pluribus dictionibus orationem dici, ſed peculiarem requiri modum compoſitionis, ſiue aggregationis illarum.

Propter quod ſciendum, quod præter nonnullas dictionum coniunctiones omnino inutiles, ſeptem potiſsimum extant, quę vtilitatem aliquam afferunt.

Prima dicitur تَعْدَادٌ *enumeratio*, veluti cum dicitur زيد عمرو بكر خالد *Zaidus, Amrus, Bacrus, Chaledus*, vel السماء الارض النار الماء *cœlum, terra, ignis, aqua.*

Secunda dicitur عطف *coniunctio*, cū ſcilicet, intercedunt particulæ coniunctiuę, veluti السماء والارض *cœlum, & terra.*

Tertia dicitur اضافة *Annexio*, de qua ſępè loquuti ſumus, veluti cum dicitur عبد الله *ſeruus Dei.*

Quar-

Quarta dicitur توصيف *attributio*, ſiuè appoſitio adiectiui, vel attributi, veluti cum ſine enũciatione dicitur الرجل العالم *homo ſapiens*.

Quinta dicitur تاكيد *confirmatio*, cum ſcilicet poſt vnã dictionẽ adiungitur altera confirmans priorẽ, veluti cum dicitur زيد نفسه *Zaidus ipſemet*, vel الارض كلها *terra tota*, quæ apud Arabes non ſunt adiectiua, ſed propriè ſonant Zaidus anima eius, terra totum eius, vnde non per modum adiectionis, ſed per modum confirmationis apponuntur.

Sexta dicitur بدل *commutatio*, ſiuè cambium, cum ſcilicet poſt vnum nomen adiicitur aliud ſubſtantiuum, quaſi relicto priori, & quodãmodo in poſterius cõmutato, ueluti زيد اخوك *Zaidus frater tuus*, cum dicitur ex. g. integra oratione جاءني زيد اخوك *venit ad me Zaidus frater tuus*, ubi (aiunt) frater cum ſit ſubſtantiuum non adiectione coniungitur cum Zaido, ſed veluti commutatur ex eo.

Hæ autem ſex dictionum compoſitiones nullatenus orationem perficiunt, ut patet, ſed quæ ex illis aggregata reſultant, ut partes ſolum in oratione clauduntur. Præter has ergo.

Septima compoſitio extat, quæ uocatur اسناد .i. *connexio*, ſiuè admotio, quæ propriè importat inexiſtentiam quandam unius dictionis in altera, quæ ſi indicetur dicetur enunciatio, ſiuè prædicatio, ueluti cum per modum enunciationis dicitur زيد عالم *Zaidus ſciens*, ſcilicet eſt, uel زيد ضرب *Zaidus percuſſit*, ſeù ضرب زيد *percuſſit Zaidus*. Quæ oratio dicitur خبري; *ſeù* اخباري *enunciatiua*, eſtq. omnium perfectiſſima. Si uerò huiuſmodi inexiſtentia unius dictionis in altera Imperetur ueluti ليضرب زيد, *percutiat Zaidus*, oratio dicetur Imperatiua: ſimiliter ſi exoptetur, uel interrogetur, uel alio quocumque modo proferatur oratio denominabitur Optatiua, Interrogatiua, &c.

Cum ergo in definitione dicitur بالاسناد *per connexionem*, quæ importat totum id, quod explicatum eſt, manifeſtè excluduntur ſex dictionum aggregata priora, quamuis illa alicuius utilitatis exiſtant.

Porrò الاسناد *connexio* hęc ad minimum inter duo nomina, uel inter nomen, & uerbum intercedere poteſt, ex qua id, quod

Yy ſubſtat,

ſubſtat, uel cui connexio fit dicitur مسند إليه .i. *cui connexum eſt*, & hoc ſemper eſt nomen, uel quid illi ęquiualens, propter quod hęc اسناد inter nominis proprietates poſita eſt c. 3. pręcedentis lib. Id uerò quod connectitur dicitur ſimpliciter مسند *connexum*, quod tum nomen, tum uerbum etiam eſſe poteſt.

Cum igitur hac ratione duę uniuntur dictiones, tunc compoſitum dicitur كلام وجملة *Oratio, & ſumma:* ſi enim compoſitum hoc ita perfectum, & integrum fuerit, ut audientis animus acquieſcat, veluti زيد عالم *Zaidus ſciens*, uel ضرب زيد *percuſſit Zaidus*, dr̃ كلام *oratio*, ſiue ſermo. Si uerò aliquid interceſſerit, ut integrum ſenſum non reddat, nec acquieſcat audiens, niſi compoſitum aliud apponatur, non dicetur كلام ſed جملة *ſumma*, ut زيد ان اكرمني *Zaidus ſi bonorauerit me*: hoc enim compoſitum, quoniam includit المسند والمسند اليه connexum, nempe اكرمني *bonorauerit me*, & id cui connexum eſt, nempe زيد *Zaidus*, idcirco dicitur جملة *ſumma*. At uerò quoniam appoſita fuit conditionalis ان *ſi*, non dicitur كلام *oratio*, niſi integretur per aliam ſummam, uer. gratia اكرمه *bonorabo eũ*, ut nẽpe dicatur زيد ان اكرمني اكرمه *Zaidus ſi bonorauerit me, bonorabo eum.*

Itaque ſumma dicit compoſitionem dictionum per connexionem, abſtrahendo tamen ab omnimoda ſenſus integritate. Oratio uerò ſupra ſummam includit perfectionem ſenſus, ac proinde omnis oratio erit ſumma, non tamen omnis ſumma dicetur oratio. Verumtamen aliquando ſumma cum oratione confunditur, ac ſępe ipſarum una pro alia ſumitur.

CAP.

# CAPVT SECVNDVM.

## De Diuiſione Orationis.

DIVIDITVR Oratio, ſiue ſumma genericè ſumpta in ſimplicem, quæ eadem eſt ac vna ſumma; & in compoſitam, quæ ſcilicet pluſquam vnam continet ſummam.

Simplex duas obtinet ſpecies. Prima dicitur إسمية *nominalis*, cum ſcilicet المسند *cõnexum*, ſiue enunciatum eſt nomen, ſiue ſubſtantiuum non annexum, vt الانسان حيوان *homo animal*, ſiue ſubſtantiuum annexum, vt زيد غلام عمرو *Zaidus ſeruus Amri*, ſiue ſubſtantiuum adiectiuo affectum, vt زيد رجل عالم *Zaidus vir ſciens*, ſiue adiectiuum non annexum, vt زيد عالم *Zaidus ſciens*, ſiue annexum, vt زيد ضاربك *Zaidus percutiens tui*, vel tuus.

Secunda dicitur فعلية *verbalis*, hæc autem eſt illa, in qua المسند *connexum* eſt verbum præcedens, veluti قام زيد *ſtetit Zaidus*. Dicimus autem (quando connexum eſt verbum præcedens;) nam ſi verbum ſubſequatur; tunc ſumma non eſt ſimplex, vt infrà patebit.

Præter has duas ſummæ ſimplicis ſpecies, nonnulli duas alias ſub eadem collocant. Primam dicunt جملة ظرفية *ſummam localem*, vel (vt ad uerbum dicamus) continentialem, qualis eſt illa, quæ loco enunciati continet nomen aliquod locale, quod dicitur ظرف *continens*. veluti cũ dicitur زيد عندك *Zaidus apud te*, vel زيد في السوق *Zaidus in platea*. Secunda dicitur جار مجرى الظرفية *currens curſu localis*; hæc autem eſt, quæ loco enunciati continet nomen aliquod contractum aliqua cõtractionis particula, vt cum dicitur زيد من الكرام

 Zaidus

*Zaidus ex honoratis*, vel زَيْدٌ مِنَ ٱلْمُومِنِينَ *Zaidus ex fidelibus.*

Verumtamen hæ duæ ſummæ, vel non differunt à duabus prioribus, vel pertinent ad orationem, ſiuè ſummam compoſitam, de qua infrà. Etenim ſi iuxtà quoſdam Authores dictos البصريون ſubintelligatur in ipſis nomen حاصل *exiſtens*, ſiuè كاين *ens*, quaſi diceretur زيد حاصل عندك *Zaidus exiſtens apud te*, & زيد كاين من الكرام *Zaidus ens* (hoc eſt exiſtens) *ex honoratis*, tunc hæ ſummæ non differunt à ſumma nominali ſuperius explicata; ſi verò iuxta alios authores dictos

الكوفيون in ipſis ſubintelligatur Verbum حصل *extitit*, vel كَانَ *fuit*, quaſi dicatur زَيْدٌ يَحْصُلُ فِي ٱلسُّوقِ *Zaidus exiſtit in*

*platea*, & زَيْدٌ يَكُونُ مِنَ ٱلْمُومِنِينَ *Zaidus eſt ex fidelibus*. Tunc

quòd verbum ſubſequatur nomini, cui connectitur, pertinebunt ad eandem ſpeciem, ad quam ſpectare ſuperius diximus ſummam compoſitam ex præcedenti ſubiecto, & ſubſequenti verbo, prout clariſſimè etiam explicabimus infra de huiuſmodi orationibus agentes.

Porrò ſumma verbalis diuiditur vlterius in tres ſpecies. Prima dicitur إِخْبَارِيَّة *enunciatiua*, ſecunda dicitur إِنْشَائِيَّة

*exoritiua*, tertia dicitur شَرْطِيَّة *conditionalis.*

Enunciatiua eſt in qua verbum abſolutè enunciatur de agente ſequente, vt يضرب زيد *percutit Zaidus.*

Exoritiua verò dicitur in qua verbum non enunciatur de agente, ſed quæritur, vel prohibetur in agente, veluti ſunt orationes imperatiuæ, deprecatiuæ, prohibitiuæ, optatiuæ, &c. veluti إِضْرِبْ *percute*, لَا تَضْرِبْ *ne percutias*, لَيْتَنِي أَضْرِبُ *vtinam percuterem*, & ſimilia.

Con-

Conditionalis verò, in qua verbum de agente enunciatur ſub conditione præcedenti, veluti إن تكرمني أكرمك *ſi bonorabis me, bonorabo te*.

Oratio verò, ſiue ſumma compoſita, ut ſupra diximus, eſt illa, in qua pluſquam una ſimplex ſumma includitur: hoc autem dupliciter contingere poteſt.

Primò cum in priori ſumma inuoluitur aliquid, propter quod animus non quieſcit, ſed expectatur omnino, ac exigitur ſumma altera, cum nempe præmittitur aliqua conditionis particula, præponatur uel cauſalis لمّا *cum*, uel ظرف ſeu nomē aliquod locale, uel temporale, uel nomen موصول *relatiuum complexum*; ueluti cum dicitur إن ضربني زيدٌ أضربه *ſi percuſſerit me Zaidus, percutiam eum*; uel لمّا مات زيدٌ بكى ابنه *cum mortuus eſſet Zaidus, fleuit filius eius*, uel متى يجلس زيدٌ أكرمه *quando ſedebit Zaidus bonorabo eum*, uel حيث يجلس زيدٌ اجلس انا *vbi ſedebit Zaidus*, uel ſederit, *ſedebo ego*, uel من يكرم زيدا يكرمني *qui bonorat*, uel honorauerit *Zaidum*, *bonorat me*; & ſic de reliquis huiuſmodi.

Secundo autem modo accidit oratio compoſita, quando loco ſimplicis alicuius mēbri eius collocatur, ac ſubſtituitur ſumma integra, veluti cum dicitur زيد مات ابوه *Zaidus mortuus eſt pater eius*, vel زيد ابنه حسن *Zaidus filius eius pulcher*. Vbi زيد *Zaidus* eſt ſubiectum, ſiuè primum orationis membrum, quod (vt ſequenti cap. dicemus) dicitur mobtadaum, Integra verò ſumma tum uerbalis مات ابوه *mortuus eſt pater eius*, tum nominalis ابنه حسن *filius eius pulcher* vices gerunt enunciati, ſiuè ſecundi membri, quod iuxtà ibidem dicenda

cenda appellatur Chabarum, atque ex ipſamet ſumma gerente uices enunciati, uel Chabari, & præcedenti ſubiecto, ſiue Mobtadao tertia quædam totalis integratur oratio, quamuis à prædictis non diſtinguatur niſi tamquam totum includens à parte incluſa. Atque idem dicendum cum ſumma integra loco aliorum orationis membrorum apponitur; quę mox in ſequenti capite explicabimus omnia.

## CAPVT TERTIVM.

### De Conſtitutione Orationis in Genere, ac Denominatione Partium componentium.

EXPLICATA iam orationis eſſentia eaquè diuiſa in pręcedentes ſpecies, mox perquirenda ſequitur congrua conſtitutio eius.

In primis ergo ſciendum, quod quamuis ad minimum duæ ſolummodo dictiones, quarum ſubſtet una, connectatur altera (hoc eſt المسند والمسند اليه) eo, quem explicuimus modo, orationem perficere ualeant; nihilominus tamen optimè ſtare poteſt, ut quamplures interdum dictiones ad unicam ſpectēt orationem ac ſummam. Et quamuis hæ eſſentialiter, ac in ſe præcisè inſpectæ ad tria ſolū reuocentur genera, nempe ad Nomen Verbū, & Hharf, ut explicuimus; accidētaliter tamē ad uaria munera in oratione conueniunt, diuerſa efformant orationis membra, uariasquè ſubeunt appellationes; ſine quibus rectè perceptis congrua orationis ſtructura obtineri minimè poteſt.

Huiuſmodi uerò membrorum, ſiuè partium aliqua neceſſaria ſunt, ità ut ſaltem bina illorum omninò debeant in oratione concurrere. alia uerò ſunt accidentalia, ſiuè acceſſoria, ſine quibus oratio optimè conſiſtere, ac perfici poteſt; apponuntur tamen ad peculiares enunciati, uel facti circumſtantias explicandas, unde dicuntur اَلْمُتَعَلِّقَاتُ *adiuncta*, ſiuè dependentia.

Mob-

| | | |
|---|---|---|
| Priora ſunt | Mobtadaum, ſiue Inchoatum. | المبتدأ |
| | Chabarum, ſiue Nunciatum. | الخبر |
| | Actio, ſiue uerbum. | الفعل |
| | Agens. | الفاعل |
| Poſteriora ſunt | Patiens. | المفعول |
| | Modus agendi. | الحال |
| | Explicatio, ſiue Specificatio. | التمييز |
| | Contractum. | المجرور |
| | Exceptum, ſiue exceptuatum. | المستثنى |
| | Sequentia. | التوابع |

### المبتدأ Mobtadaum.

IN idiomate idem ſonat huiuſmodi uox, quod inchoatum, ſiue inceptum, eſt enim nomen patientis proueniens a uerbo ابتدا *inchoauit*. Apud Grammaticos uerò eſt nomen illud, cuius caſus à nulla alia dictione regitur, ac regulariter in orationis initio collocatur. Eſt autē hoc vtplurimum مسند اليه *cui connexum eſt aliquid*, hoc eſt ſubiectum enunciationis, ut Zaidus, cum dicitur زيد قائم *Zaidus ſtans*, ſcilicet eſt ſtans. Aliquando uerò eſt مسند *connexum*, hoc eſt enunciationis præ-

prædicatum. Hoc autem accidit cum ſubiectum dualis, vel plu raiis numeri poſtponitur prædicato ſingulari præcedente par ticula aliqua negatiua, vel interrogatiua, vt مَاقَايِمٌ الرَّجُلَانِ *non ſtans*, (i. non ſtantes ſunt) *duo homines*, vel أَقَايِمٌ الرِّجَالُ *num ſtans*, (hoc eſt num ſtantes ſunt) *homines*? In his enim orationibus ſubiecta, nempe الرجلان *duo homines*, & الرجال *homines*, vt Arabes aiunt, reguntur, atque Raphantur à præcedentibus adiectiuis, مَاقَايِمٌ *non ſtans*, & أَقَايِمٌ *num ſtans*? Vnde hæc, non illa dicuntur Mobtadaum. E contra verò cum vtraque concordant in numero duali, vel plurali, vt مَاقَايِمَانِ الرَّجُلَانِ *non ſtantes duo homines*, vel أَقِيَامٌ الرِّجَالُ *num ſtantes homines*? ſubiectum tunc non regitur à præcedēti prædicato, ac proinde dicitur Mobtadaum. Quod ſi in ſingulari numero concordent, vt مَاقَايِمٌ زَيْدٌ *non ſtans Zaidus*, vel أَقَايِمٌ زَيْدٌ *num ſtans* Zaidus? dicere licet vtrumque, hoc eſt, quod ſubiectum, nempe Zaidus non regatur, ſitque proinde Mobtadaum; vel quod regatur à præcedenti enunciato, ac proinde hoc ſit Mobtadaum. Itaque adæquata ratio Mobtadai conſiſtit in hoc, quòd ſit nomen omnino independens quo ad caſum ab alia dictione, ſitque vel orationis, vel enunciationis ſubiectum, vel, ſi ſit prædicatum, regat ſubſequens ſubiectum, quod contingit ſtante illa diſcordia numeri, vel conformitate, quam diximus. Vnde deſcribitur Mobtadaum إِسْمٌ عَارٍ عَنِ الْعَوَامِلِ اللَّفْظِيَّةِ مُسْنَدًا إِلَيْهِ أَوْصِفَةً وَاقِعَةً بَعْدَ حَرْفِ النَّفْيِ أَوْأَلِفِ الْاِسْتِفْهَامِ رَافِعَةً لِظَاهِرٍ i. *nomen purum, ſiuè ſolu-*

*tum*

*tum ab agentibus prolatis connexo ipſi*(aliquo)*vel attributum, ſiue adiectiuum cadens poſt particulam negationis, vel elipb interrogationis eleuans*(ſiue operatiuum caſus Raph-o) *manifeſto*, ſiue nomini patenti. Ex qua deſcriptione non parua deprehendetur vtilitas,ſi explicetur,plurimumque afferet luminis ad ſequentia capeſſenda.

Dicitur ergo primò إسم *nomen*, nam verbum, vel Hharf minimè poſſunt eſſe mobtadaum. Intelligitur autem hic per nomen non ſolum id, quod actualiter, & expreſsè eſt nomen, quod dicitur صريح *clarum*, vt زيد *Zaidus*, cum dicitur زيد قائم *Zaidus ſtans*, ſed etiam id,quod licet non ſit nomen, tamen ęquiualet nomini, atque in nomen reſolui poteſt, vt cũ adhibetur verbum cum particula maſdrali ان, *quòd*, veluti ex. gratia ان تصوموا, *quòd ieiunetis*, cũ dicitur أَنْ تَصُومُوا خَيْرٌ لَكُمْ *quòd ieiunetis bonum*,(ſcilicet eſt) *vobis*,quod proinde dicitur إسْمٌ مُؤَوَّلٌ *nomen interpretatiuum*. Dicitur ſecundo عارعن العوامل اللفظيه *denudatum*(ſiuè ſolutum)*ab operantibus prolatis*; ſiquidem Mobtadaum, quamuis non regatur ab aliqua dictione prolata, nempè ab alio nomine, vel ab aliquo verbo, participio,ſiuè particula quacũque,quę dicuntur operantia prolata,vel vt ſic dicamus prolatilia, tamen regitur ab operante quodam non prolato, vt infrà dicemus, qualis eſt ipſamet carentia agentium prolatiliũ, quę apud Arabes vocatur عَامِلٌ مَعْنَوِيٌّ *operans ſignificatile*, hoc eſt non prolatum, ſed ex ipſomet orationis ſenſu deſumptum.

Dicitur tertio مسند اليه *connexũ ipſi*, hoc eſt exiſtens enunciationis ſubiectum,vt زيد, & ان تصوموا *quod ieiunetis*, in præcedentibus exemplis; hoc autem dicitur ad excludendum Chabarum, de quo infrà, illud enim numquam in oratione ſubijcitur, ſed perpetuò enunciatur. Verum quoniam, & Mobtadaum quandoquè etiam poteſt eſſe مسند *connexum*, ſiuè enunciatum, idcircò ad excludendum omninò Chabarum additur, ac.

Dicitur quarto أوصفة واقعة بعد حرف النفى أو ألف الاستفهام رافعة لظاهر, *vel attributum*, (hoc eſt nomen adiectiuum) *cadēs poſt particulā negationis, aut elipb interrrogationis* (exiſtēs) *rapb-ans* (hoc eſt operatiuum caſus رفع) *manifeſto*, (hoc eſt nomini, vel etiam pronomini patenti) Quibus verbis excluduntur, primo omnia illa enunciata; quæ non cadunt poſt prędictas particulas, quamuis interdum ſine hac conditione enunciatum ità præmitti poteſt, vt habeat rationem mobtadai, vt quidam volunt adducentes locum poetæ cuiuſdam dicentis خَيْرٌ نَحْنُ عِنْدَ النَّاسِ مِنْكُمْ *melius quoque* (i. meliores ſumus) *nos apud homines vobis*, vbi خير *melius*, eſt mobtadaum. Vltimò tandem per verba reliqua رافعة لظاهر excluduntur vniuerſaliter omnia enunciata, etiam ſi cadant poſt prædictas particulas, his enim tantum exceptis, quæ mobtadaa dicuntur, reliqua omnia collocant in caſu Rap o pronomen occultum referens manifeſtum illud, de quo enunciātur; prout fuſiſſimè, atque clariſſimè hæc explicabimus omnia, vbi de ipſorum conſtructione, ſiuè operatione loquemur.

Sed notandum quòd per manifeſtum hic etiam intelligitur Pronomen ſeiunctum, nam quoad hoc ſe habet, vt manifeſtū, vnde dicitur جار جرى الظاهر *currens curſu manifeſti*, proindè ſi adiectiuum huiuſmodi eleuet poſt ſe hoc pronomen, vt أقائم أنتم *num ſtans*, (i. ſtantes) *vos*, adhuc adiectiuum قائم *ſtans*, dicetur Mobtadaum.

## الخَبَرُ Chabarum.

IN Idiomate idem ſonat, ac nuncium, ſiuè nunciatum; apud Grammaticos verò eſt illud nomen, quod pariter à nulla dictione regitur, eſtquè ſemper مسند *connexum*, ſiuè enunciatum, vel prædicatum propoſitionis, ſiuè ſubſtantiuum fuerit, modo non regat المسند إليه *id cui connectitur*, vt dictum eſt in præcedenti Mobtadao adiectiuo, veluti قائم *ſtans*, cum dicitur زيد قائم *Zaidus ſtans*, vel ما قائمان *non ſtantes*, vel

*num*

أقيام *num ſtans*, cum dicitur ماقايمان الرجلان *non ſtantes duo homines*, & أقيام الرجال *num ſtantes duo homines?* Vnde deſcribtur ſic. poſt definitionem Mobtadai الخبر هو المجرد المسند المغاير للصفة المذكورة *Chabarum eſt purum* (hoc eſt denudatum ab operantibus, vt dictum eſt de Mobtadao) *connexum diuerſum ab attributo*, (ſiuè adiectiuo) *commemorato*.

Per primam enim particulam المجرد *Purum*, propriè intelligitur nomen purum, per quod excluditur verbum, quod non eſt Chabarum, niſi quatenus ingreditur ſummam cadentem loco Chabari, vt infrà dicetur.

Per ſecundam Particulam المسند *connexum*, excluditur Mobtadaum, quod regulariter eſt مسند اليه *cui connexio fit*, Verum quoniam & hoc interdum eſt etiam مسند *connexum*, ſuperadditur vltimo المغاير للصفة المذكورة *diuerſum, ſiue aliud ab adiectiuo commemorato*, quo penitus excluditur mobtadaum.

Sed notandum, quòd iuxta aliquorum ſententiam, Chabarū regitur a Mobtadao, ſed tunc ſaltem dici poterit purum ab alijs operantibus, tamen communior opinio fert vtrumque eſſe æquè purum, atque locari in Raph-o ab operante ſignificato, nempe ab ipſamet carentia operantium prolatorum.

## الفعل Actio ſiuè Verbum.

IN rigore, ac ſtrictè loquendo, Actio, ſiue Verbum, quod peculiare orationis membrum conſtituit, nihil eſt aliud quā dictio illa, quam præcedenti libro ſecundam orationis partem diximus. Verumtamen adiectiua nomina, quæ à verbo formātur, & ipſa quoque præſtant, ac operantur ad inſtar verbi. Vnde licet propriè non dicantur verba, vocantur tamen شبهات الأفعال i. *ſimilitudines verborum*, & quæ ex ipſis cum

agente cõſtituitur ſumma, quaſi verbalis dicitur, vt حسن غلامه *pulcher ſeruus eius,* cum dicitur زيد حسن غلامه *Zaidus pulcher ſeruus eius.*

## الفاعل Agens.

AGens ſic deſcribitur الاسم المسند اليه ما تقدمه من الفعل او شبهه من جهة قيامه به *Nomen cui connectitur quod præceſſit ipſum de verbo, vel ſimilitudine eius ex parte exiſtentiæ eius in illo.* Hoc eſt: Agens eſt nomen cui connectitur, ſiue de quo enunciatur præcedens verbum, vel quid ſimile verbo, quatenus in eo eſt, ſeu quatenus ab eo proficiſcitur.

Dicitur primò اسم *nomen*, ad differentiam Verbi, & Hharf, quæ numquam ſunt agentia, ſed hic pariter per Nomen intelligendum eſt non ſolùm الصريح *clarum*, vt زيد *Zaidus*, cum dicitur ضرب زيد *percuſſit Zaidus*, ſed etiam المؤول *interpretatum*, vt ان خرج زيد *quòd egreſſus eſt Zaidus*, cum dicitur اعجبني ان خرج زيد *delectauit me, quod egreſſus eſt Zaidus*; quod interpretatur اعجبني خروج زيد *delectauit me exitus Zaidi.*

Dicitur ſecundò المسند اليه ما تقدمه من الفعل *cui connectitur, quod ipſum præcedit de verbo*, ſiue præcedens verbum, nam ſi ipſi non connectatur verbum, non dicetur agens, & ſi verbum non præcedat, ſed ſubſequatur, dicetur potius Mobtadaum, vnde cum dicitur زيد ضرب *Zaidus percuſſit*, Zaidus non dicitur agens, ſed Mobtadaum; ſiquidem locatur in Raph-o ab operante non prolato, nempe ab ipſamet carentia præcedentis operantis, quæ dicitur operans quoad ſignificationẽ, vt

vt ſuo loco diximus. Agens ergo dicetur, quod verbo ſubſequitur, atque ab eo regitur, vt زيد *Zaidus*, cum dicitur ضرب زيد *percuſsit Zaidus*. Quòd ſi Zaidus præponatur, atque dicatur زيد ضرب *Zaidus percuſsit*, tunc Zaidus erit Mobtadaum, vt dictum eſt, agens verò erit pronomen eius, مستتر *opertum*, ſiue occultũ, nempe هو *ipſe*, latens in eodẽ verbo ضرب vt præced.lib.c.20. de Verbo agentes diximus, quemadmodum quando dicitur ضَرَبْتُ *percuſsi*, Agens eſt pronomen referens primam perſonam, nempe تُ quod, vt ibidem diximus, dicitur ضمير بارز *pronomen egrediens*, & ſi dicatur انا ضربت *ego percuſsi*, انا *ego*, dicetur Mobtadaum, nõ verò agens. Vnde Agens duplex eſt. Quodam dicitur ظاهر *manifeſtum*, ſiue patens, cum ſcilicet eſt nomen ſiue ſubſtantiuũ, ſiue adiectiuum, ſiue proprium, ſiue appellatiuum, ſiue deriuatiuum, ſiue primitiuum, ſiue annexum, ſiue non annexum, ſiue ſingulare, ſiue duale, vel plurale, ſiue maſculinum, ſiue fęmininum. Quodam verò dicitur مُضْمَر *relatiuum*, ſeu pronominale, quod duplex eſt مُتَّصِل *coniunctum*, & مُنْفَصِل *ſeiunctum*, coniunctum adhuc eſt duplex بارز *egrediens*, & مُسْتَكِن ſiue مستتر i. *coopertum*, ſiue occultum, veluti ضربتُ *percuſsi*, & ضرب *percuſsit*.

Seiunctum verò pronomen quoad hoc ſe habet, vt nomen manifeſtum, ſiquidem poſtpoſitum verbo dicitur Agens, veluti ضربت انا *percuſsi ego*. Præmiſſum verò dicitur Mobtadaum, veluti انا ضربت *ego percuſsi*. Vnde dicitur جار مجرى ظاهر *currens curſu manifeſti*.

Dicitur tertio اوشبهه, *vel ſimilitudine eius*. Nam Agens dicitur non ſolum id, cui explicata ratione connectitur præcedens verbum, ſed etiam id cui modo non ſit Mobtadaum hac eadem ratione connectitur adiectiuum aliquod, quod proinde

dicitur

dicitur Verbi ſimilitudo; nam ſignificat etiam actionem verbi, quamuis cū aliquo alio addito; vt in præcedentibus orationibus, in quibus المسند *connexum* dictum eſt eſſe Mobtadaum, nomen cui cōnexio fit, ſiuè المسند اليه dicitur Agens, vt الرجلان *duo homines*, الرجال *homines*, & انتم *vos*, cum dicitur مَا قَائِمٌ الرَّجُلَانِ *non ſtans*, ſiue non ſtantes, *duo homines*, & أَقَائِمٌ الرِّجَالُ *num ſtantes homines*? & أَقَائِمٌ أَنْتُمْ *num ſtantes vos*? ſimiliter cum dicitur زَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ *Zaidus percutiens ſeruus eius*, غلامه *ſeruus eius* dicitur Agens, nam ipſi conuenit præcedens adiectiuum, à quo regitur, de qua oratione infra loquemur c. 5. Immo non ſolùm quando per modum enunciationis præcedit adiectiuum tamquam enunciatum, ſed etiam quotieſcumque præcedit per modum meri adiectiui, vt cum dicitur جَاءَنِي الرَّجُلُ الْحَسَنُ غُلَامُهُ *venit ad me homo pulcher ſeruus eius*, vbi, ſeruus eius, adhuc dicitur Agens reſpectu præcedentis adiectiui, de qua pariter oratione, & adiectione, ſuo loco dicto c. 5. fuſius loquemur.

Dicitur quarto من جهة قيامه به *ex parte exiſtentiæ eius in eo*, hoc eſt, quatenus verbum, vel eius ſimilitudo ab ipſo manant, quod dicitur ad differentiam Patientis, de quo enunciatur paſſio, ſiue verbum paſſiuum, quod dicitur أَلْمَفْعُولُ الذى لَمْ يُسَمَّ فَاعِلُهُ i. *Patiens, cuius non nominatum fuit agens* (nam apud Arabes nec in obliquo ponitur agens, cum verbum paſſiuè conſtruitur, ac de patiente enunciatur, vt alias diximus) veluti cum dicitur ضُرِبَ زَيْدٌ *percuſſus fuit Zaidus*. Hoc tamen patiens dicitur ſtare loco Agentis, ac gerere vices eius. Vnde

Vnde & ipſi pariter applicanda ſunt, quæ de verò agente hactenus dicta ſunt, quòd nempe dum verbo, vel eius ſimilitudini ſubſequitur, dicitur قَائِمُ مَقَامَ الفَاعِلِ *ſtans loco agentis*, eſtque duplex ظَاهِرٌ *manifeſtum*, vt ضُرِبَ زَيْدٌ *percuſſus fuit Zaidus*, & مُضْمَرٌ *relatiuum*, ſeu pronominale, vel ſeiunctum, & dicitur جَارٍ مَجْرَى الظَّاهِرِ *currens curſu manifeſti*, veluti ضُرِبْتُ أَنَا *percuſſus fui ego*, vel coniunctũ, eſtq. pariter duplex, nempe egrediens, vt ضُرِبْتُ *percuſſus fui*, vel coopertum, ac latens, vt ضُرِبَ *percuſſus eſt*. Dum verò hoc idem patiens præcedit, tunc eodem pacto, quo agens, dicitur Mobtadaum, vt زَيْدٌ ضُرِبَ *Zaidus percuſſus fuit*, vel أَنَا ضُرِبْتُ *ego percuſſus fui*.

## المَفْعُولُ Patiens ſiuè Actum.

SVb hoc membro, & communi nomine Acti, quinque comprehenduntur.

Primo dicitur المَفْعُولُ المُطْلَقُ *actum abſolutum*, quod deſcribitur إِسْمُ مَا فَعَلَهُ فَاعِلُ فِعْلٍ مَذْكُورٍ بِمَعْنَاهُ *nomen eius quod fecit Agens verbi commemorati*, ſeu præcedentis, *in ſignificationem eius*, ſiue ſignificantis idem. Quod quidem non eſt aliud quam Maſdarum, ſeu verbale nomen denotans eamdem actionem verbi præcedentis, quam agens primò, ac immediatè elicit, quæque velut Agentis effectus apponitur poſt Verbum ad præſtandum id quod Latini Gerundijs quandoque, interdum etiam verbali nomine in ſeptimo caſu poſito præſtant, cu-

cuiuſmodi tria ſunt. Primũ eſt mera confirmatio præcedentis actionis, quam verbum notauit, vt cum dicitur ضَرَبْتُ ضَرْبًا *percuſsi percutiendo*, ſeu percuſsione, quo caſu maſdarum dicitur appoſitum للتاكيد *ob confirmationem*. Secundum eſt enumeratio actionis, cum aſſumitur maſdarum ſupra cap. 20. peculiariter ad hoc formatũ, vt ضَرَبْتُ ضَرْبَةً *percuſsi percutiendo ſemel*, ſiue percuſsione vna, ضربت ضربتين *percuſsi percuſsionibus duabus*, & ſic deinceps, vnde ſic maſdarum dicitur appoſitum للتعداد *ob enumerationem*. Tertium eſt ſpecificatio, cum dicitur ضَرَبْتُ ضِرْبَةً *percuſsi ſpecie quadam percuſsionis*, vel expreſsius ضَرَبْتُ ضَرْبًا خَفِيًّا *percuſsi percuſsione occulta*, quo pacto apponi dicitur لِلنَّوْعِ *ob ſpeciem*, hoc eſt ob ſpecificationem actionis.

Secundum quod ſub communi nomine Acti continetur eſt أَلْمَفْعُولُ بِهِ *id in quo actum eſt*, (ſumpto, in, ſubiectiue, non localiter.) Hoc autem eſt مَا وَقَعَ عَلَيْهِ فِعْلُ ٱلْفَاعِلِ *id ſuper quod cecidit actio Agentis*, quod propriè apud Latinos dicitur Patiens, ſiue paſſum, vt زيدا *Zaidum*, cum dicitur ضَرَبْتُ زَيْدًا *percuſsi Zaidum*. Quod & apud Arabes quandoque ſimpliciter etiam, ac ſine addito dicitur أَلْمَفْعُولُ *Patiens*, ſiue actum, ad diſtinctionem autem maiorem ab his, quæ mox ſequentur, adijcitur particula بِهِ *in eo*, nam licet Actum quandoque per actionem ſit de nouo productum, vt proinde ſimpliciter مَفْعُولٌ *factum* dici poſſit, vt cum dicitur خَلَقَ ٱللهُ ٱلسَّمٰوَاتِ *crea-*

*creauit Deus cælos*, ſæpè tamen Patiens non eſt de nouo factum per eandem actionem, ſed tantum patitur, ac recipit in ſe formam,& actionem Agentis. interdum quidem realiter,& intrinſecè,vt cum dicitur ضربت زيدا *percuſsi Zaidum*, quandoquè verò extrinſecè, ſiuè per extrinſecam denominationem, vt cum dicitur رايت زيدا *vidi Zaidum*, vel فهمت الجواب *intellexi reſponſum*,.

Tertium dicitur ٱلْمَفْعُولُ فِيهِ. *Id in quo actum eſt* (ſumpto in localiter, vel temporaliter) hoc eſt vbi,& quando actum eſt, vnde deſcribitur مَا فُعِلَ فِيهِ فِعْلٌ مَذْكُورٌ مِنْ زَمَانٍ أَوْ مَكَانٍ *id,in quo facta,ſiuè elicita eſt Actio memorata, de tempore, vel loco*, ideſt id temporis,& loci, in quo actum eſt,vt ٱلْيَوْمَ *hodie*, cū dicitur ضَرَبْتُ ٱلْيَوْمَ *percuſsi hodie*, vel ضَرَبْتُ ٱلْيَوْمَ ٱلثَّالِثَ *percuſsi die tertio*. Item ضربت امامك *percuſsi in conſpectu tuo*, ſiue coram te.

Quartum dicitur ٱلْمَفْعُولُ لَهُ *id propter quod actum eſt*, quod deſcribitur مَا فُعِلَ لِأَجْلِهِ فِعْلٌ مَذْكُورٌ *id quod facta eſt gratia ipſius actio memorata*; hoc eſt finis,cuius gratia actum eſt, quod Latini per gerundium in dum,vel per,vt,ſubiunctiuam, vel verbale nomen, præmiſſa præpoſitione, propter, vel ſimili explicant: Arabes autem ad hoc adhibent pariter quandoque Maſdarum, adiecta etiam præpoſitione ل ei, cui finis ille intenditur, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا تَأْدِيبًا لَهُ *percuſsi Zaidum, ad erudiendum eum*, vel,vt erudirem eum, vel ob eruditionem illius. Quandoque etiam eadem præpoſitio apponitur ipſimet Maſdaro annexo, vel non annexo, veluti ضربت زيدا لتاديبه *percuſsi Zaidum ob correptionem eius*, vel ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *per-*

 *cuſ-*

*cuſsi eum ob correptionem*. Interdum etiam adhibetur verbum præcedente كى vel ل eius vicaria, vt أَضْرِبُ زَيْدًا لِأَعَلِّمَهُ *percutio Zaidum, vt doceam.*

Quintum dicitur اَلْمَفْعُولُ مَعَهُ *Actum cum ipſo*, quod non eſt aliud quam id, quod iungitur cum agente, cooperans ipſi in actione, quod, quia ſemper habet ante ſe copulatiuam و *&*, idcirco deſcribitur اَلْمَذْكُورُ بَعْدَ ٱلْوَاوِ لِمُصَاحَبَةِ مَعْمُولِ فِعْلٍ *commemoratum poſt* و *ob participationem effectus verbi*, vt مَا صَنَعْتَ وَأَبَاكَ *quid feciſti, & pater tuus,* وأباك *& pater tuus,* hoc eſt cum patre tuo.

## اَلْحَالُ Diſpoſitio, ſiuè Modus Agendi.

Membrum hoc nihil eſt aliud, quam dictio illa, quæ in oratione apponitur ad explicandum ſtatum, ſiue quomodo res ſe habet tunc quando agit, vel patitur, vel alio modo ad actionem contrahitur. Vnde deſcribitur إِسْمٌ فَضْلَةٌ مُفَسِّرٌ لِمَا ٱنْبَهَمَ مِنَ ٱلْهَيْآتِ *nomen abundans*, (ſiue ſuperfluum, ſine quo nempe compleri poteſt oratio) *declarans ob id, quod indeterminatum*, (ſiue obſcurum, aut ambiguum) *factum*, ſiue reliquum eſt *de modis*, hoc eſt de ijs quæ pertinent ad quæſtionem, quomodo ſe habet res, dum agit, vel patitur, vel quid ſimile de illa enunciatur. Quod quidem Latini per Gerundium in do, vel per participium, vel per (cum) ſubiunctiuam explicare ſolent. Arabes verò ad hoc regulariter adhibent participium, vel adiectiuum ſimile, quibuſdam tamen legibus diſpoſitum; de quibus infrà. Eſt autem huiuſmodi حال ſiue modus multiplex. Interdum enim eſt modus Agentis, vt جاءني زيد راكبا *venit ad me Zaidus equitans*, ſiue equitando:

do: Vel Patientis, vt رَكِبْتُ ٱلْفَرَسَ مُسْرَجًا *conſcendi*, ſiue agitaui *equum ſellatum*, hoc eſt cum haberet ſellam. Quandoquè verò modus hic ambiguus eſt, atque ad Agens, & ad Patiens poteſt referri, ſed ex ſenſu dignoſcendus eſt, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا قَاعِدًا, quod iuxta ſenſus exigentiam explicari poteſt, *percuſſi Zaidum ſedens*, vel ſedentem. Interdum verò etiam ad vtrumque ſimul ſpectat, cum eſt duale, veluti ضَرَبَ زَيْدٌ عَمْرًا قَاعِدَيْنِ *percuſsit Zaidus Amrum ſedente vtroque*. Præterea pertinere poteſt interdum ad id, quod particulis, vel annexione cõtrahitur, de quo infrà, vt مَرَرْتُ بِزَيْدٍ قَاعِدًا *tranſiui per Zaidum ſedentem*, vel ضَرَبْتُ رِجْلَ زَيْدٍ نَائِمًا *percuſſi pedem Zaidi dormientis*, hoc eſt cum dormiret.

## اَلتَّمْيِيزُ Determinatio, ſiue explicatio.

Membrum huiuſmodi hoc ſolum differt à præcedẽti, quòd illud determinat, ac declarat aliquem peculiarem modum, vt diximus, hoc verò explicat, ac ſpecificat, aliquam peculiarem rem. Ac proinde, quemadmodum illud definitum fuit الاسم المفسر لما انبهم من الهيات *nomen declarans id, quod ſe reddidit vagum*, ſiue indefinitum *de modis*; ità & hoc deſcribitur ٱلْإِسْمُ ٱلْمُفَسِّرُ لِمَا إِنْبَهَمَ مِنَ ٱلذَّوَاتِ *nomen declarans propter id, quod indeterminatum ſe reddidit de eſſentÿs*, hoc eſt de rebus. eſt autem hoc duplex; quandoq. enim determinat ambiguitatem præcedentis ſummæ, quod Latini explicant per nomen affectum particula (quoad) vel in ſeptimo caſu diſpoſitum, veluti cum dicitur طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا *bonus fuit*, ſiue bene

ſe habuit *Zaidus quoad animã*, vel anima, vel زَيْدٌ طَيِّبٌ نَفْسًا

*Zaidus bonus anima*, ſiue quoad animam:vbi particula,ſiue no

men نَفْسًا *quoad animam* explicat, ac determinat, non quidem extrema præcedentis ſummæ,ſeù verbum, & Agens, ſiue Mobtadaum & Chabarum,hæc enim determinata ſunt,ſed tantum explicat, ac determinat ſummam ipſam, hoc eſt connexionem, & habitudinem extremorum; poterat enim bonitas conuenire Zaido, vel ratione corporis, vel animæ, vel alterius partis. Quandoquè verò huiuſmodi determinans declarat,ac

ſpecificat non ſummam, ſed, (vt aiunt) الْمُفْرَد *ſimplex*,ſiue ſingularem partem, vel nomen, cuiuſmodi vt plurimum ſunt vaſa, pondera, menſuræ,numeri, & ſimilia, quæ vaga, indeterminataq. ſunt, ac indifferentia vt de rebus varijs intelligantur, quæ omnia vt plurimum Latini explicant, per nomina in genitiuo caſu diſpoſita. vt cum dicitur exempli gratia

عِنْدِي رَاقُودٌ خَلًّا *Apud me cadus Aceti*, vel رَطْلٌ خُبْزًا *libra pa-*

*nis*, vel مَنَوَانِ سَمْنًا *dua libra butiri*, vel عِشْرُونَ دِرْهَمًا *vigin-*

*ti denariorum*.

## الْمَجْرُور Contractum.

ID quod contrahitur duplex eſt. quoddam.n.contrahitur per particulas contractionis, quas præcedenti lib. c. 23. expli-

cuim',veluti مِنَ الْمَسْجِدِ *de tẽplo*,cũ dicitur خَرَجْتُ مِنَ الْمَسْجِدِ

*exiui de templo*, vel رُحْتُ إِلَى الْمَسْجِدِ *abij in templum*, & ſic de

reliquis. Quoddam verò contrahitur annexione, veluti

زيد

زَيْد *Zaidi*, cum dicitur ضَرَبْتُ غُلَامَ زَيْد *percuſſi ſeruum Zaidi*, ſed ſæpe compoſitum totum ex nomine contracto, & particula contrahente dicitur مفعول به غير الصريح *patiens non clarum*, cum .ſ. ponitur poſt verbum, quod in nomen media particula tranſit, vt ضَرَبْتُ زَيْدًا بِالسَّيْف *percuſſi Zaidum cum gladio*, vbi Zaidus dicitur patiens clarum, & بالسيف *cum gladio*, dicitur patiens non clarum, quia ſaltem media particula verbum veluti defertur ad gladium. Sic etiã cum per verbum intranſitiuum dicitur خَرَجْتُ مِنَ الدَّار *exiui de domo*, vbi pariter من الدار *de domo*, dicitur patiens non clarum.

## المستثنى Exceptum.

HOc non eſt aliud, quam id quod excipitur à præcedenti iudicio per particulas exceptionis, de quibus eodem c. 23. diximus, veluti الا زيدا *præter Zaidum*, cum dicitur جَاءَنِي القَوْمُ الاَّ زَيْدًا *venit ad me populus præter Zaidum*.

## التوابع Sequentia.

QVænam apud Arabes dicantur ſequentia, ex eorum diuiſione mox fiet perſpicuum. Quatuor ergo ſub his continentur.

Primum dicitur تَأْكِيد *confirmatio*, ſeu مُؤَكِّد *confirmãs* eſtque duplex لفظي *prolatum*, ſiue prolatile, & معنوى *ſignificatile*.

Prolatile dicitur, cum repetitur eadem dictio, ſiue ſit nomẽ, ſiue

ſiue Verbum , ſiue Hharf , ſiue integra ſumma , veluti ضرب ضرب زيد جاءني زيد زيد *venit ad me Zaidus Zaidus*,& *percuſsit percuſsit Zaidus*, & ان ان زيدا قايم *certè, certè Zaidus ſtans*, & قام زيد قام زيد *ſtetit Zaidus , ſtetit Zaidus*, vbi Nomen,Harf,& Summa ſecundo loco appoſita , confirmationes,ſiue confirmantia dicuntur, quæ regulariter adhibentur in vocali tantùm ſermone, vt quod profertur penitus audiatur.

Significatile verò eſt,cum adijciuntur hæ voces نفس *anima*, عين *ſubſtantia*, ſiue entitas, كل *totum*, كلا *ambo*,vel vterque, كلتا *amba*,vtraque, اجمع *omnis*, اكتع ابتع ابصع *idem*, veluti cum dicitur جاءني زيد نفسه *venit ad me Zaidus anima eius*, vel عينه *ſubſtantia eius*, hoc eſt ipſemet, & جاءني القوم كله *venit ad me populus totum ipſius*, & جاءني رجلان كلاهما *venerunt ad me duo homines vterquè illorum*, & رايت مرءتين كلتيهما *vidi duas mulieres vtramque illarum*, & اشتريت العبد اجمع *emi ſeruum totum* , vbi prædicta confirmantia dicuntur;quibus certum fit, exemp. gr. Zaidum verè, ac propriè ueniſſe,non uerò alium de mandato eius,prout forſitan intelligi poterat,atque ſic proportionaliter cæteris uocibus ſimiles ſenſus ambiguitates auferuntur.

Secundum ex huiuſmodi ſequentibus dicitur نعت uel صفة *attributum*, uel epitetum,ſeu nomen adiectiuum;quod dupliciter adhibetur. Interdum enim eſt quid reuera conueniens ſubſtantiuo præcedenti,ut حسن *pulcher* , cum dicitur جاءني رجل حسن *venit ad me homo pulcher*, uel رايت رجلا حسنا *vidi ho-*

*hominem pulchrum*, ubi adiectiuum حسن *pulcher*, & حسنا *pulchrum*, eſt attributum reuera conueniens præcedenti ſubſtantiuo, nempe رجل *Homo*, uel رجلا *hominem*, ac proinde aiunt huiuſmodi adiectiuum ad inſtar uerbi eleuare, ſiue ponere in caſu Raph-o pronomen occultum, referens præcedens ſubſtantiuum, quaſi diceretur جاءني رجل حسن هو *venit ad me homo pulcher ipſe*, uel رايت رجلا حسنا هو *vidi hominem pulchrum ipſe*. Quandoque uerò (quod peculiare eſt apud Arabes) adiectiuum non eſt reuera aliquid præcedentis ſubſtantiui, nec propriè conuenit illi, quamuis cum illo in aliquibus concordet, de quo infra; ſed propriè, ac reipſa conuenit alteri ſubſequenti habenti reſpectum, uel connexionem aliquam cum ſubſtantiuo præcedenti, ueluti cũ dicitur جَاءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ أَخُوهُ *venit ad me homo pulcher frater eius*, ubi homo dicitur موصوف *ſubſtans*, & frater eius dicitur مُسَبَّبُهُ *cauſatum eius*, ſiue dependens ab eo. Vel (quod faciliùs eſt) homo dicitur موصوف لفظي *ſubſtans quoad prolationem*, & frater eius dicitur موصوف معنوي *ſubſtans quoad ſignificatum*, ſiue quoad rem: nam reuera pulchritudo eſt fratris, non aũt hominis. Qm̃ uerò tam primum, quàm ſecundum adiectiui genus regit ſubſequens pronomen occultum, uel nomen clarum, ad eum modũ quo hæc regerẽtur uerbo, ſi diceretur جَاءَنِي رَجُلٌ يَحْسُنُ هُوَ *venit ad me homo pulcher eſt ipſe*, uel جَاءَنِي رَجُلٌ يَحْسُنُ أَخُوهُ *venit ad me homo cuius pulcher eſt frater*. Idcirco adiectiuum quodlibet dicitur شِبْهُ الفِعْلِ *ſimilitudo verbi*, & quod ſubſequens regitur, ſiue occultum, ſiue patens dicitur فاعله *agens eius.*

Tertium ex ſequentibus dicitur بَدَلٌ *commutatio*, ſiue cambium

bium, quod quadruplex eſt. Primũ dr̃ بَدَلُ ٱلْكُلِّ مِنَ ٱلْكُلِّ *commutatio totius de toto*, ueluti cum dicitur جاءني زيد اخوك *uenit ad me Zaidus frater tuus*, ubi frater tuus dicitur commutatum de Zaido, & quia dicit totum Zaidum, appellatur totius de toto. Secundum dicitur بَدَلُ ٱلْبَعْضِ مِنَ ٱلْكُلِّ *commutatio alicuius*, ſiue partis *de toto*, ueluti cum dicitur ضَرَبْتُ زَيْدًا رَاسَهُ *percuſsi Zaidum caput eius*, ubi caput dicitur cõmutatum de toto Zaido. Tertium dicitur بَدَلُ ٱلاشْتِمَالِ *commutatio comprehenſionis*, ſiue potius comprehendentis de comprehenſo, ut cum dicitur سُلِبَ زَيْدٌ ثَوْبُهُ *depredatus eſt Zaidus, ueſtis eius*. Quartum, & ultimum dicitur بَدَلُ ٱلْغَلَطِ *commutatio erroris*, quæ ſolum in uocali ſermone contingere poteſt, ut cum quis uolens dicere equum, ex errore dixit hominem, deindè correptus ſimul profert equum, ueluti مَرَرْتُ بِرَجُلٍ فَرَسٍ *tranſiui per hominem equum*.

Quartum tandem dicitur عَطْف *Coniunctio*, ſiue coniunctũ, quod adhuc eſt duplex. Primum dicitur عَطْفُ ٱلْبَيَانِ *coniunctio declarationis*, cum ſcilicet poſt unum nomen apponitur aliud notius ad maiorem explicationem, ueluti cum dicitur جاءني اخوك زيد *uenit ad me frater tuus Zaidus*. Secundum dicitur العطف بالحروف *coniunctio cum particulis*, ueluti جاءني زيد وعمرو *uenit ad me Zaidus, & Amrus*, ubi Amrus dicitur magis propriè معطوف *coniunctum*, Zaidus uerò dicitur معطوف عليه *coniunctum ſuper eum*, ſiue id cui coniunctio facta eſt. Idemq dicendum de cæteris coniunctionis particulis, tum diſiunctiuis, tum aduerſatiuis, &c. Hæc igitur ſunt

po-

potiſſima orationis membra, ad quæ reuocantur dictiones omnes, quæ in oratione conueniunt.

Sed in ijs notandũ ulterius, quod ſæpè ſupplentur per ſummas integras, hoc eſt ponitur integra ſumma loco alicuius ſimplicis membri, & quidem in Mobtadao iam præceſſit exemplum, ueluti ان تصوموا خير لكم *quod ieiunetis bonum eſt vobis*. Similiter per ſummam ſuppleri poteſt agens, ueluti اعجبني ان خرج زيد *placuit mihi, quòd egreſſus eſt Zaidus*. Ac etiam Patiens, ueluti اريد ان تخرج *volo quod egrediaris*.

Regulariter tamen ſumma locari ſolet, vice Chabari, & vice ſequentis adiectiui, & interdum etiam vice modificantis, ſiue modi agendi. In quibus locis neceſſariò continere debet pronomen aliquod referens ac rediens ad Mobtadaum, ſubſtantiuum, vel modificatum. veluti زيد ابوه قايم *Zaidus Pater eius ſtans*, vel زيد قام ابوه *Zaidus ſtetit pater eius*, vbi Zaidus eſt Mobtadaum, ſummæ verò integræ ſtant loco Chabari. Item جاءني رجل ابوه قايم *venit ad me homo pater eius ſtans*, vel جاءني رجل قام ابوه *venit ad me homo ſtat pater eius*, vbi ſumma nominalis, ابوه قايم *pater eius ſtans*, & verbalis قام ابوه *ſtetit pater eius*, ſtare dicuntur loco adiectiui, ſiue ad inſtar adiectiui afficiũt præcedens ſubſtantiuum, quod, vt ſic affici poſſit, neceſſario debet eſſe indeterminatum, ſiue ignotum.

Præterea dici quandoq. ſolet مررت بزيد قايما ابوه *inceſſi per Zaidum ſtante patre eius*, vel مررت بزيد وابوه قايم *inceſſi per Zaidum, & pater eius ſtans*, hoc eſt cum pater eius ſtaret, vbi ſumma verbalis قايما ابوه, & nominalis ابوه قايم ſupplent locum حال ſiue diſpoſitionis Zaidi.

Atque hæc in genere dicta ſufficiant de conſtitutione, ſiue compoſitione orationis, eiusq. partium, ac membrorum denominatione: modo peculiares orationis, eiusq. partium leges, & canones, explicare oportet, quæ potiſſimum in tribus conſiſtunt; nempe in diſpoſitione, ſiue ordine; In concordatione, ſiue conformitate; & in conſtructione mutua, ſiue regimine.

## CAPVT QVARTVM.

### De Diſpoſitione, ſiue Ordine Partium Componentium.

QVOD hic per ordinem, ſiue diſpoſitionem intendimus non aliud eſt, quam ſitus, habitudo, ſiue relatio quædam, qua vna ex partibus hactenus traditis poſt, vel antè aliam collocatur. Hac verò de re quæ potiora ex codicibus Arabum præcepta collegimus, per ſingulas earundem partium diſcurrentes, peculiaribus afferemus exemplis.

In primis ergo المبتدا *Mobtadaum*, vt ipſa nominis ſignificatio innuit, natura ſua præcedere poſtulat ſuum Chabarum, Circà quod notandi ſunt hi Canones.

Primo ſi Chabarum fuerit ſimplex, veluti الإنسان حيوان *homo animal*, vel fuerit ظرف *continens*, ſiue locale nomẽ, veluti زيد فى الدار *Zaidus in domo*, tunc poſtponi quidem poteſt Mobtadaũ, ueluti حيوان الانسان *animal homo*, vel فى الدار زيد *in Domo Zaidus*; Sed تقديرا *virtualiter*, ſiue poteſtate præcedere dicitur, hoc eſt ſenſum generat perindè, ac ſi expreſsè poſtpoſito Chabaro dictum fuiſſet الانسان حيوان *homo animal*, vel زيد فى الدار *Zaidus in Domo*. Vnde ſi reperiatur in Chabaro pronomen aliquod coniunctum referens Mobtadaum, ueluti زيد فى دارہ *Zaidus in domo ſua*, adhuc Mobtadaum poſtponi poterit, quamuis de ratione huiuſmodi pronominum

minum ſit, ut præmittatur, ueluti في داره زيد *in domo ſua Zaidus*, quia videlicet *Zaidus* Mobtadaum quamuis actu, ſiue prolatione ſuccedat; virtute tamen, ſiue ſenſu præcedit.

E contra verò quia Chabarum, etſi quandoque præcedat, virtualiter tamen intelligitur ſubſequi; idcircò ſi pronomen huiuſmodi reperiatur in Mobtadao poſtpoſito, veluti في الدار صاحبها *in domo Dominus eius* hoc ipſum dici non poteſt Mobtadao præpoſito, ueluti صاحبها في الدار *Dominus eius in domo*, quia ſcilicet hoc pacto nomen دار *domus*, ad quam pronomen eius refertur nec actu ſeu prolatione, nec virtute præcedit, vnde hoc vel dicendum erit præcedente Chabaro, vt dictum eſt, uel annexo Mobtadao ipſimet nomini domus, veluti صاحب الدار فيها *Dominus domus in ea*.

Secundo ſi Chabarũ fuerit sũma nominalis, vt زيد ابنه حسن *Zaidus filius eius pulcher*, uel verbalis cuius agens non ſit Mobtadai pronomen occultum, ſiue ſimplex ſit ſumma, vt زيد مات ابوه *Zaidus mortuus eſt pater eius*, ſiue compoſita, vt زيد ان جاءني ابوه اكرمه *Zaidus ſi venerit ad me pater eius bonorabo eum*, tunc Mobtadaum nullatenus poſtponi poterit, ſed neceſſariò ante totum Chabarum erit locandum, ut iam in exemplis prædictis factum conſpicitur.

Tertio ſi Chabarum fuerit ſumma verbalis, cuius Agens ſit præuij Mobtadai pronomen, ſiue ſimplex, ut زيد ضرب *Zaidus percuſsit*, ſiue eodem modo compoſita, ut زيد ان اكرمني اكرمه *Zaidus ſi bonorauerit me, bonorabo eum*. Tunc Mobtadaum poſtponi quidem poterit verbo ipſi connexo veluti ضرب زيد *percuſsit Zaidus*, & ان اكرمني زيد اكرمه *ſi bonorauerit me Zaidus, bonorabo eum*; veruntamen Mobtadaum non amplius manebit Mobtadaum, ſed fiet Agens.

Quarto ſi poſt Mobtadaum ſuppleat locum Chabari Agens aliquod, cum ſcilicet Mobtadaum non eſt orationis ſubiectum,

vt ماقايم زيد *non ſtans* Zaidus, uel مَاقَايِمٌ الرِّجَالُ *non ſtans* (ſeu non ſtantes ſunt) *homines*. Tunc ſi ſubſequens Agens ſit duale, ut مَاقَايِمٌ الرِّجلَان *non ſtans*, (ſiue non ſtantes ſunt) *duo homines*, uel plurale, ut مَاقَايِمٌ الرِّجَالُ *non ſtans homines*, nullatenus Mobtadaum poſtponi poterit, niſi pariter ipſum fiat duale, atque tunc non manebit Mobtadaum, ſed fiet Chabarum, ut أَ الرِّجَالُ قِيَامٌ *num homines ſtantes?*

Quoad verbum autem, & Agens ſolum hic notandum, quòd ſemper verbum præcedere debet, ueluti ضرب زيد *percuſsit Zaidus*; Quod ſi poſtponatur verbum, ueluti زيد ضرب *Zaidus percuſsit*, tunc Agens præmiſſum, quòd non regatur à verbo fit Mobtadaum, nec amplius dicitur Agens, ſed vices Agentis gerit pronomen eius occultum, ut iam ſæpè diximus; fitq. tunc oratio compoſita; nam iutegra ſumma ex uerbo, & occulto Agente confecta, ad inſtar chabari de præcedente Mobtadaọ enunciantur. Hoc ipſum autem, quod de Agente dicitur, intelligendum eſt pariter de patiente, cuius non nominatur agens, de quo ſcilicet enunciatur uerbum paſsiuum; dum enim uerbum ſubſequitur ſtat loco Agentis, ac eius uicarium dicitur, ut ضُرِبَ زَيْدٌ *percuſſus fuit Zaidus*, dum uerò præcedit, dicitur Mobṭadaum, eiusque uices gerit pronomen eiuſdem occultum, ut زيد ضرب *Zaidus percuſſus eſt.*

Quinque verò Patientis ſpecies ſuperius explicatæ regulariter ſubſequuntur uerbum, à quo reguntur, ut

ضَرَبْتُ أَنَا وَعَمْرًا زَيْدًا أَمَامَ الأَمِيرِ يَوْمَ الجُمْعَةِ ضَرْبًا شَدِيدًا تَادِيبًالَهُ

*Percuſsi ego cum Amro Zaidum coram Imperatore die Veneris, percuſsione valida ad correptionem eius.*

Verumtamen المفعول به *id in quo actum eſt*, ſiue actionis ſubie-

ſubiectum quandoque præcedere poteſt, cum id congruitas aliqua poſcit, ueluti اللهَ نَعْبُدُ لا الأَوْثَانَ *Deum colimus, non idola.* Imò neceſſariò prę̨it, cum ſcilicet eſt nomen aliquod interrogatiuũ, ſiue in ſe interrogationẽ continens, ueluti من ضربت *quem percuſſiſti*? Similiter cum hoc ipſum eſt conditionale, ueluti مَنْ تَضْرِبْ أَضْرِبْ *quemcumque percuties, percutiam.* eodem pacto ratione conditionalitatis præcedit المفعول فيه *id in quo* (ſiue ubi, & quando) *actum eſt*, ueluti مَتَى تَجْلِسْ أَجْلِسْ *quo tempore*, ſiue quando *ſedebis ſedebo*, uel حَيْثُ تَجْلِسْ أَجْلِسْ *quo loci*, ſiue ubi *ſedebis, ſedebo*. De ordine uerò eorumdem patientium inter ſe, & cum Agente peculiaria Authorum prę̨cepta non adſunt. ſed ſermonis commoditas, ac ſenſus facilitas attendenda eſt, ut ſcilicet magis ſimplicia, ac breuiora præcedant, quæ uerò prolixiora ſunt, ac dictiones aliàs ſecum deferunt poſtremò donentur loco, prout uſus docebit.

Porrò الحال *Diſpoſitio* regulariter ſubſequitur id, cuius eſt diſpoſitio cum illud notum eſt, atque completa oratione apponitur, ueluti جَاءَنِي زَيْدٌ وَخُدَّامُهُ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ رَاكِبًا *venit ad me Zaidus cum ſeruis ſuis de templo equitãs*: cum uerò nomen, cuius eſt diſpoſitio ignotum eſt, neceſſariò diſpoſitio ipſum præcedit, ueluti جَاءَنِي رَاكِبًا رَجُلٌ *venit ad me equitans homo quidam*, hoc autem potiſsimum fit, ne diſpoſitio cum adiectiuo confundatur, hoc enim numquam præcedit, ut ſuo loco dicetur, ueluti لقيت رجلا راكبا *inueni hominem equitatem.* Vnde cum ratione notificationis diſtinguuntur, omninò poſtponitur diſpoſitio, quæ perpetuò indeterminata eſt. Raròetiam indeterminato nomini ſubſequitur, cum ſaltem caſus diuerſitas ipſam diſtinguit, quod amplius ex dicendis de concorda-

tione

tione patebit, ueluti صلى وراء رجال قياما *orarunt retrò*, ſiue à tergo *altaris homines ſtantes*. Similiter diſpoſitio eadem minimè poteſt præcedere uerbum, ſiue id à quo regitur, niſi cum ipſa eſt nomen interrogationem continens; tunc enim orationis exordium ſibi uendicat, ueluti كيف جاء زيد *quomodo venit Zaidus*?

Præterea التمييز *Determinatio*, ſiue potius المميز *Determinans*, ſiue ſpecificans proculdubio ſubſequitur ſuum determinatum, cum illud eſt nomen, ueluti عندى عشرون غلاما *Apud me viginti ſerui*; cum verò pendet à verbo, cuius connexionem ſpecificat, ſiue ſubiectum præciſum exprimit; quamuis iuxtà quoſdam Authores verbum præcedere poſſit, communior tamen ſententia ipſum poſtponit, quippè quod ſenſu, ac rebus ipſis inſpectis reuera Agens eſt, licet orationis forma hoc ipſi deneget, ſiquidem huius ſermonis طاب زيد ابا *bonus fuit Zaidus Patre*, vel حسن زيد وجها *pulcher fuit Zaidus facie*; origo طاب ابو زيد *bonus fuit pater Zaidi*, & حسن وجه زيد *pulchra fuit facies Zaidi*, ſed ob elegantiam ſermonis conuerſa fuit الاسناد *connexio*, ſiue enunciatio de ipſo nomine annexo, nempe de patre, & facie, ad id, cui hæc connexa erant, nempè ad Zaidum; vt proinde de hoc in caſu Raph o, ſiue recto diſpoſito enuncietur bonus, vel pulcher fuit Zaidus patre, vel facie. المستثنى *Exceptum*, perpetuò poſtponitur particulæ excipienti, hæc verò regulariter ſubſequitur illi nomini, vel rei, de qua exceptio fit, veluti جاءنى القوم الا زيدا *venit ad me populus*, ſiue gens *præter Zaidum*, اكلت السمكة غير راسها *comedi piſcem excepto capite eius*.

Sed quando præcedit negatio, veluti ما جاءنى احد الا زيدا *non venit ad me aliquis præter Zaidum*, tunc ipſamet particula exceptiua cum excepto nomine præmitti poteſt ei, de quo fit excep-

exceptio, veluti ماجاءني الا زيدا احد *non venit ad me præter Zaidum quiſpiam*; immo quandoque ſine huiuſmodi nomine, de quo fit exceptio contingere poteſt, veluti مَا جَاءَنِي إِلَّا زَيْدٌ *non venit ad me niſi Zaidus*.

Similiter المجرور *contractum*, ſemper ſubſequitur, non tantum particulam contrahentem, quæ tamen determinatam non habet ſedem, ac proinde iuxtà ſermonis congruentiam, ſenſuſuè facilitatem collocanda eſt; verum etiam & nomen ipſum annexum, cum per annexum nomen contrahitur, veluti جاءني غلام زيد *venit ad me ſeruus Zaidi*, Vnde dici minimè poteſt, vt Latinis, & alijs mos eſt جَاءَنِي زَيْدٍ غُلَامُ *venit ad me Zaidi ſeruus*.

Tandem التابع *Sequens*, vt vox eadem innuit poſtponendum ſemper eſt المتبوع *illi, ad quod conſequitur*. Vnde præſertim in adiectiuo dici non poterit more Latinorum ضربت كبيرا رجلا *percuſſi magnum hominem*, ſed ضربت رجلا كبيرا *percuſſi hominem magnum*, ac ſimiliter in cæteris ſequentibus dicendum eſt.

Quòd ſi nomen habens poſt ſe adiectiuum, vel aliud ſequens ſit etiam alteri nomini annexum, tunc poſt nomen ipſum annexum immediatè ſubiungendum eſt المضاف اليه *id cui annexum eſt*, deinde verò adiectiuum, vel aliud ſubſequens, vt ſi exempli gratia dicendum ſit, percuſſi primum ſeruum Zaidi, dicetur ضَرَبْتُ غُلَامَ زَيْدٍ الأَوَّلَ *percuſſi ſeruum Zaidi primum*.

CAPVT

# CAPVT QVINTVM.

## De Concordatione, ſiue Conformitate earumdem Partium.

QVEMADMODVM apud Latinos, ita & apud Arabes ſex propriè ſunt partes, vel extrema, quorum bina concordantiam poſcunt, nempe الفعل والفاعل *verbum, & agens*: النعت ſiue الصفة *epithetum*, ſiue adiectiuum, & المنعوت ſiue الموصوف *id de quo epithetum dicitur*, ſiuè ſubſtantiuum: & الموصول *coniunctum*, hoc eſt relatiuum, & الموصول اليه *id cui coniunctum eſt*, ideſt antecedens.

### فِي مُطَابَقَةِ ٱلْفِعْلِ وَٱلْفَاعِلِ

### De Concordatione Verbi, & Agentis.

VErbi Concordatio cum Agente in tribus poteſt conſiſtere, nempè in perſona, in numero, & in genere.

Quoad perſonam quidem perpetuò concordant, veluti ضرب زيد *percuſsit Zaidus*, ضربت انت *percuſsiſti tu*, ضربت انا *percuſsi ego*, ſic etiam cum Agens præmittitur ſitque Mobtadaum, eiusq. vices aſſumit pronomen eius verbo connexum, veluti زيد ضرب *Zaidus percuſsit*, انت ضربت *tu percuſsiſti*. انا ضربت *ego percuſsi*.

Numero verò non neceſſariò conformantur, cum enim Agens eſt nomen manifeſtum poſt verbum ſubſequens, non apponuntur verbo coniuncta pronomina, ſiue litteræ perſonarum agentium relatiuæ; vnde tunc perpetuò Verbi vox eſt ſingularis, veluti ضَرَبَ ٱلرَّجُلَانِ *percuſserunt homines duo*, (quod ad litteram ſonat percuſsit duo homines) ſimiliter dicitur ضَرَبَ ٱلرِّجَالُ *percuſſerunt plures homines*, quod pariter ad

ver-

verbum ſonat ( percuſsit plures homines ) intellecto caſu nominatiuo. Hoc autem fit,nam,vt ſuperius diximus, quæ in fine verbi, uel thematis adijciuntur litteræ ad numerum,& perſonas agentium denotandas, pronomina Agentium, vt ibidem diximus,appellantur, atque cenſentur; vnde cum apponantur poſt verbum ipſamet Agentium nomina manifeſta, excludenda, atque reijcienda ſunt tamquam ſuperflua eorumdem coniuncta pronomina, ſi namq. pariter hæc apponantur geminari ac replicari quodammodo uiderentur agentia, redderenturq. hic ſenſus ضربا الرجلان *percuſſerũt ipſi duo homines duo*, & ضربوا الرجال *percuſſerũt ipſi homines.* Hæc quidẽ obſeruanda ſunt cũ manifeſtũ nomen Agentis ſubſequitur uerbo:cũ verò præmittitur,neceſſariò apponenda ſunt uerbo eius pronomina; immo hæc tunc ſtare dicuntur loco Agentis,quod proindè non amplius dicitur Agens, ſed Mobtadaũ,ex quo ſimul,& ſumma verbali continente pronomen Agens, & verbum, ſubſequente ad inſtar chabari oratio compoſita conſtituitur, iuxtà dicta ſuperius, veluti زيد ضرب *Zaidus percuſsit*, الرجلان ضربا *duo homines percuſſerunt*, quæ ſic propriè ſonant, Zaidus percuſſit ipſe, incluſum namque latet in ضرب *percuſsit* pronomen هو *ipſe*, & in ضربا *percuſſerunt*, expreſsè patet eliph adiecta referens duale agens, quaſi diceretur الرجلان ضربا *duo homines percuſſerunt ipſi duo*, &c.

Genere tandem eodem pacto verbum interdum cum Agente conuenit, quandoque verò ab eo diſcordat.

In primis enim cum Agens eſt ſingulare, vel duale maſculinum concordat quidem, ueluti هرب الغلام *fugit ſeruus*, هَرَبَ الغُلَامَانِ *fugerunt duo ſerui*. Cum verò eſt fęmininum ſi ſit generis fęminini ueri immediatè poſt uerbum ſubſequens neceſſario cum ipſo concordat uerbum in genere, appoſita.ſ. ت fęminina, ueluti ضربت المراة *percuſsit mulier*. Cum uerò non immediatè ſequitur, ſed alia aliqua intercedit particula, omitti quidem poteſt fęmininum uerbi ſignum, ueluti ضَرَبَ اليَومَ المَرْاةُ *percuſsit hodie mulier*, ضرب اليوم المراتان *percuſſerunt hodie duæ mulieres*, elegantius tamen cum eodem

ſigno dicitur ضربت اليوم المراة . Præterea cum Agens huiuſmodi ſingulare, vel duale eſt generis fęminini non veri ſiue immediatè, ſiue mediatè poſt verbum ſubſequens ſimiliter apponi, vel etiam ommitti poteſt fęmininum verbi ſignum, veluti زلزلت الارض, & زلزل الارض ***tremuit terra***, Item زلزلت اليوم الارض, & زلزل اليوم الارض ***tremuit hodie terra***, nihilominus quando Agens huiuſmodi non immediatè ſubſequitur elegantiùs ſine fęminino ſigno dicitur زلزل اليوم الارض ***tremuit hodie terra***.

Tandem cum Agens eſt plurale ſiue maſculinum, ſiue fęmininum, modò non ſit maſculinum ſanum, eodem pacto verbum diſponitur quoad genus, quo iam diſponi diximus ſubſequente Agente fęminino non verò, appoſito ſcilicet vel etiam dempto fęminino ſigno, veluti رَاحَتِ ٱلرِّجَالُ & رَاحَ ٱلرِّجَالُ ***abierunt homines***, ſit autem hoc quia plurale nomen, vt præced. lib. diximus cenſetur fęmininum, quatenus nempè virtute continet valorem, ac ſenſum huius vocis جَمَاعَةٌ ***congregatio***, ſiue collectio, quæ vox fęminina eſt, perindè namque eſt dicere ٱلرِّجَالُ ***homines***, ac جَمَاعَةُ ٱلرِّجَالِ ***congregatio***, ſiue collectio ***hominum:*** Atque hæc circa genus obſeruanda ſunt cum Agens eſt manifeſtum nomen poſt verbum ſubſequens. Cum verò hoc ipſum præmittitur neceſſariò verbum concordat genere ſi Agens ſingulare, vel duale ſit, veluti الرجل ضرب ***homo percuſsit***, المراة ضربت ***mulier percuſsit***, الارض زلزلت ***terra tremuit***, الرجلان ضربا ***duo homines percuſſerunt***, المراتان ضربتا ***duæ mulieres percuſſerunt***, الارضان زلزلتا ***duæ terræ tremuerunt***. Si verò Agens ſit plurale dupliciter diſponi poteſt verbum, uel iuxtà genus agentis originale, veluti الرجال ضربوا ***homines percuſſerunt***, النساء ضربن ***mulieres percuſſerunt***, اَلْاَرُوضُ زَلْزَلْنَ ***terræ tremuerunt***, vel appoſito ſolo ت fęminino iuxtà genus fęmininum ſingulare putatiuum, quod intelligitur

ligitur in plurali quocumque,vt dictũ eſt, veluti الرِّجَالُ ضَرَبَتْ *homines percuſſerunt*, النِّسَاءُ ضَرَبَتْ *mulieres percuſſerunt*, الأَرُوضُ زَلْزَلَتْ *terræ contremuerunt*, quæ propriè ſonant homines percuſsit, mulieres percuſſit, terræ contremuit, quaſi diceretur homines percuſſit collectio eorum, mulieres percuſſit collectio earum, terræ contremuit collectio earum.

## فِي مُطَابَقَةِ النَّعْتِ وَالْمَنْعُوتِ

## De Concordatione Adiectiui,& Subſtantiui.

Concordatio Adiectiui cum Subſtãtiuo in quattuor accidentibus poteſt conſiſtere, nempè in numero, genere, caſu,& in notificatione,ſiue determinatione,& indeterminatione. Vt autem ſciatur quo nam pacto adiectiuum, & ſubſtantiuum in his conueniant, reuocanda eſt in memoriam ea adiectiui diſtinctio, qua ſuperius diuiſum fuit in duas ſpecies,quarum Prima dicitur حال الموصوف *diſpoſitio ſubſtantiui*, ideſt aliquid propriè ſpectans ad ſubſtantiuum; veluti cum dicitur جاء رجل حسن *venit homo pulcher*, vbi pulchritudo propriè conuenit homini, vnde adiectiuum huiuſmodi dicitur مُسْنَدٌ إِلَى ضَمِيرِ الْمَنْعُوتِ الْمُسْتَتِرِ وَرَافِعٌ لَهُ *connexum pronomini ſubſtantiui occulto, & raphans illud*, quaſi diceretur جَاءَ رَجُلٌ حَسَنٌ هُوَ *venit homo pulcher ipſe.* Secunda verò Adiectiui ſpecies eſt à Latinis admodum aliena, dicitur autem حَالُ الْمُتَعَلِّقِ بِالْمَوْصُوفِ *diſpoſitio dependentis à ſubſtantiuo*, i. aliquid quod non ſit propriè res ſubſtantiui,ſed alterius dependentis ab ipſo, ſiue cum ipſo coniuncti, ueluti cum dicitur جَاءَ رَجُلٌ حَسَنٌ أَخُوهُ *venit homo pulcher frater eius*, vbi pul-

chritudo propriè conuenit fratri, non autem homini. Vnde adiectiuum huiuſmodi dicitur مسند الى الظاهر ورافع له *connexum nomini manifeſto, & collocans illud in caſu Raph-o,* vt verbum Agens.

Prima ergo ſpecies Adiectiui in omnibus quattuor memoratis accidentibus cum ſubſtantiuo concordat. Vnde ſi ſubſtantiuum ſit ſingulare, vel duale, uel plurale, adiectiuum pariter eſſe debet ſingulare, uel duale, vel plurale; ſi illud ſit maſculinum, hoc debet eſſe maſculinum; ſi illud poſitum ſit in caſu Raph-o, hoc etiam ponetur in Raph-o; ac tandem ſi indeterminatum ſit illud, tale pariter erit iſtud. Veluti

| | |
|---|---|
| جَاءَ رَجُلٌ عَالِمٌ | Venit homo ſciens. |
| رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ عَالِمَيْنِ | Vidi homines duos ſcientes. |
| مَرَرْتُ بِالرِّجَالِ الْعُلَمَاءِ | Tranſiui per homines ſcientes. |
| جَاءَتْ مَرْأَةٌ عَالِمَةٌ | Venit mulier ſciens. |
| رَأَيْتُ مَرْأَتَيْنِ عَالِمَتَيْنِ | Vidi mulieres ſcientes duas. |
| مَرَرْتُ بِالنِّسَاءِ الْعَالِمَاتِ | Tranſiui per mulieres ſcientes. |

Sed notandum quod quando ſubſtantiuum eſt plurale præſertim non rationale ſiue maſculinum, ſiue fœmininum ſit, adhiberi etiam ſolet vox adiectiui fœminina ſingularis, quemadmodum de verbo etiam ſuperius diximus; quia nempè plurale quodlibet fœmininum ſingulare cenſetur, veluti, أَخَذْتُ الْكُتُبَ الْمُقَدَّسَةَ *accepi libros ſanctos,* كَتَبْتُ كُتُبًا كَثِيرَةً *ſcripſi libros multos.*

Secunda verò ſpecies adiectiui neceſſariò quidem concordat

dat cum ſubſtãtiuo prolato in duobus accidentibus poſteriòribus, nempè caſu, & determinatione, vel indeterminatione; non tamen in duobus prioribus, ſcilicet numero & genere; in his enim potius reſpicit ſubſtantiuum ſubſequens ſignificatum, quod dicitur Agens eius, ac proinde cum eo ſe habet vt verbum cum Agente. Vnde numero regulariter eſt ſingulare, quamuis ſubſtantiuum ſubſequens, ſiue Agens eius duale ſit, vel plurale. Genere verò ſimiliter ad inſtar verbi fęmininum eſt neceſſariò ſi Agens ſubſequens ſit fęmin. generis veri; ad libitum uerò ſi illud ſit fęmin. generis non ueri. cum uerò illud eſt maſculinum adiectiuum pariter eſt maſculinum, ueluti.

جَاءَ رَجُلٌ حَسَنَةٌ زَوْجَتُهُ Venit homo pulchra uxor eius.

رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ حَسَنَةً زَوْجَتَاهُمَا Vidi duos homines pulchram uxores eorum.

مَرَرْتُ بِرِجَالٍ حَسَنَةٍ زَوْجَاتُهُمْ Tranſiui per homines pulchram uxores eorum.

جَاءَتْ مَرْأَةٌ حَسَنٌ زَوْجُهَا Venit mulier pulcher uir eius.

رَأَيْتُ مَرْأَتَيْنِ حَسَنًا زَوْجَاهُمَا Vidi mulieres duas pulchrum uiri earum.

مَرَرْتُ بِنِسَاءٍ حَسَنٍ أَزْوَاجُهُنَّ Tranſiui per mulieres pulchrum uiri earum.

Eodem prorſus modo dicendum quando præcedens ſubſtantiuum prolatum eſt determinatum per articulum, uel quocumque alio modo, ueluti

جَاءَتِ الْمَرْأَةُ الْحَسَنُ زَوْجُهَا &c. جَاءَ الرَّجُلُ الْحَسَنَةُ زَوْجَتُهُ &c.

Notandum tamen Primo, quod quando ſubſtantiuum ſubſequens eſt plurale, quamuis, vt dictum eſt adiectiuum ſingulariter adhiberi poſsit, vt جاء رجل حسن غلمانه *venit homo pulcher ſerui eius*, elegantius tamen eſt ipſum plurificare, ita vt fiat plurale fractum, ueluti جاء رجل حسان غلمانه *venit*

*nit homo pulchri ſerui eius.*

Notãdum ſecundo, quod quando adiectiuum eſt nomen patientis, ſiue participium paſſiuum, uel adiectiuum aſſimilatum, licet ipſum adhibere hac explicata ratione, vt جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَبُوهُ *venit homo percuſſus pater eius,* جَاءَ رَجُلٌ حَسَنٌ أَخُوهُ *venit homo pulcher frater eius.* & licet etiam ipſum propriùs connectere eidem ſubſtantiuo præcedenti, ſiue eius occulto pronomini, ipſum verò ſubſtantiuum ſubſequens collocare in caſu Nasbo ad inſtar تمييز vel ipſi annectere adiectiuum, quo collocetur in Giarro, veluti جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَبًا *venit homo percuſſus patre,* ſiue حَسَنٌ وَجْهًا *pulcher facie,* & جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبُ الأَبِ *venit homo percuſſus patris,* ſiue حَسَنُ الوَجْهِ *pulcher faciei;* eodemque pacto ipſum fit cum ſubſtantiuum præcedens eſt determinatum, veluti جَاءَ الرَّجُلُ المَضْرُوبُ الأَبَ, vel المَضْرُوبُ الأَبِ, & ſic adiectiuum ſequetur ſubſtantiuum in omnibus quattuor accidentibus memoratis, nempe numero, genere, caſu, determinatione, vel indeterminatione, adeò, vt coincidat cum prima ſpecie adiectiui, veluti

| | |
|---|---|
| جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَبًا أَوْ مَضْرُوبُ الأَبِ | Venit homo percuſſus patre. |
| جَاءَ رَجُلَانِ مَضْرُوبَانِ أَبًا أَوْ مَضْرُوبَا الأَبَوَيْنِ | Venerũt duo homines percuſſi patre. |
| جَاءَ رِجَالٌ مَضْرُوبُونَ أَبًا أَوْ مَضْرُوبُوا الآبَاءِ | Venerũt homines percuſſi patre, &c. |

De

في مطابقة الموصول والموصول اليه

# De Concordatione Relatiui, cum Antecedente.

IN tribus concordant Relatiuum, & Antecedens, nempè in numero, genere, & determinatione, ſemper enim ambo determinata ſunt, & cuius numeri, vel generis fuerit vnum, erit etiam aliud, veluti

الرجل الذى Homo qui.

الرجلان الذان Homines duo qui.

الرجال الذين Homines qui.

المرأة التى Mulier quæ.

المرأتان التان Mulieres duæ quæ.

النساء الواتى Mulieres quæ.

Cum autem antecedit plurale non rationale, numquam adhibetur plurale relatiuum, ſed ſemper ſingulare fœmininum, iuxtà fœmininum genus ſingulare, quod in plurali quodlibet intelligitur; vnde ſi ex. gr. dicendum ſit enſes qui, non dicetur السيوف الذين, ſed السيوف التى quod propriè ſonat *enſes quæ*.

Hoc autem totum, quod de relatiuo reſpectu Antecedentis dictum eſt intelligēdum eſt etiam de Pronomine reſpectu eius, cuius eſt pronomen. concordant enim ſimiliter in numero, & genere, quamuis non in determinatione, ſemper enim pronomen eſt determinatum. Vnde dicetur,

لقيت

لقيت رجلا وضربته Inueni hominem, & percuſsi eum.

لقيت رجلين وضربتهما Inueni homines duos, & percuſsi eos duos.

لقيت رجالا وضربتهم Inueni homines, & percuſsi eos.

لقيت مراة وضربتها Inueni mulierem, & percuſſi eam.

لقيت مراتين وضربتهما Inueni mulieres duas, & percuſsi eas duas.

لقيت نساء وضربتهن Inueni mulieres, & percuſsi eas.

Similiter etiam in plurali non rationali adhibetur ſingulare fœmininum, veluti لَقَيْتُ دَرَامِمَ وَأَخَذْتُهَا *inueni nummos, & accepi eos.*

## CAPVT SEXTVM.

### De Partium earundem Conſtructione, ſiue Regimine in Vniuerſum.

PER conſtructionem, ſiue regimen non aliud volumus, quam exigentiam, ſeu vim quandã, qua vna dictio poſtulat, vt alia in hoc, vel illo caſu collocetur. Hæc autem conſtructio apud Arabes عَمَلٌ i. *efficientia*, ſiue operatio dicitur, ex qua dictio regens, ſiue poſtulans vt alia in aliquo peculiari caſu locetur, dicitur عامل *operans*, ſiue efficiens, & hæc tum Nomen, tum Verbum, ac etiam Hharf eſſe poteſt. Dictio verò illa, quæ propter aliam ſic operantem in tali caſu reponitur معمول *effectum*, dicitur, quæ non niſi nomen poteſt eſſe, vel verbum.

Reuocantur autem apud Arabes huiuſmodi operantia omnia ad centum, iuxta communiorem diuiſionem à peritiſsimo quodam Giargianio traditam. Diuiduntur enim primo in

in لفظية .i. *prolatilia*, & in معنوية .i. *ſignificatilia*. Prolatilia ſunt, quæ proferuntur, & hæc rurſus diuiduntur in قياسية ideſt, *regularia*, & سماعية .i. *audibilia*.

Regularia ſunt ſeptem, videlicet,

| | | |
|---|---|---|
| 1 | الفعل مطلقا | Verbum generaliter ſumptum. |
| 2 | اسم الفاعل | Nomen Agentis, ſiue Participium Actiuum. |
| 3 | اسم المفعول | Nomen Patiẽtis, ſi Participium Paſſiuum. |
| 4 | الصفة المشبهة | Adiectiuum aſſimilatum. |
| 5 | المصدر | Nomen Verbale, ſiue Maſdarum. |
| 6 | الاسم المضاف | Nomen Annexum. |
| 7 | الاسم التام | Nomen Perfectum. |

Audibilia verò diuiduntur in tredecim ſpecies, quarum Prima continet Decem, & ſeptem operantia, quæ dicuntur حروف الجر *particulæ contractionis*; quamuis aliqua reuera ſint verba, vt infrà dicemus.

Secunda continet ſex operantia, quæ dicuntur حروف مشبهة بالافعال *particulæ aſsimilatæ verbis*.

Tertia continet duo operantia, quæ ſunt duæ particulæ negatiuæ ما, & لا *non*, quando virtualiter includunt verbum ſubſtantiuum, ſum es eſt, vt proindè reddant eundem ſenſum, ac verbum deficiens ليس *non fuit*.

Quarta continet ſeptem operantia, quæ ſunt pariter particulę quædam conuenientes in hoc, quod collocant nomen, quod regunt, in caſu Nasbo.

Quinta continet quattuor operantia, quæ etiam ſunt particulæ conuenientes tamen in hoc quod collocant verbum in caſu, ſiue modo Nasbo.

Sextá continet quinque operantia, quæ pariter ſunt particu-

 læ

læ afficientes verbum collocantes illud in modo Gezmo.

Septima continet nouem operantia, quæ ſunt nouem nomina dicta اسماء منقوصة *nomina diminuta*, conuenientia in eadem diſpoſitione verbi in modo Giezmo.

Octaua continet quattuor operantia, quæ pariter ſunt nomina, non tamen afficiunt verbum, ſed nomen collocantq. illud in caſu Nasbo.

Nona continet nouem operantia, & hæc ſunt nomina quædam æquipollentia quibuſdam verbis, vnde vocantur اسماء الافعال *nomina verborum*, ex quibus ſex nomen collocant in Nasbo, tria verò in Raph-o.

Decima continet tredecim operantia, quæ ſunt tredecim verba, dicta افعال ناقصة *verba deficientia*.

Vndecima continet quattuor operantia, quæ ſunt quattuor verba dicta افعال المقاربة *verba appropinquationis*.

Duodecima continet quattuor operantia, quæ ſunt quattuor verba dicta افعال المدح والذم *verba laudis, & improperij*.

Decimatertia, & vltima continet ſeptem operantia, quæ ſunt ſeptem verba dicta افعال القلوب *verba cordium*. Omnia ergo operantia audibilia ſunt nonaginta, & vnum.

Operantia verò, quæ ſignificatilia dicuntur, non ſunt dictiones aliquæ quæ proferantur, ſed tantùm rationes quædam in eiſdemmet, quæ reguntur, dictionibus repertæ; ſuntque ſolummodo duæ. Prima in Mobtadao, & Chabaro, quæ vt ſuperius diximus collocantur in caſu Raph-o non propter aliam dictionem id exigentem, ſed propter ipſammet carentiam operantium prolatorum, quæ dicitur تجريد ideſt, *puritas*, ſiue nuditas. Vnde hæc ratio dicitur operans: quamuis aliqui velint ſolum Mobtadaum regi ab huiuſmodi operante non prolato, Chabarum verò dicunt regi à Mobtadao, ac proinde non eſſe omninò expers operantis prolati. Secunda verò ratio, quæ pariter dicitur operans, eſt in verbo Modzhareo, indicatiui modi, ſiue collocati in caſu Raph-o.

Cum igitur Audibilia ſint nonaginta & vnum, & Regularia ſeptem, erunt omnia operantia prolata nonaginta, & octo, Additis ergo duobus, quæ ſignificatilia dicuntur fient omnia operantia centum. Quæ omnia eodem quoque proſequeremur ordine: ſed cum diuiſio hæc, & diſtributio nimis ſit Latinis

extra-

extranea; Idcirco nos eorumdem operantium vim alia explicabimus methodo Latinorum regulis, & vſui magis conſona, nempè Primo in Verbis; Secundo in Nominibus; Tertio in Particulis..

# CAPVT SEPTIMVM.

## De Conſtructione Verborum in communi.

RATIONE Conſtructionis, vt iam præcedenti libro diximus, diuiduntur verba in قياسية ideſt. *Regularia*, & سماعية ideſt, *Audibilia*, ex quorum vtroque genere ſubdiuiſo nouem manarnnt verborum ſpecies. Quibus quoad conſtructionem, & regimen quædam ſunt omnibus communia, quædam verò peculiaria ſingulis. Peculiares quoque Conſtructionis diuerſitates deinceps ſingulis ſingillatim capitibus explicandæ ſunt.

In præſenti autem ad præuiam quandã, & vniuerſalem conſtructionis verborum intelligentiam priuſquam peculiares aggrediamur ſingulorum differentias ſufficiat ſcire, quod Verbis duplex tantum ineſſe poteſt vis, & operatio, qua duos ſolum poſſunt regere caſus, nempè caſum Raph-o, & caſum Nasbo.

Et quidem caſum Raph-o neceſſariò regunt verba omnia, in eo enim collocant perſonam, ſiue nomen illud cui immediatè connectuntur, ſiue de quo ſubſequente enunciantur.

Hoc autem quando verbum actiuè conſtruitur non aliud eſt, quam Agens, quod quidem eſſe poteſt duplex, Primum dicitur ظاهر ideſt *manifeſtum*, cum nempe eſt nomen aliquod manifeſtum, veluti ضرب زيد *percuſsit Zaidus*; Ad quod etiam reducitur pronomen ſeparatum, veluti ضربت انا *percuſsi ego*, quod proindè dicitur جاري مجرى الظاهر *currens cuſu manifeſti*,

Secundum verò dicitur مضمر *Pronominatum*, cum nempè eſt aliquod pronomen coniunctum, quod quidem accidit quan

do iam præcedit mentio nominis manifeſti, eſtq. adhuc duplex, nempè بارز ideſt, *egrediens*, veluti الاسارى هربوا *ſerui fugerunt*, & مستتر ſiue مستكن ideſt, *latens*, ſeù occultum, veluti زيد ضرب *Zaidus percuſsit*.

Cum autem verbum conſtruitur, ac formatur Paſſiuè. Tunc connectitur Patienti, quod proindè dicitur قايم مقام الفاعل *ſtans loco Agentis*.

Hoc verò adhuc eſt duplex commune, & particulare. Particulare eſt in verbis tranſitiuis, vocaturq. المفعول به *id in quo actum eſt*, ſiue quod actione afficitur, quod propriè eſt paſſum, atque iiſdem ſubiacet diuiſionibus, quibus ſuprà Agens in ظاهر, & مضمر, & hoc in بارز, & مستتر. Diuiſum eſt, veluti ضرب زيد *percuſsus fuit Zaidus*, الاسارى ضربوا *ſerui percuſsi fuerunt*.

Commune verò eſt in verbis omnibus, ac rurſus eſt duplex. Interdum enim ponitur المفعول المطلق *factum abſolutum*, ſeu المصدر *Maſdarum*, veluti سِيرَ سَيْرٌ شَدِيدٌ *ambulata eſt ambulatio magna*.

Iuterdum ponitur المفعول فيه *factum in ipſo*, nempè locus, & tempus, vbi, & quando factum eſt, veluti سِيرَ شَهْرٌ *ambulatus eſt menſis*, & سِيرَ أَمْيَالٌ ثَلَثَةٌ *ambulata ſunt milliaria tria*.

Interdum tandem ponitur المَفْعُولُ بِهِ غَيْرَ الصَّرِيحِ veluti يُخْرَجُ مِنَ الْمَسْجِدِ *exitum eſt de templo*. أُحْتِيجَ إِلَى دِينَارٍ *opus habitum eſt denario*,

Caſum verò Nasbo non neceſſariò verba omnia regunt, eſtq. duplex عَامٌّ ideſt, *communis*, & خَاصٌّ .i. *proprius*, ſeu peculiaris.

Communis eſt quem ſibi vendicant quinque orationis mēbra

bra,quæ omnibus verbis adijci poſſunt, quamuis non neceſſariò apponantur.

Primum eſt المفعول المطلق ſeu المصدر *Maſdarum*, quod omnibus quidem verbis adijci poteſt ob tripiicem finem, vt ſæpe dictum eſt, nempe ob meram confirmationem, vt ضرب زيد ضربا *percuſsit Zaidus percuſsione.* ob enumerationem, vt ضَرَبَ ضَرْبَةً *percuſsit percuſsione vna*, & ob ſpecificationem, vt ضَرَبَ ضربةً *percuſsit ſpecie quadam percuſsionis.*

Secundum eſt المفعول فيه ſeu tempus,& locus actionis, veluti ضرب زيد اماماك *percuſsit Zaidus ante te*, ſiue in conſpectu tuo, & ضرب يوم العيد *percuſsit die feſto.*

Tertium eſt المفعول معه *complex actionis*, cum afficitur particula و æquipollente dictioni مع *cum*, veluti ضرب زيد واخاه *percuſsit Zaidus cum fratre ſuo.*

Quartum eſt المفعول له *id propter quod*, ſiue cuius gratia actum eſt, veluti ضرب زيد عمروا تاديبا له *percuſsit Zaidus Amrum, ob eruditionem eius.*

Quintum eſt الحال i. *Diſpoſitio*, qua ſe habet agens, vel patiens,vel alius,ad quemcumque actio pertinet, dum illa elicitur,veluti راح زيد راكبا *abijt Zaidus equitans.*

Caſus autem Nasbo proprius, & particularis tribuitur tribus orationis membris,quæ non omnia, ſed quædam ſolùm conſequuntur verba.

Primum eſt المفعول به *Paſſum*, ſiue ſubiectum, aut obiectū actionis, quod verba tranſitiua reſpiciunt, vt زيدا cum dicitur ضربت زيدا *percuſsi Zaidum.*

Secundum eſt التمييز *Diſtinctio* .i. id quod ſpecificat, ac diſtinguit,de qua nam re verificatur actio; quod pariter non omnia,ſed ea ſolùm conſequitur verba,quæ quodammodo ambigua ſunt, vt de rebus varijs intelligantur, veluti تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا *perfuſus eſt Zaidus ſudore.*

Tertium eſt الخبر المنصوب *Chabarum nasbatum*, quod ſolùm

lùm verba cordis, & deficientia, aliquaue alia conſequitur, de quibus infra. Atque hæc in vniuerſum de verborum conſtructione dicta ſufficiant; modo peculiares ſingularum ſpecierum conſtructiones explicare oportet.

## CAPVT OCTAVVM.

### De Conſtructione Verborum Regularium Primæ ſpeciei, quæ ſunt Tranſitiua Actiua.

VT iam præcedenti libro diximus, verba tranſitiua in vniuerſum dicuntur illa, quibus Agens immediatè afficit obiectum, vel paſſum aliquod; ſiue quæ denotant actionem abſque alterius particulæ adminiculo in aliud tranſeuntẽ. Quæ quidem, vt ibidem innuimus, ſunt in triplici differentia. Quædam enim tranſeunt in vnicum paſſum; quædam verò in duo: quædam tandem in tria.

Rurſus hæc omnia dupliciter efformari, ac adhiberi poſſunt nempè Actiuè, & Paſſiuè. Cum quidem adhibentur Actiuè qua ratione explicanda ſunt in hoc cap. dicuntur معروفة .i. *cognita*, eo quod tunc ſciatur, & cognoſcatur perſona Agentis, quæ ſemper explicatur, vel per pronomen manifeſtum, vel per pronomen nominis manifeſti ſaltem latens. Cum autem adhibentur paſſiuè dicuntur مجهول .i. *ignorata*, ſeu ignota, quod non ſciatur, nec explicetur Agens, vt ſequenti cap. dicemus. Porrò quæ tranſeunt in tria Patientia, ſiue Paſſa, non regularia, ſed Audibilia ſunt, ſicut nonnulla eorũ quæ in duo Patientia tranſeunt. Vnde in Præſenti capite de duabus ſolum tranſitiuorum Claſſibus Agendum ſupereſt, nempè Primo de omnibus his, quæ in vnicum paſſum tranſeunt, ac ſecundo de his, quæ in duo tranſeunt Patientia.

## De Tranſitiuis Primæ Claſſis.

OMnia Claſſis huius verba conueniunt in collocando Agen te in caſu Raph-o, & Patiente in caſu Nasbo; verumtamen inter ſe differunt; nam aliqua natura ſua ſolo Agente, & Patiente gaudent, nec nomen aliud expetunt, niſi per accidens adijciantur illa quinque nomina, quæ ſcilicet ſpeciem, numerum, inſtrumentum, modum, locum, tempus, ſtatum, ac diſpoſitionem agentis, vel patientis, aut actionis explicant, & hæc propriè ijs reſpondent Latinorum verbis, quæ ſub primo Actiuorum ordine collocantur. Alia verò ſunt, quæ tenacius expetunt contracta nomina, quamuis enim hæc non verbis, ſed quibus afficiuntur particulis, ſeu præpoſitionibus regantur, tamen quæ verbis hiſce actiones notantur eiuſmodi ſunt, ut præter Agens, & Patiens alia etiam particulis contracta nomina, uel obiecta explicanda requirant, circà quæ aliquo modo verſantur. Atque hæc Latinorum verbis cæterorum ordinum æquipollent. Vnde ad inſtar Latinorum verba omnia Claſſis huius in plures diſtribuuntur ordines.

## Primus Ordo tranſitiuorum primæ Claſſis.

QVædam enim tranſitiua ſolis perficiuntur Agente, & Patiente, quorum illud raph-ant, hoc uerò nasbant, ut

حُبًّا يُحِبُّ حَبَّ Amauit, voluit.

نَصْرًا يَنْصُرُ نَصَرَ Iuuit..

ضَرْبًا يَضْرِبُ ضَرَبَ Percuſſit.

فَتْحًا يَفْتَحُ فَتَحَ Aperuit.

رَأْيًا يَرَى رَأَى Vidit.

فَعْلًا يَفْعَلُ فَعَلَ Fecit.

أَخْذًا يَأْخُذُ أَخَذَ Accepit.

تَرْكًا يَتْرُكُ تَرَكَ Reliquit.

رَسْمًا يَرْسُمُ رَسَمَ Deſcripſit.

تَبْعًا يَتْبَعُ تَبِعَ Sectatus eſt.

## Appendix.

His uerbis exempli cauſa dices.

حَبَّ زَيْدٌ عَمْرًوا Amauit Zaidus Amrum.

ضَرَبَنِى ٱلْفَتَى Percuſſit me Puellus.

فَتَحْتُ ٱلْبَابَ Aperui ianuam.

رَأَيْتُ رَجُلًا كَبِيرًا Vidi hominem magnum.

Quæ orationes more ipſorum ſic reſoluuntur, ſeu explicantur (quod apud ipſos dicitur اعراب ut etiam præcedenti libro diximus) uidelicet, ut in prima dicatur

حب فعل ماض مرفوع محلا لتجرده من الناصب والخازم وزيد اسم مرفوع لفظا بانه فاعل لحب وعلامة رفعه ضمة ظاهرة فى اخره وعمروا اسم منصوب لفظا لكونه مفعولا به لحب وعلامة نصبه فتحة ظاهرة فى اخره فالفعل مع فاعله المسند اليه جملة فعلية لا محل لها من الاعراب لعدم وقوعها مقام المفرد .

Hoc

Hoc eſt حب *amauit*, eſt uerbum Præteritum obtinens caſum Raph-o manſioneſeu loco ob eius expiationem,ſeu carentiam operantis in Nasbantis,& Giezmantis. Et زيد eſt collocatum in caſu Raph-o Prolatione, eo quod ſit Agens operis uerbi حب,& ſignũ ſui caſus Raph-o eſt motio dzhami patens, ſiue expreſſa in vltimo eius. Et عمروا *Amrum* eſt collocatum in Nasbo prolatione eo quod ſit Patiens, ſiue id in quo agitur propter verbum حب: Et ſignum caſus eius Nasbo eſt motio Phathh patens in vltimo eius.Verbum autem cum Agente eius cui connectitur ſunt ſimma verbalis,cui non eſt caſus aliquis declinationis ob carentiam caſus, ſeu euentus eius in locum ſimplicis.

Secunda ſimiliter reſoluitur, videlicet

ضرب فعل ماض مرفوع محلا

Ideſt ضرب *percuſſit*, eſt verbum præteritum poſitum in Raph-o Manſione. Præteritum non eſt معرب declinabile, vt prolatè poſſit eſſe in caſibus, ſiue modis, ſed eſt مبنى firmatum, ut ſuo loco diximus.

والعامل فيه الرفع تجرده من الناصب والجازم

Et operans in eo caſum Raph-o eſt ipſius expurgatio ab operante collocante in Nasbo, & Giezmo.

والنون والياء ضمير متكلم متصل منصوب محلا بانه مفعول به لضرب

& littera ن, & ى ſunt pronomen primæ perſonæ coniunctum, ſeu affixum poſitum in caſu Nasbo manſione(pronomina enim ſimiliter ſunt مبنية *firmata*, vnde non prolatione,ſed firmatione fruuntur caſibus) eo quod ipſum ſit Patiens ob verbum ضرب.

والعامل فيه النصب هو الفعل

Et operans in ipſo caſum Nasbo, ideſt, id,à quo regitur,eſt ipſum verbum.

والفتى اسم مرفوع تقديرا بضمة مقدرة فى اخره منع من ظهورها التعذر

Et الفتى *Puellus* eſt nomen poſitum in caſu Raph-o virtualiter cũ motione dzham virtualiter latente in vltimo eius: prohibuit, ſeu impediuit apparentiam eius excuſatio, ideſt, inhabilitas ad ſuſcipiendam motionem, quæ eſt in littera eliph ex

ى originali mutata, eiusque ſolam formam retinente, propter quam ineptitudinem nomen ab expreſſa motionis ſuſceptione excuſatur.

وهو فاعل لضرب والعامل فيه الرفع هو الفعل

& ipſum eſt Agens propter verbum ضرب & operans in ipſo caſum Raph o eſt ipſum uerbum, &c.

In Tertia ſimiliter dices,

قمت فعل وفاعل وكلاهما مرفوعان محلا

ideſt, قمت eſt uerbum, & Agens (nam ت Pronomen eſt primæ perſonæ Agentis) & utrumque ipſorum eſt poſitum in Raph-o manſione (eo quod ambo ſint indeclinabilia, ut dictum eſt) &c.

Quarta tandem quoad uerbum agens, & patiens eodem modo reſoluitur, ſed in adiectiuo dicitur

كبيرا صفة لرجل منصوبة لفظا على التبعيه والعامل فيها النصب الفعل الناصب لمتبوعها

Hoc eſt كبيرا magnum eſt epithetum, ſeu adiectiuum hominis, nasbatum prolatione ratione ſubſequutionis, & operans in ipſo caſum Nasbo eſt uerbum pones in Nasbo id cui ipſum adiectiuum ſubſequitur, ſiue ſubſtantiuum eius.

Si manifeſtum nomen Agentis præmittendum ſit verbo, eodem pacto collocandum erit in caſu Raph-o, non tamen ratione verbi ſubſequentis, ſed quia ſit Mobtadaum; virtute autem verbi collocatur in Raph-o pronomen eius egrediens, vel latens, quod propriè tunc dicetur Agens, veluti

أَلْقَاضِى يُحِبُّ زَيْدًا Iudex diligit Zaidum.

أَلْأَسَارِى سَيَضْرِبُونَ ٱلْأَمِيرَ Serui percutient dominum.

زَيْدٌ لَمْ يَنْصُرْنِى Zaidus non iuuit me.

Quæ orationes ſic reſoluuntur, vt Præmiſſum nomen Agens manifeſtum dicatur Mobtadaum, ac proinde collocatum in caſu Raph-o: ſumma verò ſubſequens conſtans ex verbo, & Agente egrediente, vel latente dicitur Chabarũ complens cum præ-

præmiſſo Mobtadao aliam ſummam, ſiu e orationem compoſitam; quod totum Arabico more, ac idiomate ſic diceretur, videlicet in prima,

القاضى اسم مرفوع تقديرا على انه مبتدا وعلامة رفعه ضمة مقدرة
فى اخره منع من ظهورها الاستثقال ورافعه التجرد من العوامل ويجب
فعل مضارع مرفوع لفظا بضمة ظاهرة فى اخره ورافعه التجرد ايضا
وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى القاضى مرفوع محلا ليجب وزيدا
اسم منصوب لفظا على انه مفعول به ليجب فالفعل مع فاعله
المستتر فيه جملة فعليه مرفوعة محلا بانها خبر للمبتدا والمبتدا مع
خبره جملة اسمية لا محل لها من الاعراب لكونها غير واقعة
مقام المفرد

In ſecunda verò oratione dicendum.

الاسارى اسم مرفوع تقديرا بضمة مقدرة فى الاخر وعامل رفعه
الابتداية ويضربون فعل مضارع مرفوع لفظا التجرد وعلامة رفعه
النون الذى فى اخره والواو الذى قبل النون ضمير بارز راجع الى
الاسارى وهو مرفوع محلا بانه فاعل ليضربوا الاميرون وزيدا منصوب
لفظا على المفعولية ليضربون والفعل مع فاعل جملة فعلية خبرا
المبتدا وموضع خبر جملة اسمية والباقى

In vltima tandem dicetur pariter

زيد مبتدا ولم حرف نفى وينصر فعل مضارع مجزوم لفظا بسكون
اخره وجازمه لم وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى زيد مرفوع محلا
لينصر والنون والياء ضمير منصوب على المفعولية فالمبتدا مع

الخبر المسند اليه جملة اسمية غير معربة محلا لعدم وعوتهـــا مقام المفرد

Per Accidens quoque adijcitur interdum nomen aliquod contractum annexione, vel particulis, veluti

سَيُحِبُّ زَيْدٌ أَبَاهُ إِلَى ٱلْمَمَاتِ Diliget Zaidus Patrem ſuum vſque ad tempus mortis.

ضَرَبَنِي غُلَامُ زَيْدٍ بِسَيْفِهِ Percuſſit me ſeruus Zaidi gladio ſuo.

زَيْدٌ يُحِبُّنِي بِكُلِّ قَلْبِهِ Zaidus amat me cum toto corde ſuo.

نَظَرَنِي رَجُلٌ مِنْ بَيْتِهِ Vidit me homo è domo ſua.

مَسَكَنِي أَسَارِي بِأَيْدِيهِمْ Tenuerunt me ſerui mei manibus ſuis.

Pro quarum reſolutione orationum dicendum ſimiliter ac in præcedentibus dictum eſt, quoad Agens, Patiens, Verbum ac Mobtadaum, ſed quoad contracta nomina dicendum in prima

ابا منصوب لفظا على المفعولية وعلامة نصبه الف ظاهرة فى اخره والهاء ضمير متصل راجع الى زيد مجرور محلا بانه مضاف اليه ابا والى حرف جار والممات اسم مجرور بها لفظا بكسرة ظاهرة فى اخره والجار مع المجرور متعلق بسيحب منصوب محلا بانه مفعول فيه والفعل مع فاعله جملة فعلية والباقى

Hoc eſt أَبَا eſt Nasbatum prolatione ratione patientiæ, & ſignum Nasbi eius eſt eliph patens in extremo eius; & eſt pronomen coniunctum regrediens ad Zaidum, eſtque giarratum loco, quia annexum eſt ipſi أَبَا, إِلَى eſt particula contra-

traƈionis, & الممات eſt nomen giarratum cum ea prolatione cum Keſra patente in vltimo eius, & giarrans cum giarrato eſt connexum cum سَبَبِ nasbatum loco, quia eſt مفعول فيه & verbum cum eius agente eſt ſumma verbalis, &c. Atque ex his patet facilè reſolutio orationum ſequentium.

Interdum ſæpè etiam (quod, vt alias diximus, à Latinis eſt alienum.) Agens verbi poſt Mobtadaum ſequentis non eſt pronomen Mobtadaum referens, ſed nomen aliud manifeſtum, vel pronomen ſeiunƈum omninò diuerſum, ità vt fiat Chabarum Mobtadai ſumma verbalis ipſi alioqui omninò impertinens, niſi pronomen aliquod ipſum referens Agenti, vel Patienti, vel adiunƈo Alteri affigatur, cuius ope verbalis ſumma ad Mobtadaum ad inſtar Chabari deuoluatur, veluti

| | |
|---|---|
| زَيْدٌ ضَرَبَنِي غُلَامُهُ | Zaidus percuſsit me ſeruus eius. |
| زَيْدٌ جَرَحَ أَبَاهُ عَمْرٌو | Zaidus vulnerauit Patrem eius Amrus. |
| زَيْدٌ أَقْتُلُ أَخَاهُ | Zaidus occidam fratrem eius. |

Quæ omnes orationes eodem modo quo præcedentes reſoluuntur, vt.

زيد مبتدا ضرب فعل ماض ني مفعول به لضرب غلام مرفوع بانه فاعل لضرب والفعل مع فاعله جملة فعلية مرفوعة محلا لوقوعها خبرا لزيد والمبتدا مع خبره جملة اسمية غير معربة محلا لعدم وقوعها موضع المفرد

## Secundus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam autem verba præter patiens Nasbatum, clarum. exigunt etiam nomen aliud contraƈum præpoſitione ب Quorum aliqua æquiualent quibuſdam Latinorum ver-

verbis tertij ordinis actiuorum, vt

بَشَّرَ يُبَشِّرُ تَبْشِيرًا Nuntiauit.

أَخْبَرَ يُخْبِرُ إِخْبَارًا Narrauit, certum fecit.

veluti أُبَشِّرُكَ بِكَلَامِ ٱللّٰهِ *nuncio tibi ſermonem* Dei, & أَخْبَرْتَنِى بِقَوْلٍ جَدِيدٍ *narraſti mihi ſermonem nouum*. Vbi pro reſolutione dices,

ابشر فعل مضارع فاعله مستتر فيه ك منصوب محلا لانه مفعول به
والباء حرف جر كلام مجرور به والجار والمجرور منصوب محلا بانه
مفعول به غير صريح الله مجرور لاضافة الكلام اليه

Hoc eſt أُبَشِّرُ eſt verbum Modzhareum, cuius Agens eſt latens in ipſo. ك eſt nasbatum loco, quia eſt patiens, & ب eſt particula contractionis. كلام eſt giarratum cum ea; & giarrans, & giarratum eſt nasbatum loco, quia eſt patiens non clarum. الله eſt giarratum propter annexionem كلام ad ipſum. Atque ex his patet reſolutio alterius orationis.

## Tertius Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

Quædam rurſus verba exigunt nomen contractum præpoſitione عَلَى vt

حَمَدَ يَحْمَدُ حَمْدًا Laudauit.

شَكَرَ يَشْكُرُ شُكْرًا Gratias egit.

velu-

veluti أَحْمَدُكَ عَلَى حُسْنِكَ *laudo te ſuper*, ſiue circa *pulchritudinem tuam.* شَكَرْتُهُ عَلَى إِحْسَانِهِ *gratias egi ei pro beneficentia eius.*

## Quartus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam exigunt nomen contractum cum præpoſitione مِنْ vt

نَجَّى يُنَجِّي نَجْوًا وَنَجَاةً liberauit, erripuit.

خَلَّصَ يُخَلِّصُ تَخْلِيصًا ſaluauit, liberauit.

أَخْرَجَ يُخْرِجُ إِخْرَاجًا Eduxit.

أَبْعَدَ يُبْعِدُ إِبْعَادًا Elongauit, ſemouit.

إِسْتَعَارَ يَسْتَعَارُ إِسْتِعَارَةً Mutuauit.

veluti نَجَّانِي مِنَ ٱلْمَوْتِ *Liberauit me de morte.* أُخَلِّصُكَ مِنْ عَدُوِّكَ *liberabo,* ſaluabo *te ab inimico tuo.* & ſic de cæteris.

## Quintus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam exigunt contractum præpoſitione إِلَى vt

ادخالا

أَدْخَلَ يُدْخِلُ إِدْخَالًا Introduxit.

أَدْغَمَ يُدْغِمُ إِدْغَامًا Immiſit.

حَوَّجَ يُحَوِّجُ تَحْوِيجًا Indigere fecit.

أَسْنَدَ يُسْنِدُ إِسْنَادًا Connexit.

أَضَافَ يُضِيفُ إِضَافَةً Annexit.

Veluti أَدْخَلْتُهُ إِلَى ٱلْمَسْجِدِ *introire feci eum in Eccleſiam,*

حَوَّجَنِي إِلَى دَرَاهِمَ *indigere me fecit nummis.*

## Sextus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam, quia motus locales, vel quid ſimile, connotant; duplex nomen contractum, tanquam duplicem terminum, poſtulant, alterum præpoſitione مِن alterum præpoſitione إِلَى veluti

نَقَلَ يَنْقُلُ نَقْلًا Tranſtulit.

أَرْسَلَ يُرْسِلُ إِرْسَالًا Miſit.

قَلَبَ يَقْلِبُ قَلْبًا Conuertit.

velu-

veluti نَقَلَ ٱلْخُبْزَ مِنَ ٱلدَّارِ إِلَى ٱلْكَرْمِ *tranſtulit panem de domo in vineam,* أَرْسَلْتُ غُلَامِي مِنَ ٱلدَّارِ إِلَى ٱلسُّوقِ *miſi ſeruum meum de domo in plateam.*

Alia tandem aliis præpoſitionibus conſtruuntur iuxtà diuerſitates actionum, quas denotant; ſicut etiam ex prædictis nonnulla aliis quoque modis conſtruuntur. Quæ omnia latius explicare huius loci non eſt, ſed vocabularij potius verbalis ad hoc (annuente Deo) fabricandi.

## De tranſitiuis Secundæ Claſsis.

VErba Regularia Secundæ tranſitiuorum Claſſis, vt dictũ fuit in duo tranſeunt Patientia clara eaq. ambo collocant in Caſu Nasbo. Cuiuſmodi ſunt,

هَدَى يَهْدِي هُدًى Direxit, oſtendit.

أَعْطَى يُعْطِي إِعْطَاءٌ Dedit, donauit.

عَلَّمَ يُعَلِّمُ تَعْلِيمًا Docuit.

كَسَى يَكْسِي كِسَاءٌ وَكِسْوَةٌ Induit.

Dices اعطيت زيدا درهما *dedi Zaido nummum,* علمتك العلم *docui te ſcientiam,* كَسَانِي زَيْدٌ جُبَّةً *induit me Zaidus veſtem.*

Quas omnes orationes facillimum eſt reſoluere ſi nempe vtrumque nomen dicatur eſſe Nasbatum, quia vtrumque eſt patiens.

lùm verba cordis, & deficientia, aliquaue alia conſequitur, de quibus infra. Atque hæc in vniuerſum de verborum conſtructione dicta ſufficiant; modo peculiares ſingularum ſpecierum conſtructiones explicare oportet.

## CAPVT OCTAVVM.

### De Conſtructione Verborum Regularium Primæ ſpeciei, quæ ſunt Tranſitiua Actiua.

VT iam præcedenti libro diximus, verba tranſitiua in vniuerſum dicuntur illa, quibus Agens immediatè afficit obiectum, vel paſſum aliquod; ſiue quæ denotant actionem abſque alterius particulæ adminiculo in aliud tranſeuntē. Quæ quidem, vt ibidem innuimus, ſunt in triplici differentia. Quædam enim tranſeunt in vnicum paſſum; quædam verò in duo: quædam tandem in tria.

Rurſus hæc omnia dupliciter efformari, ac adhiberi poſſunt nempè Actiuè, & Paſſiuè. Cum quidem adhibentur Actiuè qua ratione explicanda ſunt in hoc cap. dicuntur معروفة .i. *cognita*, eo quod tunc ſciatur, & cognoſcatur perſona Agentis, quæ ſemper explicatur, vel per pronomen manifeſtum, vel per pronomen nominis manifeſti ſaltem latens. Cum autem adhibentur paſſiuè dicuntur مجهولة .i. *ignorata*, ſeu ignota, quod non ſciatur, nec explicetur Agens, vt ſequenti cap. dicemus. Porrò quæ tranſeunt in tria Patientia, ſiue Paſſa, non regularia, ſed Audibilia ſunt, ſicut nonnulla eorū quæ in duo Patientia tranſeunt. Vnde in Præſenti capite de duabus ſolum tranſitiuorum Claſſibus Agendum ſupereſt, nempè Primo de omnibus his, quæ in vnicum paſſum tranſeunt, ac ſecundo de his, quæ in duo tranſeunt Patientia.

## De Tranſitiuis Primæ Claſſis.

OMnia Claſſis huius verba conueniunt in collocando Agente in caſu Raph-o, & Patiente in caſu Nasbo; verumtamen inter ſe differunt; nam aliqua natura ſua ſolo Ageute, & Patiente gaudent, nec nomen aliud expetunt, niſi per accidens adijciantur illa quinque nomina, quæ ſcilicet ſpeciem, numerum, inſtrumentum, modum, locum, tempus, ſtatum, ac diſpoſitionem agentis, vel patientis, aut actionis explicant, & hæc propriè ijs reſpondent Latinorum verbis, quæ ſub primo Actiuorum ordine collocantur. Alia verò ſunt, quæ tenacius expetunt contracta nomina, quamuis enim hæc non verbis, ſed quibus afficiuntur particulis, ſeu præpoſitionibus regantur, tamen quæ verbis hiſce actiones notantur eiuſmodi ſunt, ut præter Agens, & Patiens alia etiam particulis contracta nomina, uel obiecta explicanda requirant, circà quæ aliquo modo verſantur. Atque hæc Latinorum verbis cæterorum ordinum æquipollent. Vnde ad inſtar Latinorum verba omnia Claſſis huius in plures diſtribuuntur ordines.

## Primus Ordo tranſitiuorum primæ Claſſis.

QVædam enim tranſitiua ſolis perficiuntur Agente, & Patiente, quorum illud raph-ant, hoc uerò nasbant, ut

حَبَّ يُحِبُّ حُبًّا Amauit, voluit.

نَصَرَ يَنْصُرُ نَصْرًا Iuuit.

ضَرَبَ يَضْرِبُ ضَرْبًا Percuſſit.

فَتَحَ يَفْتَحُ فَتْحًا Aperuit.

رَأَى يَرَى رَأْيًا Vidit.

فعل

| | | | |
|---|---|---|---|
| فَعْلًا | يَفْعَلُ | فَعَلَ | Fecit. |
| أَخْذًا | يَأخُذُ | أَخَذَ | Accepit. |
| تَرْكًا | يَتْرُكُ | تَرَكَ | Reliquit: |
| رَسْمًا | يَرْسُمُ | رَسَمَ | Deſcripſit. |
| تَبْعًا | يَتْبَعُ | تَبِعَ | Sectatus eſt. |

## Appendix.

His uerbis exempli cauſa dices.

حَبَّ زَيْدٌ عَمْرُوا Amauit Zaidus Amrum.

ضَرَبَنِى ٱلْفَتَى Percuſſit me Puellus.

فَتَحْتُ ٱلْبَابَ Aperui ianuam.

رَأَيْتُ رَجُلًا كَبِيرًا Vidi hominem magnum.

Quæ orationes more ipſorum ſic reſoluuntur, ſeu explicantur (quod apud ipſos dicitur اعراب ut etiam præcedenti libro diximus) uidelicet, ut in prima dicatur

حب فعل ماض مرفوع محلا لتجرده من الناصب والجازم وزيد اسم مرفوع لفظا بانه فاعل لحب وعلامة رفعه ضمة ظاهرة فى اخره وعمروا اسم منصوب لفظا لكونه مفعولا به لحب وعلامة نصبه فتحة ظاهرة فى اخره فالفعل مع فاعله المسند اليه جملة فعلية لا محل لها من الاعراب لعدم وقوعها مقام المفرد .

Hoc

Hoc eſt حب *amauit*, eſt uerbum Præteritum obtinens caſum Raph-o manſioneſeu loco ob eius expiationem,ſeu carentiam operantis in Nasbantis,& Giezmantis. Et زيد eſt collocatum in caſu Raph-o Prolatione, eo quod ſit Agens operi uerbi حب,& ſignũ ſui caſus Raph-o eſt motio dzhami patens, ſiue expreſſa in vltimo eius. Et عمروا *Amrum* eſt collocatum in Nasbo prolatione eo quod ſit Patiens, ſiue id in quo agitur propter verbum حب: Et ſignum caſus eius Nasbo eſt motio Phathh patens in vltimo eius. Verbum autem cum Agente eius cui connectitur ſunt ſimma verbalis,cui non eſt caſus aliquis declinationis ob carentiam caſus, ſeu euentus eius in locum ſimplicis.

Secunda ſimiliter reſoluitur, videlicet

ضرب فعل ماض مرفوع محلا

Ideſt ضرب *percuſſit*, eſt verbum præteritum poſitum in Raph-o Manſione. Præteritum non eſt معرب declinabile, vt prolatè poſſit eſſe in caſibus, ſiue modis, ſed eſt مبنى firmatum, ut ſuo loco diximus.

والعامل فيه الرفع تجرده من الناصب والجازم

Et operans in eo caſum Raph-o eſt ipſius expurgatio ab operante collocante in Nasbo, & Giezmo.

والنون والياء ضمير متكلم متصل منصوب محلا بانه مفعول به لضرب

& littera ن, & ى ſunt pronomen primæ perſonæ coniunctum, ſeu affixum poſitum in caſu Nasbo manſione(pronomina enim ſimiliter ſunt مبنية *firmata*, vnde non prolatione,ſed firmatione fruuntur caſibus) eo quod ipſum ſit Patiens ob verbum ضرب.

والعامل فيه النصب هو الفعل

Et operans in ipſo caſum Nasbo, ideſt, id,à quo regitur,eſt ipſum verbum.

والفتى اسم مرفوع تقديرا بضمة مقدرة فى اخره منع من ظهورها التعذر

Et الفتى Puellus eſt nomen poſitum in caſu Raph-o virtualiter cũ motione dzham virtualiter latente in vltimo eius: prohibuit, ſeu impediuit apparentiam eius excuſatio, ideſt, inhabilitas ad ſuſcipiendam motionem, quæ eſt in littera eliph ex

Eee ى

ى originali mutata, eiusque ſolam formam retinente, propter quam ineptitudinem nomen ab expreſſa motionis ſuſceptione excuſatur.

وهو فاعل لضرب والعامل فيه الرفع هو الفعل

& ipſum eſt Agens propter verbum ضرب & operans in ipſo caſum Raph o eſt ipſum uerbum, &c.

In Tertia ſimiliter dices,

فنعت فعل وفاعل وكلا هما مرفوعان محلا

ideſt, فنعت eſt uerbum, & Agens (nam ت Pronomen eſt primæ perſonæ Agentis) & utrumque ipſorum eſt poſitum in Raph-o manſione (eo quod ambo ſint indeclinabilia, ut dictuui eſt) &c.

Quarta tandem quoad uerbum agens, & patiens eodem modo reſoluitur, ſed in adiectiuo dicitur

كبيرا صفة لرجل منصوبة لفظا على التبعيه والعامل فيها النصب الفعل الناصب لتبوعها

Hoc eſt كبيرا magnum eſt epithetum, ſeu adiectiuum hominis, nasbatum prolatione ratione ſubſequutionis, & operans in ipſo caſum Nasbo eſt uerbum pones in Nasbo id cui ipſum adiectiuum ſubſequitur, ſiue ſubſtantiuum eius.

Si manifeſtum nomen Agentis præmittendum ſit verbo, eodem pacto collocandum erit in caſu Raph-o, non tamen ratione verbi ſubſequentis, ſed quia ſit Mobtadaum; virtute autem verbi collocatur in Raph-o pronomen eius egrediens, vel latens, quod propriè tunc dicetur Agens, veluti

أَلْقَاضِى يُحِبُّ زَيْدًا Iudex diligit Zaidum.

أَلْأَسَارِى سَيَضْرِبُونَ ٱلْأَمِيرَ Serui percutient dominum.

زَيْدٌ لَمْ يَنْصُرْنِى Zaidus non iuuit me.

Quæ orationes ſic reſoluuntur, vt Præmiſſum nomen Agens manifeſtum dicatur Mobtadaum, ac proinde collocatum in caſu Raph-o: ſumma verò ſubſequens conſtans ex verbo, & Agente egrediente, vel latente dicitur Chabarũ complens cum

præ-

præmiſſo Mobtadao aliam ſummam, ſiue orationem compoſitam; quod totum Arabico more, ac idiomate ſic diceretur, videlicet in prima,

القاضى اسم مرفوع تقديرا على انه مبتدا وعلامة رفعه ضمة مقدرة
فى اخره منع من ظهورها الاستثقال ورافعه التجرد من العوامل ويحب
فعل مضارع مرفوع لفظا بضمة ظاهرة فى اخره ورافعه التجرد ايضا
وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى القاضى مرفوع محلا ليحب وزيدا
اسم منصوب لفظا على انه مفعول به ليحب فالفعل مع فاعله
المستتر فيه جملة فعليه مرفوعة محلا بانها خبر للمبتدا والمبتدا مع
خبره جملة اسمية لامحل لها من الاعراب لكونها غير واقعة
مقام المفرد

In ſecunda verò oratione dicendum.

الاسارى اسم مرفوع تقديرا بضمة مقدرة فى الاخر وعامل رفعه
الابتداية ويضربون فعل مضارع مرفوع لفظا التجرد وعلامة رفعه
النون الذى فى اخره والواو الذى قبل النون ضمير بارز راجع الى
الاسارى وهو مرفوع محلا بانه فاعل ليضربو الاميرون وزيدا منصوب
لفظا على المفعولية ليضربون والفعل مع فاعل جملة فعلية خبرا
المبتدا وموضع خبر جملة اسمية والباقى

In vltima tandem dicetur pariter

زيد مبتدا ولم حرف نفى وينصر فعل مضارع مجزوم لفظا بسكون
اخره وجازمه لم وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى زيد مرفوع محلا
لينصر والنون والياء ضمير منصوب على المفعولية فالمبتدا مع

الخبر المسند اليه جملة اسمية غير معربة محلا لعدم وقوعها مقام المفرد

Per Accidens quoque adijcitur interdum nomen aliquod contractum annexione, vel particulis, veluti

سَيُحِبُّ زَيْدٌ أَبَاهُ إِلَى الْمَمَاتِ Diliget Zaidus Patrem ſuum vſque ad tempus mortis.

ضَرَبَنِي غُلَامُ زَيْدٍ بِسَيْفِهِ Percuſſit me ſeruus Zaidi gladio ſuo.

زَيْدٌ يُحِبُّنِي بِكُلِّ قَلْبِهِ Zaidus amat me cum toto corde ſuo.

نَظَرَنِي رَجُلٌ مِنْ بَيْتِهِ Vidit me homo è domo ſua.

مَسَكَنِي أُسَارِي بِأَيْدِيهِمْ Tenuerunt me ſerui mei manibus ſuis.

Pro quarum reſolutione orationum dicendum ſimiliter ac in præcedentibus dictum eſt, quoad Agens, Patiens, Verbum ac Mobtadaum, ſed quoad contracta nomina dicendum in prima

ابا منصوب لفظا على المفعولية وعلامة نصبه الالف ظاهرة في اخره والهاء ضمير متصل راجع الى زيد مجرور محلا بانه مضاف اليه ابا والى حرف جار والممات اسم مجرور بها لفظا بكسرة ظاهرة في اخره والجار مع المجرور متعلق بسيحب منصوب محلا بانه مفعول فيه والفعل مع فاعله جملة فعلية والباقي

Hoc eſt أَبَا eſt Nasbatum prolatione ratione patientiæ, & ſignum Nasbi eius eſt eliph patens in extremo eius; & eſt pronomen coniunctum regrediens ad Zaidum, eſtque giarratum loco, quia annexum eſt ipſi أَبَا, إِلَى eſt particula contra-

tractionis, & الممات eſt nomen giarratum cum ea prolatione cum Keſra patente in vltimo eius, & giarrans cum giarrato eſt connexum cum سَيَضْرِبُ nasbatum loco, quia eſt مفعول فيه & verbum cum eius agente eſt ſumma verbalis, &c. Atque ex his patet facilè reſolutio orationum ſequentium.

Interdum ſæpè etiam (quod, vt alias diximus, à Latinis eſt alienum.) Agens verbi poſt Mobtadaum ſequentis non eſt pronomen Mobtadaum referens, ſed nomen aliud manifeſtum, vel pronomen ſeiunctum omninò diuerſum, ità vt fiat Chabarum Mobtadai ſumma verbalis ipſi alioqui omninò impertinens, niſi pronomen aliquod ipſum referens Agenti, vel Patienti, vel adiuncto Alteri affigatur, cuius ope verbalis ſumma ad Mobtadaum ad inſtar Chabari deuoluatur, veluti

| | |
|---|---|
| زَيْدٌ ضَرَبَنِي غُلَامُهُ | Zaidus percuſsit me ſeruus eius. |
| زَيْدٌ جَرَحَ أَبَاهُ عَمْرٌو | Zaidus vulnerauit Patrem eius Amrus. |
| زَيْدٌ أَقْتُلُ أَخَاهُ | Zaidus occidam fratrem eius. |

Quæ omnes orationes eodem modo quo præcedentes reſoluuntur, vt.

زيد مبتدا ضرب فعل ماض ني مفعول به لضرب غلام مرفوع بانه
فاعل لضرب والفعل مع فاعله جملة فعلية مرفوعة محلا لوقوعها
خبرا لزيد والمبتدا مع خبره جملة اسمية غيرمعربة محلا لعدم
وقوعها موضع المفرد

## Secundus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam autem verba præter patiens Nasbatum, clarum. exigunt etiam nomen aliud contractum præpoſitione ب Quorum aliqua æquiualent quibuſdam Latinorum ver-

verbis tertij ordinis actiuorum, vt

بَشَّرَ يُبَشِّرُ تَبْشِيرًا Nuntiauit.

أَخْبَرَ يُخْبِرُ إِخْبَارًا Narrauit, certum fecit.

veluti أُبَشِّرُكَ بِكَلَامِ ٱللّٰهِ *nuncio tibi ſermonem* Dei, & أَخْبَرْتَنِي بِقَوْلٍ جَدِيدٍ *narraſti mihi ſermonem nouum*. Vbi pro reſolutione dices,

ابشر فعل مضارع فاعله مستتر فيه ك منصوب محلا لانه مفعول به
والباء حرف جر كلام مجرور به والجار والمجرور منصوب محلا بانه
مفعول به غير صريح الله مجرور لاضافة الكلام اليه

Hoc eſt أُبَشِّرُ eſt verbum Modzhareum, cuius Agens eſt latens in ipſo. ك eſt nasbatum loco, quia eſt patiens, & ب eſt particula contractionis. كلام eſt giarratum cum ea; & giarrans, & giarratum eſt nasbatum loco, quia eſt patiens non clarum. الله eſt giarratum propter annexionem كلام ad ipſum. Atque ex his patet reſolutio alterius orationis.

## Tertius Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam rurſus verba exigunt nomen contractum prępoſitione عَلَى vt

حَمَدَ يَحْمِدُ حَمْدًا Laudauit.

شَكَرَ يَشْكُرُ شُكْرًا Gratias egit.

velu-

veluti أَحْمَدُكَ عَلَى حُسْنِكَ *laudo te ſuper*, ſiue circa *pulchritudinem tuam.* شَكَرْتُهُ عَلَى إِحْسَانِهِ *gratias egi ei pro beneficentia eius.*

## Quartus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam exigunt nomen contractum cum præpoſitione مِنْ vt

نَجَّى يُنَجِّي تَنْجِيَةً liberauit, erripuit.

خَلَّصَ يُخَلِّصُ تَخْلِيصًا ſaluauit, liberauit.

أَخْرَجَ يُخْرِجُ إِخْرَاجًا Eduxit.

أَبْعَدَ يُبْعِدُ إِبْعَادًا Elongauit, ſemouit.

إِسْتَعَارَ يَسْتَعَارُ إِسْتِعَارَةً Mutuauit.

veluti نَجَّانِي مِنَ ٱلْمَوْتِ *Liberauit me de morte.* أُخَلِّصُكَ مِنْ عَدُوِّكَ *liberabo*, ſaluabo *te ab inimico tuo.* & ſic de cæteris.

## Quintus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

QVædam exigunt contractum præpoſitione إِلَى vt

ادخالا

أَدْخَلَ يُدْخِلُ إِدْخَالًا Introduxit.

أَدْغَمَ يُدْغِمُ إِدْغَامًا Immiſit.

حَوَّجَ يُحَوِّجُ تَحْوِيجًا Indigere fecit.

أَسْنَدَ يُسْنِدُ إِسْنَادًا Connexit.

أَضَافَ يُضِيفُ إِضَافَةً Annexit.

Veluti أَدْخَلْتُهُ إِلَى ٱلْمَسْجِدِ *introire feci eum in Eccleſiam*, حَوَّجَنِي إِلَى دَرَاهِمَ *indigere me fecit nummis.*

## Sextus Ordo tranſitiuorum Primæ Claſſis.

Quædam, quia motus locales, vel quid ſimile, connotant; duplex nomen contractum, tanquam duplicem terminum, poſtulant, alterum præpoſitione مِن alterum præpoſitione إِلَى veluti

نَقَلَ يَنْقُلُ نَقْلًا Tranſtulit.

أَرْسَلَ يُرْسِلُ إِرْسَالًا Miſit.

قَلَبَ يَقْلِبُ قَلْبًا Conuertit.

velu-

veluti نَقَلَ ٱلْخُبْزَ مِنَ ٱلدَّارِ إِلَى ٱلْكَرْمِ *tranſtulit panem de domo in vineam,* أَرْسَلْتُ غُلَامِي مِنَ ٱلدَّارِ إِلَى ٱلسُّوقِ *miſi ſeruum meum de domo in plateam.*

Alia tandem alijs præpoſitionibus conſtruuntur iuxtà diuerſitates actionum, quas denotant; ſicut etiam ex prædictis nonnulla alijs quoque modis conſtruuntur. Quæ omnia latius explicare huius loci non eſt, ſed vocabularij potius verbalis ad hoc (annuente Deo) fabricandi.

## De tranſitiuis Secundæ Claſsis.

VErba Regularia Secundæ tranſitiuorum Claſſis, vt dictũ fuit in duo tranſeunt Patientia clara eaq. ambo collocant in Caſu Nasbo. Cuiuſmodi ſunt,

هَدَى يَهْدِي هُدًى Direxit, oſtendit.

أَعْطَى يُعْطِي إِعْطَاء Dedit, donauit.

عَلَّمَ يُعَلِّمُ تَعْلِيمًا Docuit.

كَسَى يَكْسِي كِسَاء وَكِسْوَة Induit.

Dices اعطيت زيدا درهما *dedi Zaido nummum,* علمتك العلم *docui te ſcientiam,* كَسَانِي زَيْدٌ جُبَّةً *induit me Zaidus veſtem.*

Quas omnes orationes facillimum eſt reſoluere ſi nempe vtrumque nomen dicatur eſſe Nasbatum, quia vtrumque eſt patiens.

# CAPVT NONVM.

## De Conſtructione Verborum Regularium Secundæ Speciei, quæ ſunt Tranſitiua Paſsiua.

HACTENVS explicuimus qua ratione Tranſitiua Verba Actiuè conſtruantur. Sequitur explicandum modo quonam pacto eadem conſtruantur Paſſiuè. Porrò dupliciter hoc fieri poteſt, nempe modo quodam communi, vt ſupra cap.7. diximus: & modo particulari, de quo agendum eſt in præſenti, primo quidem in uerbis tranſitiuis Primæ Claſſis, quæ nimirum tranſeunt in unum paſſum. deinde quomodo in his quæ in duo.

## De Tranſitiuis Primæ Claſsis.

CVm Verba hæc Paſſiuè ædificantur ponitur Patiens, ſeu المفعول به in caſu Raph-o; Agentis verò nec in obliquo fit mentio vlla, propter quod Paſſiua verba dicuntur مجهول idest ignorata, numquam enim explicatur Agens, à quo actio prodijt, veluti

حُبَّ زَيْدٌ Amatus fuit Zaidus.

قُتِلَ رَجُلٌ Occiſus eſt homo.

ضُرِبَ ٱلْغُلَامُ Percuſſus fuit ſeruus.

## Appendix.

CVm Agens explicari intenditur, Actiuè conſtruendum eſt verbum, veluti. Percuſſus fuit ſeruus à Zaido ضرب

ضَرَبَ الْغُلَامَ زَيْدٌ, vel ſi à ſeruo inchoandus eſt ſermo, dicetur الْغُلَامُ ضُرِبَهُ زَيْدٌ *ſeruus percuſſit eum Zaidus*. Vbi الغلام *ſeruus*, fit Mobtadaũ; poniturq. in caſu Raph-o ab agente non prolato, qualis eſt ipſa carentia operantium dictionum. ſequens verò ſumma verbalis conſtans ex Verbo, & Agente, ſtat loco Chabari, ſeu enunciati.

Si quod nomen contractum verbo adhæreat, eodem pacto quo dictum eſt in Actiuis, hic etiam in paſſiuis adijcitur, veluti

ضُرِب صاحب البيت Percuſſus fuit Dominus Domus.

ضرب الغلام بالسيف Percuſſus fuit ſeruus gladio.

قيل هذا لاصحاب زيد Dictum fuit hoc amicis, ſocijs Zaidi.

ارسل لنا هدية من السما Miſſum eſt nobis donum de cælo.

## De Tranſitiuis Secundæ Claſſis.

CVm Verba hæc fiunt Paſſiua, ſiue Ignota, tunc reiecto Agente quodlibet duorum patientium locari poteſt in Raph-o ſuperſtite altero in caſu Nasbo, veluti

اعطى زيد درهما
اعطى درهم زيدا } Donatus fuit Zaidus denario, uel donatus fuit denarius Zaido.

كسى زيد جبة
كسيت جبة زيدا } Indutus fuit Zaidus veſtem, ſeu impoſita fuit veſtis Zaido.

# CAPVT DECIMVM.

## De Conſtructione Verborum Regularium Tertiæ ſpeciei, quæ ſunt Intranſitiua Formæ Actiuæ.

INTRANSITIVA verba ad differentiam Tranſitiuorum dicuutur غير متعدية ideſt ***non tranſitiua***, & لازمة ideſt ***immanentia***, quippe quorum actionibus nullum aliud immediate afficitur obiectum, vel paſſum præter ipſummet Agens, atque ad ea nomina cætera, vel tan tum particulis contrahuntur, quibus tamquam cauſſæ, termini, inſtrumenta, loca, tempora, vel obiecta, aut alia ratione ad eadem ſpectare notantur, uel ſi particulis careant, certè non erunt nasbata eo quod ſint Patientia, ſiuè paſſa propriè dicta; ſed quia forſitan erunt membra orationis illa, quæ ſuperius diximus communem caſum Nasbo ſibi uendicare, cuiuſmodi ſunt المصدر ſeu المفعول له , المفعول المطلق , المفعول فيه , & الحال uel forſitan erunt اسماء مبنة ***nomina ſpecificatiua***, quæ ut ibidem diximus obtinent caſum Nasbo peculiarem.

Porrò ad inſtar tranſitiuorum ſimiliter diuiduntur uerba hæc in plures ordines, quædam enim nullum eſſentialiter appetunt contractum nomen, ſolumq. accidentalibus adiunctis, numeri, ſpeciei, loci, temporis, diſpoſitionis, inſtrumenti, uel alterius adminiculi frui poſſunt. Alia uerò natura ſua expoſcunt contracta quædam nomina, quæ uelut obiecta peculiari quadam ratione reſpiciunt: uſque adeò, ut quamuis nomina hæc abſolutè dici nequeant مفعول به ***Patiens***, ſiue id, ***in quod actum eſt***, dicuntur tamen مفعول به غير صريح .i. ***Patiens non clarum***, quod quidem multifariam uenit uarijſque contrahitur particulis, ut ſingillatim in ſingulis uerborum ordinibus explicabimus.

Pri-

## Primus Ordo Intranſitiuorum.

HIc Ordo complectitur ea verba, quæ natura ſua non aliud nomen, vel obiectum reſpiciunt Præter Agens; vnde ſolum adijci poſſunt ipſis accidentalia, & communia, nempe loci, temporis, inſtrumenti, vel alterius adminiculi, quibus verba, ſiue actiones quælibet frui poſſunt, veluti

قَامَ يَقُومُ قِيَامًا Stare, ſurgere.

قَعَدَ يَقْعُدُ قُعُودًا Sedere, manere.

جَلَسَ يَجْلِسُ جُلُوسًا Sedere.

نَامَ يَنَامُ نَوْمًا Dormire.

بَادَ يَبِيدُ بَيْدًا Perire, deperdi.

حَصَلَ يَحْصُلُ حُصُولًا Exiſtere.

حَسُنَ يَحْسُنُ حُسْنًا Pulchrum, bonum eſſe.

جَادَ يَجُودُ جَوْدًا Bonum eſſe.

إِنْتَفَى يَنْتَفِي إِنْتِفَاءٌ Non eſſe.

Quibus verbis exempli cauſa dicitur قَامَ زَيْدٌ *ſtetit Zaidus*, أُقْعُدُوا *ſedete*, vel cum aliquibus adiunctis communibus. نِمْتُ لَيْلَةً وَنَهَارًا *dormiui vna nocte, ac vno die*. pro quarum reſolu-

ſolutione dices,

ليلا منصوب بانه مفعول فيه و نهارا منصوب با نه معطوف على ليلا

Hoc eſt لَيْلًا (eſt) Nasbatum, quia eſt مفعول فيه (ſeu tempus quo actum eſt) & نَهَارًا eſt Nasbatum, quia eſt coniunctum ſuper لَيْلًا.

## Secundus Ordo Intranſitiuorum.

QVædam autem verba ſæpè obtinent poſt ſe nomen contractum præpoſitione ب vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| لَمْقًا | يَلْصَقُ | لَصَقَ | Adhæſit. |
| عَوْذًا | يَعُوذُ | عَاذَ | Innixus eſt, confugit. |
| بَدْءٌ | يَبْدَءُ | بَدَأَ | Exorſus eſt, initium dedit. |
| مُرُورًا | يَمُرُّ | مَرَّ | Inceſſit, pertranſijt. |
| اِهْتِمَامًا | يَهْتَمُّ | إِهْتَمَّ | Solicitus, ſtudioſus fuit. |

veluti مَرَرْتُ بِبَيْتِكَ *inceſsi per domum tuam.* لَصَقَ الْمَاءُ بِالْأَرْضِ *adhæſit aqua terra,* قَدْ بَدَأْتُ بِالْكِتَابِ *iam incboaui librum.*

Ter-

## Tertius Ordo Intranſitiuorum.

QVædam obtinent nomen contractum præpoſitione عَلَى *ſupra*, vel contra, ſeu verſus. vt

غَضَبًا يَغْضَبُ غَضَبَ Indignatus eſt.

صَعْدًا يَصْعَدُ صَعَدَ Aſcendit.

veluti غَضَبَ ٱللّٰهُ عَلَى ٱلْخُطَاةِ *indignatus eſt Deus aduerſus peccatores.*

## Quartus Ordo Intranſitiuorum.

QVædam verò exigunt nomen contractum particula مِنْ , vt

خَوْفًا يَخَافُ خَافَ Timuit.

إِخْلَاصًا يَتَخَلَّصُ إِخْلَصَ Ereptus eſt.

بُعْدًا يَبْعُدُ بَعُدَ Diſtauit.

تَبَاعُدًا يَتَبَاعَدُ تَبَاعَدَ Se elongauit,ſeceſſit.

قُرْبًا يَقْرُبُ قَرُبَ Proximus,propinquus fuit.

veluti أَخَافُ مِنْ عَدُوِّى *timeo ab inimico meo*, قَرُبَ زَيْدٌ مِنْ أَصْحَابِهِ *proximus fuit Zaidus amicis ſuis.*

Quin-

## Quintus Ordo Intranſitiuornm.

QVædam vendicant ſibi nomen contractum particula إِلَى vt

اِحْتَاجَ يَحْتَاجُ اِحْتِيَاجًا Indiguit.

دَخَلَ يَدْخُلُ دُخُولًا Ingreſſus eſt.

وَجُهَ يُوجِهُ وَجْهًا Tendit.

veluti أَحْتَاجُ إِلَى عَوْنِ اللّٰهِ *indigeo auxilio Dei*. دَخَلْنَا إِلَى ٱلْهَيْكَلِ *introiuimus in templum*, نَتَوَجَّهُ إِلَى بَيْتِكَ *tendimus in domum tuam*.

## Sextus Ordo Intranſitiuorum.

QVædam obtinēt duplex nomen contractum alterum particula مِن alterum particula إِلَى quæ vt plurimum motus locales important, vt

رَاحَ يَرُوحُ رَوَاحًا Abijt.

سَارَ يَسِيرُ سَيْرًا Iter fecit.

مَشَى يَمْشِي مَشْيًا Ambulauit.

جريا

جَرَى يَجْرِى جَرْيًا Cucurrit.

رَجَعَ يَرْجِعُ رُجُوعٌ Reuerſus eſt.

veluti رُحْتُ مِنَ ٱلْبَيْتِ إِلَى ٱلسُّوقِ *abij de domo in plateam.*

سِرْتُ مِنَ ٱلْمَدِينَةِ إِلَى ٱلْبُسْتَانِ وَرَجَعْتُ مِنْ هُنَاكَ إِلَى بَيْتِى

*ambulaui de* Ciuitate *ad pomarium, & reuerſus ſum indè in domum meam.*

Alia verò tandem alijs præpoſitionibus in nomina tranſeũt, atque prædicta etiam ſæpè modis varijs vſurpantur, quorum vſus ex Dictionario verborum ad hoc (adiuuante Deo) fabricando palàm fiet.

# CAPVT VNDECIMVM.

## De Conſtructione Verborum Regularium Quartæ ſpeciei, quæ ſunt Intranſitiua Formæ Paſſiuæ.

INtranſitiua Verba eadem ratione, qua tranſitiua, dupliciter conſtrui, ac formari poſſunt Paſſiuè, nẽpè Primò modo quodã cõmuni, & vniuerſali, vt ſcilicet enuncientur de Maſdaro, vt سِيرَ سَيْرٌ *ambulata eſt ambulatio*, ideſt ambulatum eſt ambulatione quadam. Loco, vt سِيرَ فَرْسَخَانِ *ambulata ſunt dua leuca*, ideſt ambulatum eſt per duas leucas, vel tẽpore actionis vt سِيرَ شَهْرٌ *ambulatus eſt menſis*, ideſt ambula-

tum eſt per menſem;de quo etiã diximus ſup.c.7.Secundò verò paſſiuè formantur modo peculiari, ac proprio, de quo eſt præſenti capite differendum.

Certum eſt autem in primis non poſſe verba huiuſmodi, ad inſtar tranſitiuorum, paſſiuè conſtrui per ipſorum enunciationem de Patiente, ſiquidem non obtinent Patiens verum, & clarum,quale in tranſitiuis eſt المفعول به الصريح, de quo enunciari queant. Quædam enim verba nullum obtinent patiens; nec clarum,nec non clarum, quaiia ſunt ea Intranſitiua, quæ ſub primo ordine collocantur. Alia vero non habent patiens clarum, ſed ſolum exigunt nomen contractum, quod vt præcedenti cap. diximus ſolum dicitur مفعول به غير صريح .i. *Patiens non clarum*. De hoc igitur tantum enunciari poſſunt, veluti مُرَّ بِزَيْدٍ *tranſitum eſt per Zaidum*, غُضِبَ عَلَى زَيْدٍ *indignatum eſt*, ſeu indignatio facta eſt *aduerſus Zaidum*. يُخَافُ مِنَ ٱلشَّيْطَانِ *timetur à diabolo.* يُحْتَاجُ إِلَى دِينَارٍ *indigetur nummis*, سِيرَ مِنَ ٱلبَيْتِ إِلَى ٱلسُّوقِ *ambulatum eſt à domo vſque ad plateam*.

Quarum orationum Prima ſic reſoluitur.

مر فعل ماض مجهول ب حرف جر زيد مجرور به والجار والجرور
مرفوع محلا بانه مفعول به غير صريح قايم مقام الفاعل

Hoc eſt مر eſt vèrbum præteritum ignoratum, ideſt paſſiuum ب eſt particula contractionis. زيد eſt giarratum cum ea, & giarrans, & giarratum eſt Ræph-atum loco, quia eſt patiens non clarum ſtans loco Agentis. Atque ex hoc facillimè patet reliquarum orationum reſolutio.

CAPVT

# CAPVT DVODECIMVM.

## De Conſtructione Verborum Audibilium Primæ ſpeciei, quæ dicuntur verba Cordium.

APPELLANTVR Verba hæc افعال القلوب ideſt *Verba Cordium*, eo quod actus quoſdam ſignificant cogitandi, ſciendi, dubitandi, & opinandi, qui (vt communiter dicitur) ex corde, ſiue mente prodeunt; vnde eadem ratione vocantur alias افعال الشك واليقين ideſt, *verba dubij, & certi*.

Sunt autem omnia verba huiuſmodi tranſitiua, atque in duo tranſeunt patientia. Vnde tria regunt nomina. Primum eſt Agens, quod ponunt in caſu Raph-o. Secundum المفعول الاول *Patiens primum*. Tertium verò dicitur المفعول الثاني ideſt, *patiens ſecundum*, quæ ambo collocant in caſu Nasbo.

Cæterum verba eadem dicuntur etiam عوامل داخلة على المبتدا والخبر .i. *operantia intrantia ſuper Mobtadaum, & Chabarum*, ſiquidem non aliud important, quam actus quoſdam reſpicientes, ac denotantes peculiarem aliquam connexionem Chabari cum Mobtadao, ſiue prædicati cum ſubiecto. Atque adeò quod patiens primum dicitur reipſa eſt Mobtadaum, ſiue ſubiectum: Quodvè dicitur Patiens ſecundum non aliud eſt quam Chabarum, ſiue prædicatum Mobtadai, vt exemplis patebit. Quoniam verò ad omnimodam rationem Mobtadai, & Chabari requiritur deſtitutio, ſiue abſentia operantium prolatorum, vt in eorum definitionibus ſuperius diximus; Idcirco hæc patientia duo, quamuis reipſa naturam ſapiant ſubiecti, & prædicati, cum tamen à verbis hiſce regantur, non dicuntur abſolutè Mobtadaum, & Chabarum, ſed primum appellatur communi voce اسم *nomen*, atque ad maiorem explicationem adijcitur في باب ظننت *in porta verbi* ظننت *iudicaui*, hoc eſt nomen affectum verbis, quorum ſeries incipit à verbo ظننت *iudicaui*. Secundum verò Patiens eodem pacto non

 dicitur

dicitur abſolutè Chabarum, ſed cum hoc eodem addito, nempè خبرٌ في باب ظننت *Chabarum in porta*, ſeu portæ ظننت.

Sunt autem verba hæc potiſſima, ſeptem, quorum tria ſunt uerba certitudinis, ueluti

عَلِمَ يَعْلَمُ عِلْمًا Sciuit.

وَجَدَ يَجِدُ وَجْدًا Reperit.

رَأَى يَرَى رَأْيًا Vidit.

Alia item tria ſunt uerba dubij, ueluti

ظَنَّ يَظُنُّ ظَنًّا Exiſtimauit, imaginatus eſt.

حَسِبَ يَحْسِبُ حَسْبًا Iudicauit, arbitratus eſt.

خَالَ يَخِيلُ خَيْلًا Suſpicatus eſt.

Septimum præterea eſt medium inter priora, & poſteriora nempe زعم,

زَعَمَ يَزْعُمُ زُعْمًا وَزَعْمًا Credidit, opinatus eſt.

## Appendix.

His uerbis exempli cauſa dices,

أَعْلَمُ زَيْدًا قَوِيًّا Scio Zaidum fortem.

وَجَدَ زَيْدٌ عَمْرًوا عَالِمًا Inuenit Zaidus Amrum ſapientem.

Quæ orationes non ſecus reſoluuntur, ac præcedentes hactenus explicatæ quoad uerbum, & agens, ſiue Mobtadaum præcedens. Sed quoad duo nomina patientia dicetur exempli cauſa in priori.

اعلم فعل مضارع مرفوع وفاعله ضمير متكلم مستتر فيه مرفوع
محلا على الفاعلية وزيدا منصوب لفظا بانه مفعول اول لاعلم
وقويا منصوب لفظا بانه مفعول ثان لاعلم

Duo ex huiuſmodi uerbis, nempe حسب *Putauit* & خال *ſuſpicatus eſt* neceſſariò poſtulant huiuſmodi duo patientia, nec aliter adhibentur. Reliqua uerò etiam adhiberi poſſunt ad inſtar aliorum tranſitiuorum in unum patiens, dicitur enim علمت اسرارك *ſciui ſecreta tua*, eodem pacto, ac ſi diceretur عرفتها *noui ea*, ſimiliter dicitur وجدتك *inueni te*, quemadmodum dicitur صادفتك *aſſecutus ſum te*, item رايتك *vidi te*, ſicut بصرتك *conſpexi te*, & ظننت هذا *exiſtimaui hoc*, ideſt, اتهمته *imaginatus ſum illud*, & زعمت ذلك ideſt, قلته *dixi illud*.

Sed ظن hoc modo ſumptum prouenit à Maſdaro ظَنَّة *imaginatio*.

Sunt huiuſmodi uerbis duæ proprietates. Prima dicitur جواز الالغاء *licentia abolitionis*, eſt autem الغاء (prout Authores exponunt) ابطال العلاقة المفعولية بين هذه الافعال و مفعوليها لفظا و معنى .i.*exinanitio connexionis*, ſiue relationis *paſsiua inter hæc verba, & duo patientia ipſorum quoad prolationem, & quoad ſignificatum*, ſiue ſenſum. Quod totum non aliud eſt, quam ut liceat duo hęc patiētia collocare in Raph-o, ita ut conſiderentur, etiam quoad ſenſum, non tamquam patientia his uerbis affecta, ſed tamquam uerum Mobtadaum, & Chabarum, ita ut uerbum, quaſi diſiunctim, & inconciſè interijciatur, uel poſtponatur; hoc enim tunc ſolum fieri poteſt, quando uerba, uel in medio duorum nominum patientium, uel poſt utraque collocantur, ueluti cum dicitur زَيْدٌ ظَنَنْتُ قَاعِدٌ *Zaidus* (putaui) *ſedens*, زيد قاعد ظننت *Zaidus ſedēs putaui.* In quibus orationibus, Zaidus, & ſedens non amplius iam hababentur ut patientia uerbo affecta, ſed alterum tamquam Mobtadaum, alterum verò vt Chabarū collocantur in Raph-o.

Secun-

Secunda eorumdem Proprietas eſt التعليق ideſt *ſuſpenſio*, quæ exponitur ابطال العلاقة المفعولية بين الافعال و مفعوليها لفظا لا معنى .i. *exinanitio connexionis paſsiua inter verba, & duo eorum patietia quoad prolationem non quoad ſignificatum.* Quod quidem non aliud eſt, quam vt intelligantur duo patientia pendere quidem quoad ſenſum à verbo, tamquam patientia eius, non tamen locentur in Nasbo vti patientia decet, ſed in Raph-o. Quod ſolum accidit in tribus caſibus.

Primo cũ his verbis ſubſequitur ل inchoatiua, ſiue vt aiunt لام الابتداء de qua ſuo loco cap. vltimo præcedentis libri diximus, veluti عَلِمْتُ لَزَيْدٌ قَائِمٌ *ſciui equidem Zaidus ſtans.*

Secundo, Cum ſubſequitur particula aliqua negatiua, velut عَلِمْتُ مَا زَيْدٌ بِقَاعِدٍ *ſciui non Zaidus ſedens.*

Tertio, quãdo ſubſequitur particula interrogatiua, vel nomẽ aliquod interrogationis, veluti عَلِمْتَ أَزَيْدٌ فِي الدَّارِ أَمْ عَمْرٌو *ſciuiſti num Zaidus in domo, an Amrus?* vel عَلِمْتَ أَيُّهُمْ فِي الدَّارِ *ſciuiſti quis nam eorum in domo.*

Eodem pacto etiam cum duobus patientibus collocatis in Nasbo adhibentur alia nonnulla verba, quæ alioqui regularia ſunt, ac vno tantum patiente fruuntur cuiuſmodi ſunt

جَعَلَ يَجْعَلُ جَعْلًا وَجُعْلًا Poſuit, fecit, conſtituit.

تَرَكَ يَتْرُكُ تَرْكًا Reliquit.

خَلَقَ يَخْلُقُ خَلْقًا Creauit.

لَقِيَ يَلْقَى لَقْيًا وَلُقِيًّا Inuenit.

ارسالا

أَرْسَلَ يُرْسِلُ إِرْسَالًا Miſit.

صَفَّى يُصَفِّي تَصْفِيًا Elegit.

سَمَّى يُسَمِّي تَسْمِيَةً Nominauit, appellauit.

قَلَبَ يَقْلُبُ قَلْبًا Conuertit.

Dicitur enim

جَعَلْتُكَ رَئِيسًا Conſtitui, poſui te principem.

أَرْسَلْتُهُ قَاضِيًا Miſi eum iudicem.

تَرَكْتُهُ مَرِيضًا Reliqui eum infirmum.

Et ſic de cæteris.

Hac eadem verba cordium tranſeunt quandoque in tria Patientia. Quod accidit quando ædificantur iuxtà ædificium افعل, veluti اعلم *ſcire fecit*, ارأى *videre fecit*; tunc enim dici poterit أَعْلَمْتُ زَيْدَ عَمْرًا قَاعِدًا *ſcire feci Zaidum, Amrum ſedentem*; ideſt ſcire feci Zaido, quod Amrus erat ſedens, & أُرِيكُم زَيْدًا قَائِمًا *videre faciam vos Zaidum ſtantem*.

Cum autem verba hæc omnia adhibenda ſunt paſſiuè, tunc nullo pacto exprimendum eſt Agens. Sed (cum duo tantùm adſunt Patiētia) enunciandum eſt verbum paſſiuum de patiente primo, quod proinde collocatur in Raph-o ſuperſtite; ſecundo in caſu Nasbo, veluti عُلِمَ زَيدٌ كَبِيرًا *ſcitus fuit Zaidus magnus*, سُمِّيَ الْوَلَدُ زَيْدًا *appellatus fuit puer Zaidus*. Cum autem

autem verba tria obtinent patientia dupliciter adhiberi poſſunt paſſiuè. Primò vt enuncientur de Patiente primo collocato pariter in caſu Raph-o, reliquis duobus ſequentibus in Nasbo, veluti اعلم زيد عمروا قاعدا *factus eſt ſcire Zaidus Amrum ſedentem*, ideſt factus fuit Zaidus ſcire, ſiue certior, quod Amrus erat ſedens. Secundo enunciari poſſunt de patiente ſecundo collocato proindè in Raph o, ſuperſtite tertio in Nasbo; hoc autem ſolum accidit, cum quis non intendit, nec fieri vult mentionem patientis primi, veluti اعلم زيد كبيرا *factus fuit ſciri Zaidus magnus*.

## CAP. XIII.

### De Conſtructione Verborum Audibilium ſecundæ Speciei, quæ appellantur الافعال الناقصة ideſt Verba deficientia

HVIVSMODI verba dicuntur deficientia, eo quod intranſitiua cum ſint haud ſermonem perficiunt cum ſolo agente, ſed ad ſenſus integritatem neceſſario exigunt nomen aliud. Et quidem primum, nempe agens ipſorum, ſimiliter eſt quaſi mobtadaum, ſiue ſubiectum, de quo ſecundum tamquam Chabarum eius enunciatur. Quoniam verò reguntur vtraque ab eiſdem verbis, idcircò non abſolutè dicuntur Mobtadaum, & Chabarum, ſed primum dicitur اسم كان *nomen verbi* كان, eo quod verbum كان *fuit*, ſit primum in ordine; ſecundum verò dicitur خبر كان ideſt *Chabarum verbi* كان. Et quidem nomen collocatur in caſu Raph-o, Chabarum verò collocatur in Nasbo.

Cæterum verba hæc tredecim enumerantur potiſsima, videlicet:

كونا

كَانَ يَكُونُ كَوْنًا Fuit.

أَمْسَى يُمْسِي إِمْسَآءً Sero fuit, ſerotinauit.

أَصْبَحَ يُصْبِحُ إِصْبَاحًا Mane fuit, matinizauit.

أَضْحَى يُضْحِي إِضْحَآءً Meridie fuit, meridionauit.

ظَلَّ يَظَلُّ ظُلُولًا Die fuit.

بَاتَ يَبِيتُ بَيْتُوتَةً Noctu fuit pernoctauit.

صَارَ يَصِيرُ صَيْرًا Factus eſt.

لَيْسَ Non fuit.

مَازَالَ مَا يَزُولُ زَوْلًا
مَا ٱنْفَكَّ مَا يَنْفَكُّ
مَا فَتِئَ مَا يَفْتَأُ
مَا بَرِحَ
} Non deſtitit eſſe.

مَادَامَ Quamdiu fuit.

## Appendix.

His ergo Verbis exempli cauſſa dicetur كان زيد عالما *fuit Zaidus ſapiens*, امسى الظل طويلا *ſerotinauit*, i. ſero fuit

*umbra longa* اصبح البرد شديدا *matinizauit*, ideſt mane fuit *frigus vehemens*, اضحى الحر محرقا *meridionauit*, ideſt meridie fuit *calor comburens*; ظل زيد صايما *die fuit*, ſiue diem tranſijt Zaidus *ieiunus*, ſeu ieiunans ليس زيد قايما *non fuit Zaidus ſtans*, مازال زيد عالما *non deſtitit eſſe Zaidus ſciens*, ما انفك عمرو جالسا *non deſtitit eſſe Amrus ſedens*, ما فتى بكر محسنا *non deſtitit eſſe Bacrus benefaciens*, مابرح خالد كريما *non deſtitit eſſe Chaledus honoratus*, ſiue liberalis اجلس مادام زيد جالسا *ſedebo quamdiù fuerit Zaidus ſedens*. Pro quarum reſolutione orationum dicendum in prima.

كان فعل ماض وناقص وزيد مرفوع بانه اسمها وعالما منصوب لانه خبرها

Similiter quoque reſoluendæ ſunt orationes cæteræ affirmatiuæ, & negatiua conſtituta ex verbo ليس.

At verò negatiuæ ſequentes ſic reſoluuntur, videlicet,

ما حرف نفى زال فعل ماض ناقص وزيد اسمها مرفوع وعالما منصوب لانه خبرها

Similiter quoque reſoluuntur ſequentes.

Licet quoque præmittere Chabarum horum verborum nominibus eorundem: immo & verbis ipſis, veluti كان قاعدا زيد *fuit ſedens Zaidus*, فارحا امسى عمرو *lætus ſerotinauit Amrus*.

Non tamen hoc licet in ijs verbis, quæ præfixam habent particulam ما, ſiue negatiuam, ſiue temporalem; hæc enim neceſſario preire poſtulat. Vnde Chabarum in his verbis, ſolis nominibus eorum præferri poteſt, veluti مازال اميرا زيد *non deſtitit eſſe dominus*, ſiue Imperator *Zaidus*. ac ſimiliter dicendum eſt de verbo negatiuo ليس eo quod virtute contineat eamdem particulam.

Primum ex huiuſmodi deficientibus verbis, nempe كان *fuit* Quadruplicem ſenſũ gignere, ac quadrupliciter venire poteſt. Primo tãquam verbum deficiens ſignificans meram connexionẽ enunciati cum eo, de quo enunciatio fit, ſiue de ſubiecto, ita vt omninò æquiualeat verbo Latinorum ſubſtantiuo ſum es eſt.

Secundo adhiberi poteſt hoc verbum tamquam adiectiuum, ita ut idem valeat, ac extitit, ſiue accidit, vel euenit; qua ratione

tione præter Agens non indiget alio nomine ad actionem complendam, vnde ſic dicitur فعل تام ideſt, ***verbum perfectum***, non autem deficiens, veluti كان الامر ***fuit***, ſiue extitit ***negotiũ***.

Tertiò reperitur quandoque hoc uerbum addititium, ſiue in oratione ſuperfluum, ita vt hæc nullatenus immutetur ipſo reiecto, unde ſic dicitur زايد ideſt, ***abundans***, ſiue addititia. Hoc autem potiſſimum accidit in hac oratione admiratiua ما احسن زيدا ***quam pulcher Zaidus***? (de qua infra ſuo loco cap. 16. dicetur.) Poſt particulam enim ما ***quam***, apponitur interdum uerbum hoc كان ***fuit***, ueluti ما كان احسن زيدا ***quam pulcher Zaidus***? ubi uerbum كان nihil confert, nam ipſamet connexio inter ſubiectum, & enunciatum, quam verbum poteſt innuere, iam neceſſariò ſine verbo in ea oratione ſic efformata ac diſpoſita intelligitur, vt dicemus.

Quarto præmittitur interdum hoc idem uerbum ante integram ſummam abſque ullo expreſſo eius nomine, uel Agente, veluti كان زيد منطلق ***fuit Zaidus abiens***, ubi ***Zaidus*** eſt Mobtadaum, & ***abiens*** eſt chabarum eius, atque duo hæc ſolum perficiunt ſummam, ſubintelligitur enim copula (***eſt***.) At verò Agens ſiue nomen præcedentis uerbi كان dicitur tunc eſſe pronomen quoddam in eodem uerbo implicitum referens hoc nomen شان quod ***negotium***, ſiue rem, aut euentum ſignificat, quaſi dicatur كان الشان زيد منطلق ***fuit euentus Zaidus abiens***; ideſt contigit hoc factum, quod nimirum Zaidus eſt abiens. Vnde tunc verbum hoc dicitur مضمر فيها ضمير الشان ideſt, ***in quo ſubintelligitur pronomen*** nominis شان ***factum***. Quod quidem tantum pronomen vices gerit Agentis, ſiue nominis verbi, كان, ſubſequens verò ſumma ex alio Mobtadao, & Chabaro conſtituta habet ſe loco Chabari prædicto latenti pronomini reſpondentis. Vnde ſic oratio eadem reſoluenda eſt.

كان فعل ماض ناقص واسمها ضمير مضمر فيها مرفوع محلا وزيد
مبتداء ومنطلق خبره والمبتدا مع خبره جملة اسمية منصوبة محلا
لانها واقعة خبرا الضمير المضمر فى كان

Similiter verbum صار *factus eſt*, quandoque adhibetur vt verbum integrum, ſine chabaro, veluti صار الامر *factum fuit negotium*.

Verbum ليس caret modzhareo, maſdaro, & Imperatiuo ſolumque Præteritum habet, atque ad inſtar reliquorum ratione generis perſonarum, ac diuerſitatis numeri quattuordecim voces obtinet, nempe

لَيْسَ لَيْسَا لَيْسُوا لَيْسَتْ لَيْسَتَا لَسْنَ لَسْتَ لَسْتُمَا لَسْتُمْ

لَسْتِ لَسْتُمَا لَسْتُنَّ لَسْتُ لَسْنَا

Huius autem verbi chabarum in caſu Giarro locatur interdum præfixa quoque particula, ſiue præpoſitione ب hoc autem fit quotieſcumque per ipſum verbum non intenditur connotatio temporis præteriti, ſed reddat ſenſum meræ particulæ negatiuæ perindè ac ſi poſita eſſet ipſius loco particula ما vel لا *non*, veluti cũ dicitur ليس زيد بقايم *non Zaidus ſtans*, quemadmodum dicitur ما زيد بقايم, & لا زيد بقاعد.

Similiter مادام ſolum in præterito adhibetur cum particula temporali ما ac ſimiliter per voces quattuordecim reuoluitur. At vero ſi particula ما reijciatur, reſumit tunc reuoluta cætera, ac dicitur دَامَ يَدُومُ دَوَامًا, ſed hac rationem non amplius eſt verbum deficiens, ſed perfectum, ſignificans abſolutum quendam actum durandi ſeù permanendi in eſſe, ſiue exiſtentia, veluti دام زيد *permanſit* ſeù durauit *Zaidus*.

Si verba huiuſmodi deficientia iuxtà ædificium فَعَّلَ efformentur, omnia ntranſitiua fient, veluti

| | | | |
|---|---|---|---|
| تكوينا | يكوّن | كوّن | Eſſe fecit. |
| تمسية | يمسى | مسى | Serotinare fecit. |
| تصبيحا | يصبح | صبح | Matutinare fecit. |

ضحى

| | | | |
|---|---|---|---|
| تضحية | يضحى | ضحّى | Meridionare fecit. |
| تظليلا | يظلل | ظلل | Die eſſe fecit. |
| تبييتا | يبيت | بيت | Pernoctare fecit. |
| تصييرا | يصير | صير | Fieri fecit. |

Hac autem ratione eodem prorſus pacto conſtruuntur hæc verba, quo verba cordium, veluti كون زيد عمروا عالما *eſſe fecit Zaidus Amrum ſcientem.*

# CAPVT DECIMVMQVARTVM.

## De conſtructione Verborum Audibilium tertiæ ſpeciei, quæ ſunt افعال المقاربة i. verba propinquitatis.

VERBA Propinquitatis, ſiue approximationis ſic dicta ſunt quia denotant approximationem, ſiue propinquitatem quandam chabari, ſiue enunciati ad ſuum mobtadaum, ſiue ſubiectum: Hæc enim verba aduenire dicuntur mobtadao, & chabaro ad inſtar verborum deficientium; quamuis ob eandem rationem, quæ his verbis reguntur non abſolutè dicuntur mobtadaum, & chabarum, ſed primum, quod & ipſorum agens eſt, dicitur اسمها ideſt *nomen ipſorum*, ſcilicet verborum. Secundum etiam cum eodem addito dicitur خبرها ideſt *chabarum ipſorum*: Collocatur autem nomen in caſu raph-o & chabarum in caſu nasbo. Vnde verba hæc reuera ſpeciem operantium à verbis deficientibus diſtinctam non conſtituunt, cum habeant prorſus eandem actiuitatem, ſiue operationem, nihilominus ſeorſim traduntur ab Arabicis Authoribus propter peculiarem quandam ipſorum naturam, qua neceſſario exigunt, vt chabarum ipſorum ſit verbum aliquod modzhareum, immò integra

ſum-

ſumma verbalis, vt inferius patebit. Vnde quia non aliud ſimplex regunt, niſi nomen quod pônunt in Raph-o, idcirco dicuntur رافعة اسما واحدا ideſt, ***collocantia in caſu Raph-o nomen vnum***, quaſi hæc ſola eſſet actiuitas ipſorum, nihilominus vt dictum eſt actiuitas ipſorum duplex eſt, nimirum collocare in Raph-o & collocare in Nasbo, quamuis id quod in Nasbo collocant non ſit aliquid ſimplex, in quo manifeſtè, & لفظا ideſt, *quoad prolationem* appareat caſus Nasbo, ſed tantum محلا i. *loco* quia ſcilicet occupat locum chabari, quod expreſsè collocaretur in Nasbo ſi ſimplex eſſet. Sunt autem hæc verba.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | عَسَى | Appropinquauit propè fuit |
| كَيْدًا | يَكَادُ | كَادَ | ferè propè fuit |
| إِيشَاكًا | يُوشِكُ | أَوْشَكَ | oportuit, propè neceſse fuit, aduenit |
| كَرْبًا وَكُرُوبًا | يَكْرُبُ | كَرُبَ | appropinquauit |
| أَخْذًا | يَأْخُذُ | أَخَذَ | cœpit, accepit |
| جَعْلًا وَجُعْلًا | يَجْعَلُ | جَعَلَ | poſuit |
| طَفْقًا | يَطْفَقُ | طَفِقَ | Incœpit Appoſuit |

## Appendix.

PRimum verbum عسى caret modzhareo ſolumq. obtinet voces præteriti conſuetas. Conſtruitur autem dupliciter Primo adhibito immediatè poſt ipſum Agente ſiuè nomine eius, deinde adiuncto verbo modzhareo nasbato cum præmiſſa par-

particula maſdarali أَنْ veluti عَسَى زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ *appropinquauit*, ſiue propè eſt vel fuit *Zaidus vt egrederetur*. Quæ oratio ſic reſoluitur:

عسى فعل ماض من افعال المقاربة التى ترفع الاسم وتنصب الخبر زيد مرفوع لعسى بانه اسمه ان مصدريه يخرج فعل مضارع منصوب بان فاعله ضمير مستتر فيه راجع الى زيد والفعل مع ما عمل فيه منصوب المحل بانه خبر عسى

Ideſt عسى eſt verbum præteritum ex verbis approximationis, quæ collocant in Raph-o nomen, & in Nasbo chabarum زيد eſt collocatum in Raph-o propter عسى, propterea quod ipſum eſt nomen eius ان eſt maſdaralis يخرج eſt verbum modzhareum locatum in Nasbo propter ان Agens eius eſt pronomen in ipſo latens regrediens ad Zaidum, & verbum cum eo in quo operatum eſt, (i. ſumma verbalis conſtans ex verbo, & Agente, in quo verbũ operatur caſum Raph-o ſtat in caſu Nasbo loco, propterea quod eſt chabarum verbi عسى

Atque hac ratione verbum عسى idem importat quoad ſenſum, ac verbum tranſitiuum قارب approximauit. Vnde oratio عسى زيد ان يخرج interpretatur قارب زيد الخروج ideſt, *approximauit Zaidus exitum*.

Secundo conſtruitur عسى adhibito immediatè poſt ipſum verbum modzhareum nasbatum cum præmiſſa ſolum maſdarali ان ſubiuncto deindè vltimo loco nomine Agente, veluti عسى ان يخرج زيد *appropinquauit, vt egrediatur Zaidus*.

Hac autem ratione tota ſumma verbalis compoſita ex verbo modzhareo, & ſequenti nomen Agente manifeſto, ſe habet vt agens, ſiue nomen verbi عسى, nec opus eſt tunc alio Chabaro, cum iam integretur ſenſus; nam ſic verbum عسى æquipollet verbo intranſitiuo قَرُبَ appropinquauit, ſeu propinquum fuit, ita vt prædicta oratio عسى ان يخرج زيد interprete-

pretetur قرب ان يخرج زيد *prropinquum fuit quod egrediatur Zaidus.* Vnde reſoluitur oratio eadem ſic

عسى فعل ماض من افعال المقاربة ان مصدريه يخرج فعل مضارع منصوب بها زيد مرفوع بانه فاعل ليخرج و الفعل مع فاعله مرفوع المحل بانه اسم لعسى وموفى تاويل المصدر تقديره عسى خروج زيد

Secundum verbum eſt كَادَ, & hoc quidem variabile eſt, atq; ſignificat propinquitatem maiorem chabari, ſiue enunciati. Vnde præcedens verbum عسى dicitur موضوع لدنو الخبر رجاء idest, *impoſitum ad* (ſignandam, ſcilicet) *propinquitatem chabari quoad expectationem*, ſiue ſpem, dicitur enim veluti cum quadam expectatione, ſiue ſpe, Hoc vero dicitur موضوع لدنو الخبر حصولا .i. *impoſitum ad propinquitatem chabari quoad exiſtentiam*. Conſtruitur autem eodem pacto, quo عسى, excepto quod verbo modzharco non præponitur maſdaralis particula, ſed locatur in Raph-o atque abſolutè dicitur, verbigratia كادت الشمس تغرب *ferè occidit ſol*, quę oratio eodem prorſus pacto reſoluenda eſt, quo præcedens عسى زيد ان يخرج, veluti

كادت فعل ماض مونث الشمس مرفوعة بانها اسم لكادت تغرب فعل مضارع مرفوع لتجرده عن الناصب والجازم فاعله ضمير مستتر فيه راجع الى الشمس والفعل مع فاعله جملة منصوبه محلا بانها خبر لكادت .

Sed iuxtà quoſdam Authores notandum, Primo maſdaralem ان etiam in chabaro verbi كاد locum habere poſſe, ità vt etiam dicatur كاد الشمس ان تغرب.

Secundo poſſe etiam reijci à chabaro verbi عسى, vt etiam liceat dicere عسى زيد يخرج.

Ter-

Tertio poſſe etiam verbo كاد fieri nomen integram ſummam verbalem ſicut in عسى dictum eſt, ſcilicet dici quæat كاد ان تغرب الشمس *ferè eſt quod occidat ſol*.

Reliqua verba omnia dicuntur موضوعة الدنو الخبر اخذا فيه ideſt, *impoſita ad appropinquationem chabari accipiendo*, ſiue quoad acceptionem *in ipſa*. Et quidem اوشك conſtruitur interdum ad inſtar عسى ideſt, *cum maſdarali*, ان in chabaro veluti

اوشك زيد ان يخرج, *oportuit, neceſſe fuit*, ſeu *aduenit quod Zaidus egrediatur*. Interdum verò conſtruitur ad inſtar, كاد hoc eſt ſine maſdarali particula, veluti اوشك زيد يخرج. Quæ orationes eodem pacto reſoluuntur, quo præcedentes in عسى, & كاد.

Cætera verò verba, nempè قَرُبَ, أَخَذَ, جَعَلَ, & طَفِقَ ſolum conſtruuntur vt كاد, hoc eſt ſine particula maſdārali in chabaro, veluti

قرب زيد يجى Appropin quauit Zaidus, quod veniret.

اخذ زيد يقول Accepit, ſiue cœpit Zaidus dicere.

جعل زيد يتكلم Poſuit Zaidus loqui.

طفق زيد يذهب Appropinquauit Zaidus, quod abeat.

Quarum orationum reſolutio nullatenus quoque differt à reſolutionibus præcedentium.

# CAPVT DECIMVMQVINTVM.

## De Conſtructione Verborum Audibilium Quartæ ſpeciei, quæ dicuntur افعال المدح والذم Verba laudis, & improperij, ſiue improbationis.

VERBA huiuſmodi quattuor ſunt, quorum duo ſunt principalia, nempè نعم, & بيس duo verò reliqua dicuntur جاريان مجراهما .i. *currentes curſu eorum duorum*, ſcilicet نعم, & بيس eo quod quædam ipſis duobus propria ſint, quæ primis nullo pacto conueniunt, vt patebit, cuiuſmodi ſunt حبذا, & ساء. Dicta ſunt autem hæc verba Laudis, & improbationis; nam quę ex ipſis conficiuntur orationes actus quoſdam, ſiue affectus laudationis, vel improbationis erga aliquem denotant, veluti نعم الرجل زيد, quæ oratio propriè importat affectum quendam loquentis ergà Zaidum, quod ſit bonus homo. Similiter cũ dicitur بيست المرا. رعد ſignificantur affectus erga Ra-dam quod ſit mala mulier.

Sunt autem omnia verba hęc inuariabilia ratione temporis, modi, perſonarum, ac numeri, ſolumque ſuſcipiunt ت fæmininum tria nempe بيس نعم, & ساء reliquum verò حبذا prorſus inuariabile eſt.

Porrò regunt huiuſmodi verba duo nomina, quorum vtrũque in Raph-o collocant. Et quidem primum neceſſariò eſt nomen aliquod appellatiuum præſeferens articulum notificationis ال, ac ſignificans id in quo eſt bonus, vel malus, qui commendatur, vel improbatur, ſeu in quo commendatur, vel improbatur, quod nomen dicitur فاعل Agens. Secundum verò re-

regulariter eſt nomen aliquod propriũ, vel pronomen referens eum, qui commendatur, vel improbatur, quod proindè dicitur مخصوص بالمدح اوالذم .i. *appropriatum cum laude, vel improbatione*; quod ſecundum communiorem ſententiam dicitur مبتدا مقدم خبره, ideſt M*obtadaum cuius præmiſſum eſt Agens*; ſeu Mobtadaum poſtpoſitum, & præcedens ſumma ex verbo, & agente integrata dicitur chabarum eius præmiſſum, quaſi diceretur زيد نعم الرجل *Zaidus bonus eſt homo*.

Reſoluuntur autem prædictæ orationes ſic:

نعم فعل من افعال المدح الرجل مرفوع بانه فاعل زيد مرفوع بانه مبتدا مقدم خبره كان قيل زيد نعم الرجل والجملة من الفعـــــل والفاغل فى موضع الخبر.

Hoc eſt نعم, eſt verbum ex verbis laudationis الرجل eſt in caſu Raph-o, eo quod ſit Agens زيد eſt in caſu Raph-o, eo quod ſit Mobtadaum, cuius chabarum præmiſſum eſt, quaſi dictum fuiſſet Zaidus bonus eſt homo. & ſumma ex verbo, & Agente ſtat loco chabari. Eodemque pacto reſoluitut altera oratio verbi بيس.

Quòd ſi primum nomèn Agens ſit annexum, tunc non apponitur in ipſo articulus ال, ſed in eo cui annectitur, vnde tunc nomen adhuc eſt معرف *notificatũ*, veluti نعم صاحب المال زيد *bonus eſt poſſeſſor bonorum Zaidus*.

Quandoque verò primum nomen ponitur in Naſbo ſine articulo, veluti نعم رجلا زيد, ſed tunc nomen Naſbatum non dicitur agens, ſed تمييز *ſpecificatio*, qua explicatur agens, quod tunc dicitur eſſe مضمر مستتر .i. *pronomen ſubintellectum latens*, nempe هو *ipſe*, referens Zaidum, quaſi ad verbum diceretur bonus eſt ipſe hominis, ſeu quoad hominem Zaidus.

Tertium Verbum eſt حَبَّذَا, quod componitur ex verbo حَبَّ cuius origo eſt حَبُبَ *amabilis fuit*, & ex pronomine demonſtratiuo ذَا *ille*, quod ſe habet velut agens verbi حَبَّ coniuncta

iuncta autem fuerunt ſimul in vnum verbum, & agens eius factáq. eſt dictio حَبَّذَا. In qua quidem nunc, quamuis nonnulli aſſerant ذَا adhuc gerere vices Agentis; alij tamen contendunt ذَا nullatenus iam eſſe agens, eo quod ratione compoſitionis factum ſit veluti pars intrinſeca huius verbi, ac proindè amiſit rationem Agentis.

Vnde qui ponunt ذَا eſſe Agens dicunt exempli cauſſa حَبَّذَا زَيْدٌ, uel حَبَّذَا رَجُلاً زَيْدٌ, quæ idem important, ac ſi diceretur, *Zaidus eſt factus valde amabilis*, ſeu *valde amabilis homo*. Sed prima iuxtà hos Authores reſoluitur ſic;

حب فعل ذا مرفوع المحل بانه فاعل لحب زيد مرفوع بانه مبتدا مقدم خبره

Hoc eſt, حب eſt uerbum ذا locatum in Raph-o loco eo quod ſit Agens propter حب زيد, eſt locatus in Raph-o propterea quod eſt Mobtadaum, cuius præmiſſum eſt chabarum. Quaſi ad uerbum diceretur, *Zaidus amabilis valde factus eſt ille*.

Secunda uerò eodem pacto reſoluitur, ſed in رجلا dicitur منصوب بانه تمييز, ideſt, *eſt poſitum in Nasbo propterea quod eſt ſpecificatio*.

Quidam etiam ex Authoribus eiuſdem ſententiæ dicunt حبذا الرجل زيد collocando nomen الرجل in Raph-o, ſed dicunt hoc non fieri, quia ipſum ſit Agens, ſed quia eſt ueluti adiectiuum quoddam præcedentis Agentis ذا.

Qui uerò Authores negant ذا eſſe Agens dicunt حبذا الرجل زيد, explicantquè nomen الرجل eſſe Agens, & proindè collocari in Raph-o.

Quartum tandem uerbum eſt سَآءَ ſignificans oppoſitum, quod حبذا nempè *odibilis valdè factus eſt*, conſtruitur autem prorſus ad inſtar بئس ueluti ساء الرجل زيد *valde odibilis*

*homo*

*homo factus eſt Zaidus*: cuius reſolutio eadem eſt, quæ præcedentis يبست المرا زعد. Adhibetur verò interdum verbum ساء tanquã verbum regulare tranſitiuum primæ claſſis,ac ſignificat idẽ quod moleſtauit, ſeu diſplicuit,veluti ساءني زيد *moleſtauit me*, ſeu diſplicuit mihi *Zaidus*.

## CAPVT DECIMVMSEXTVM.

### De Conſtructione Verborum Audibilium quintæ Speciei,quæ dicuntur فعلا التعجب, ideſt duo Verba Admirationis.

VERBA, quæ dicuntur admirationis non ſunt verba peculiaria diſtincta à cæteris, ſed tantũ ſunt formæ quędam ſiue peculiaria deriuata, quæ ex cæteris verbis efformantur ad efficiendas orationes quaſdam admiratiuas circã res illas,quę talium verborum ſignificatum vehementer, vel exceſſiuo quodam modo,obtinent. Vnde formæ huiuſmodi quæ duæ ſunt, quaſuè lib.2. cap.20. innuimus, فعلا التعجب, ideſt,*duo verba admirationis*, dicta ſunt. Vnde peculiarem operationem, ſiue regimen à cæteris diſtinctum non habent, vt in orationum reſolutione patebit, ſed ob peculiarem formam, & coniunctionem cum cæteris dictionibus ſeorſim, atque diſtinctim ab Authoribus commemorantur.

Eſt ergo prima harum formarum افعل, cui etiam præmittitur ſemper dictio ما, nempè ما افعل, atque virtute verbi ſubſequens nomen collocatur in Naſbo.Vnde adhoc denotandum cum exprimitur forma pronomen coniunctum adiungitur;quod loco in Naſbo poſitum eſt,ac dicitur ما افعله.quod quidem reijcitur in oratione cum exprimendum eſt nomen rei circa quam admiratio cadit veluti ما احسن زيدا, *quam pulcher eſt Zaidus*, quamis ad verbum ſonet (quod pulchrum fecit Zaidum, vel aliquid pulchrum fecit Zaidum) vt ex dicendis patebit.

Secun-

Secunda forma eſt أَفْعِلْ, ſed quia ſequenti nómini præfigitur dictio بِ cuius vi collocatur in Giarro, ideo exprimitur forma per أَفْعِلْ بِهِ, qua exem. grat. formatur oratio أَحْسِنْ بِزَيْدٍ, quæ etiam ſenſu idem importat, ac præcedens, nempè admirationis affectum erga pulchritudinem Zaidi, quamuis ad verbum ſonet ( pulcher factus eſt Zaidus, vel fac pulchrum Zaidum .) Vnde oratio vtraque dicitur منقولة من صيغة الاخبار الى الانشاء .i. *tranſlata de forma enunciationis ad productionem*, hoc eſt ad eſſe orationis productiuæ. Sunt autem duæ opiniones potiſſimæ in his orationibus reſoluendis; nam in prima vult Sibaua dictionem ما eſſe nomen نكرة *ignotum*, ( cuiuſmodi eſſe diximus ſuo loco lib. 2. cap. 12.) Atque ſic ipſum eſſe Mobtadaum, ac ſequentem ſummam eſſe chabarum eius. Vnde iuxtà ipſum dicendum:

ما مرفوع بانه مبتدا احسن فعل ماض فاعله ضمير مستتر فيه راجع الى ما زيدا منصوب على المفعوليه والفعل مع فاعله جملة فعليه مرفوعة محلا بانها خبر لما

At verò Alachphaſc contendit ما eſſe موصول *nomen coniunctum*, & ſequentem ſummam eſſe coniunctionem eius, chabarum verò eſſe reiectum, ſeu ſubintelligi ac ſi virtualiter diceretur ما احسن زيد شى, *quod pulchrum fecit Zaidum res aliqua eſt*. Vnde iuxtà ipſum dicendum:

ما موصول احسن فعل ماض فاعله ضمير مستتر فيه راجع الى الموصول و الفعل مع الفاعل صلة للموصول و الموصول مع صلته مرفوع على الابتداء والخبر محذوف والتقدير ما احسن زيدا شى

Secunda verò oratio iuxtà Sibaua reſoluitur:

احسن

أَحْسِنْ فعل ماض اصله أَحْسَنَ بزيد جار ومجرور والباء زائدة اصلـه زيد وهو مرفوع بانه فاعل والمعنى صار ذا حسن فنقل من صيغة الاخبار الى الانشاء

Iuxtà Alachphaſc verò dicitur:

احسن امر وفاعله مستترفية الباء زائدة وزيد منصوب محلا بانـه مفعول به لاحسن.

Porrò efformantur hæc deriuata, iuxtà formas ما افعله, & افعل به ſolum ex verbis ternarijs puris non ſignificantibus actum habendi colorem, vel defectum aliquem. At verò ex quaternarijs puris, & auctis, & ex ternarijs auctis, vel ſignificantibus actum habendi colorem, vel defectum non deducuntur hæ formæ, ſed ad conſtituendas admiratiuas orationes ex ipſis præmittuntur ipſorum Maſdaris annexis eorum agentibus verba admirationis, deducta, atque formata ex alijs verbis ternarijs ſignificantibus vehementiam, ſummitatem, multitudinem, vel alias rationes, quæ conuenire poſſunt ſignificatis prædictorum verborum ex quibus admiratiuæ orationes conficiendæ ſunt; vt ſi exempli cauſa conſtituendæ ſint admiratiuæ orationes ex verbis دحرج *reuoluit*, quod eſt quaternarium, سَادَ *niger fuit*, quod eſt ternarium denotans actũ habendi colorem; عار *Strabo fuit*, quod eſt ternarium ſignificans actum habendi defectum; استخرج *educit, eruit*, quod eſt ternarium auctum dicetur:

مَا أَشَدَّ دَحْرَجَةَ زَيْدٍ Quam reuolubilis eſt Zaidus!

مَا أَبْلَغَ سَوَادَهُ Quam niger eſt?

مَا أَقْبَحَ عَوْرَهُ Quam ſtrabo eſt?

ما

مَا أَكْثَرَ اسْتِخْرَاجَهُ Quam eductor eſt?

Vel dici poterit:

| | |
|---|---|
| أشدد بدحرجة زيد<br>ابلغ بسواده<br>اقبح بعوره<br>اكثر باستخراجه | Quæ orationes eundem ſenſum important. |

Vbi manifeſtum eſt adhiberi deriuata اشد ابلغ اقبح, & اكثر q̃ deducũtur ex verbis شَدَّ *vehementem*, ſeu fortem fecit, بَلَغَ *ad ſummum peruenit*, قَبُحَ *turpis fuit*, كَثُرَ *multus fuit*. Atque eadem eſt harum orationum reſolutio, ac opinionum diuerſitas, quæ in ſuperioribus explicata eſt.

## CAPVT XVII.

### De Conſtructione nominum in Communi, & De Conſtructione Maſdari.

QVAMVIS quoad Cõſtructionem, ſiue regimen Verborum ſit primus locus, ob intenſiorem, ac vehementiorem operandi vim, (vt aiunt.) Vnde dicuntur الاصل فى العمل *truncus in operatione*; cætera verò operantia dicuntur فروع *rami*, nihilominus amplior eſt, ac latior operatio nominum; Verba etenim, vt ſuo loco diximus, duos ſolùm ex quattuor poſſunt regere caſus, nempè Raph-o, & Nasbo. At verò nomen iuxtà differentias ipſorum, tum Ra-

ph-o,

ph-o, & Nasbo;tum etiam Giarrū,& Giezmū poſſunt cauſare. Itaque (vt ſic dicamus) intenſiuè quidem potior eſt operatio, ſiue vis verborum; vnde & præmittitur ipſis interdum, quod iiſdem regitur ob vehementem operandi vim, quæ adhuc in precedentes extenditur dictiones, vt اياك نعبد *tibi famulamur*. Extenſiuè tamen amplior eſt operatio nominum, ad plures.ſ.ſe caſus extendens; quamuis debilior vi, vnde neceſſariò poſtponenda ſunt,quæ ipſis reguntur.

Diſtribuuntur autem ratione operationis nomina adhuc in قياسية *regularia*, & سماعية *audibilia*.

Regularia quidem ad ſex reuocantur genera, cuiuſmodi ſunt.

المصدر Maſdarum,ſiue nomen infinitiuum.

اسم الفاعل Nomen agentis,ſiue participium actiuum.

اسم المفعول Nomen patientis,ſiue participium paſſiuum.

الصفة المشبهة Adiectiuum,ſiue attributum aſſimilatum.

الاسم التام Nomen perfectum.

الاسم المضاف Nomen annexum.

Quæ omnia deriuantur à verbis,vt ſuo loco dictum eſt, excepto Maſdaro,ex quo iuxta communiorem opinionem potius deriuatur verbum. Vnde omnia dicuntur متصلة بالافعال *coniuncta*, ſeu connexa *verbis*.

Audibilia verò ad tres tantum reuocantur ſpecies, quæ ſunt.

الاسما المنقوصة Nomina diminuta.

الاسماء المبهمة Nomina indiſtincta.

اسماء الافعال Nomina verborum.

Quorum omnium denominationes, origines,ſignificationes, ac rationes cæteræ,ſuis ſingulæ locis explicatæ ſunt lib. 2 c. 12. Hic ergo tātū de ſingulorū efficientia,& vi ſingillatim agendū.

# De conſtructione Nominis Infinitiui, ſiue Maſdari, quod eſt prima regularium ſpecies æquipollens Latinorum Infinitiuis.

NOn agimus hic de Maſdaro, quatenus poſt verbum ſuum in Nasbo ponitur ob triplicem finem aliàs explicatum, quo pacto dicitur مفعول مطلق *paſſum*, ſiue factum *abſolutũ*, vel ſimpliciter: hoc enim pacto non conſtruirur, ſed tantum regitur, ac ferè nullam habet actiuitatem, niſi ad ſummum alteri nomini annexum operetur in illo ratione annexionis caſum Giarro, veluti ſi dicatur نامُوا نَوم ٱلمَوت *dormierunt ſomnum mortis*.

Sed tantum hic eſt ſermo de Maſdaro quatenus independenter à verbo ſuo alias ob cauſſas ad inſtar cæterorum nominum orationem ingreditur, ſiue collocatum in Nasbo, ſiue in Raf-o, ſiue Giarro, quo pacto ſemper æquipollet verbo ſuo præſeferenti particulam maſdaralem ان, vt exemplis patebit.

Idcirco præter caſum Giarro quem operatur ex communi ratione nominis annexi, vt ſuo loco dicetur; operari etiam, ac regere poteſt eoſdem omnino caſus, quos verbum ſuum, ſiue actio ſignificata per ipſum præſens ſit, vel præterita, aut futura, & ſiue ipſum reperiatur in caſu Raph-o, ſiue nasbo, ſiue Giarro.

Quæ vt omnia, quando, & quo pacto accidant, manifeſtum fiat, ſciendum eſt vſum Maſdari eſſe triplicem. Primo adhiberi poteſt منونا *nunnatum* habens tanuin. Secundo مضافا *annexum*, ſcilicet alteri nomiui. Tertio معرفا باللام *notiſicatum cum lam*, hoc eſt cum articulo ال.

Primo igitur modo maximam dicitur habere operandi vim, ac proinde, ſi verbum eius tranſitiuum ſit, ad inſtar illius collocat agens in Raph-o, & patiens in Nasbo, ſiue agens præmittatur patienti, ſiue è contra, veluti in hoc Maſdaro ضَرب *percuſſio*.

Pla-

سَيُعْجِبُنِي ضَرْبُ زَيْدٌ عَمْرًوا Placebit mihi percuſſio Zaidus Amrum.

رايت ضربا عمّروا زَيْدٌ Vidi percuſſionem Amrum Zaidus

أَتَعَجَّبُ من ضَرْبِ زَيْدٌ أخاه. Miror de percuſſione Zaidus fratrem ſuum.

Vbi eodem pacto virtute Maſdari collocantur Zaidus Agēs in Raph-o, & nomina patientia in Nasbo, ac ſi expreſsè per verbum diceretur.

أَتَعَجَّبُ مِن ان يَضْرِبَ زَيْدٌ أَجَاهُ. Miror quod percutit Zaidus fratrem ſuum.

Quas omnes orationes facillimum eſt reſoluere, nempè:

سيعجب فعل مضارع مختص للاستقبال بالسين والضمير المتصل

منصوب المحل بانه مفعول به لسيعجب وضرب مصدر مرفوع بانه

فاعل لسيعجب وزيد مرفوع للمصدر بانه فاعله وعمروا منصوب بانه

مفعول به للمصدر

Atque eodem pacto reſoluendæ ſunt orationes cæteræ quoad maſdarum eiusq. Agens, & Patiens.

Si verò verbum intranſitiuum ſit, quamuis eodem pacto Agens maſdari collocari poſſit in Raph-o, frequentius tamen annectitur ipſi maſdarum, & collocatur in Giarro, vt ساءنى رواح زيد *diſplicuit mihi diſceſſus Zaidi*.

Secundo autem modo quamuis maſdarum non tantam dicatur habere vim propter annexionem. adhuc tamen operatur interdum ſui verbi caſus. Propter quod ſciendum, quod quinque modis adhiberi poteſt maſdarum tranſitiui verbi.

Primo Annexum Agenti poſito patiente in Nasbo.

Secundo Annexum Patienti poſito Agente in Raph-o.

Tertio Annexum Agenti abſque mentione patientis.

Quarto Annexum Patienti abſque mentione Agentis.

Quinto Annexum Patienti ſtanti loco Agentis, cum ſcilicet

ſenſum reddit maſdari verbi paſſiui. quorum omnium hæc ſunt exempla.

| | |
|---|---|
| أَعْجَبَنِي ضَرْبُ ٱلْجَلَّادِ ٱللِّصَّ | Placuit mihi percuſſio tortoris furem. |
| أَعْجَبَنِي ضَرْبُ ٱللِّصِّ ٱلْجَلَّادُ | Placuit mihi percuſſio furis tortor. |
| أَعْجَبَنِي ضَرْبُ ٱلْجَلَّادِ | Placuit mihi percuſſio tortoris. |
| أَعْجَبَنِي ضَرْبُ ٱللِّصِّ | Placuit mihi percuſſio furis. |
| تَعِبْتُ عَلَى تَتْمِيمِ ٱلْكِتَابِ | Laboraui ſuper expletionem libri. |

Tertio tandem modo maſdarum notificatum per articulum eliph lam adhuc debiliorem habere dicitur operandi vim, ob maiorē diſſimilitudinem, quam tūc habet cum verbo, quod perpetuò dicitur quaſi نَكِرَةٌ *ignotum*. Vnde quamuis liceat, rariſſimò tamen dicitur أَعْجَبَنِي ٱلضَّرْبُ زَيْدٌ عَمْرًا.

Atque ex his liquet id ipſum, quod Latini per infinitiua verba, atque verbalia nomina efferunt, præſtari apud Arabes per huiuſmodi maſdarum, vel etiam per verbum præſeferens particulam maſdaralem أَن.

CAPVT

# CAPVT XVIII.

## De Conſtructione Nominis Agentis, quod eſt ſecunda Species nominum Regularium æquipollens Latinorum Participio Actiuo.

NOMEN Agentis, (vt iam præcedenti lib. diximus) ſimile eſt verbo modzareo quoad formam, hoc eſt quoad motiones, & quieſcentes litteras. Vnde caſus eoſdem regere dicitur quos verbum modzhareum; non quidem quaſi modzhareum diuerſos caſus regeret à toto verbo ſuo, ſed dicitur cum reſtrictione regere, ac operari ad inſtar modzharei ad denotandum conditionem quandam neceſſariam ad eius operationem, ſiue regimen requiſitam, quæ quidem eſt, vt actio, quam nomen Agentis ſignificat, non præterita, ſed præſens ſit, vel futura, quemadmodum hæc duo tempora propriè ſignificare poteſt etiam verbum Modzhareum. Vnde iuxtà regimen huius nominis mox explicandum, licebit dicere:

زَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامَهُ عَمْرًوا الْآنَ اَوْ غَدًا *Zaidus eſt percutiens ſeruus eius Amrum nunc, aut mane*, quemadmodum dicitur زيد يضرب غلامه عمروا الان او غدا *Zaidus percutit ſeruus eius Amrum nunc, vel (percutiet) cras*. Non autem licebit dicere, زيد ضارب غلامه عمروا امسى *Zaidus percutiens ſeruus eius Amrum heri*, ſed in hoc caſu annecti debet nomen Agentis ſuo patienti, veluti زَيْدٌ غُلَامُهُ ضَارِبُ عَمْرٍو أَمْسَى *Zaidus ſeruus eius eſt percutiens Amri heri*, vel ſi nomen manifeſtum regendum deſideretur adhibendum eſt verbum præteritum loco nominis Agentis, veluti زيد ضرب غلامه عمروا امسى *Zaidus percuſſit ſeruus eius Amrum heri*.

Itaque

Itaque nomen Agentis regit caſum Raph-o in Agente, & Nasbo in patiente, ſi verbum tranſitiuum ſit. ſi verò verbum ſit intranſitiuum operatur caſum Raph-o in Agente tantum, vt زيد قايم ابوه *Zaidus ſtans eſt pater eius.* Sed vt hoc regimen exerceat nomen Agentis duas exigit conditiones.

Prima quæ iam explicata eſt, vt nempe ſermo ſit de actione præſenti, vel futura.

Secunda vt innitatur (vt aiunt) alicui ex ſex rebus, ſiue vt diſponatur in oratione aliquo ex modis ſex, videlicet,

| | | |
|---|---|---|
| المبتدا | | Mobtadaum. |
| الموصول | | Coniunctum, ſeu relatiuum. |
| ذى الحال | معتمدا على | Habens diſpoſitionem. |
| الموصوف | Innixum ſuper | Subſtantiuum, ſiue habens epitetum. |
| الف الاستفهام | | Eliph Interrogationis. |
| حرف النفى | | Particulam negationis. |

Hoc eſt: Primo vt ſit Chabarum præcedentis Mobtadai: vel ſecundo vt ſit coniunctio præcedentis relatiui: vel tertio vt ſit diſpoſitio præcedentis habentis eam diſpoſitionem: vel quarto, vt ſit adiectiuum, ſeu epitetum præcedentis ſubſtantiui; vel quinto vt ſequatur poſt eliph, vel particulam aliam interrogationis; vel ſexto, vt ſequatur poſt particulam aliquam negationis: veluti

زَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ عَمْرَوا Zaidus percutiens eſt ſeruus eius Amrum.

جَآءَنِى ٱلَّذِى قَايِمٌ أَبُوهُ Venit ad me, qui ſtans eſt pater eius. i. cuius ſtans eſt pater.

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ قَايِمًا أَبُوهُ Inceſſi per Zaidum ſtantem patter eius. i. ſtante patre eius.

جَآءَنِى رَجُلٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ عَمْرَوا Venit ad me homo percutiẽs ſeruus eius Amrum, ideſt cuius percutiens eſt ſeruus.

Num

أَقَايِمٌ بَنُوكَ Num ſtans filij tui.i. num ſtãtes.

مَاقَايِمٌ بَنِىَّ Non ſtans filij mei.i.non ſtantes.

Quarum prima Orationum reſoluitur.

زيد مبتدا ضارب خبره وهو اسم الفاعل وشبه الفعل غلامه مرفوع
بانه فاعل لضارب وعمروا منصوب بانه مفعول له

Secunda verò reſoluitur:

جاء فعل ماض فى اصله الى وهو جار ومجرور ومنصوب محلا بانه
مفعول به غير صريح لجاء الذى موصول مرفوع بانه فاعل لجاء قايم
مرفوع بانه مبتدا وهو اسم الفاعل فابوه مرفوع بانه فاعله ساد مسد
الخبر والضمير المتصل الجرور محلا لاضافة ابو اليه راجع الى الموصول

Tertia reſoluitur

مررت فعل وفاعل بزيد جار ومجرور ومنصوب بانه مفعول به
غير صريح لمررت قايما منصوب بانه حال لزيد وهو اسم الفاعل
فابوه مرفوع بانه فاعله

In reſolutione autem quartæ ommiſſis tamquam iam notis verbo, & Agente,breuiter dicendum:

ضارب مرفوع بانه صفة للفاعل وهى اسم الفاعل فغلامه مرفوع بانه
فاعلها وعمروا منصوب بانه مفعولها

In quinta dicendum:

الهمزة حرف استفهامية قايم مرفوع بانه مبتدا وهو اسم الفاعل
فبنوك مرفوع بانه فاعله ساد مسد خبره

Eo-

Eodemq pacto tandem reſoluenda eſt vltima, excepto quod لا dicenda eſt particula negationis; quod ſi in orationibus prædictis non fuiſſet appoſitum nomen patens ad explicandum agens nominis agentis, adhuc eſſet eadem operatio nominis agentis eademque reſolutio orationum, quod enim modo dicēdum eſt de agente manifeſto, tunc dictum fuiſſet de pronomine occulto referente aliquid antecedens, vt ſi dicendum fuiſſet زيد ضارب عمروا *Zaidus eſt percutiens Amrum*, vel جاءنى الذى ضارب عمروا *venit ad me qui percutiens eſt Amrum*, tunc agens nominis agentis ضارب eſſet pronomen in ipſo latens referens Zaidum, & relatiuum الذى, quemadmodum eſſet pronomen egrediens ſi diceretur exempli gratia بنوك ضاربون عمروا *ſily tui ſunt percutientes Amrum*, vbi Agen nominis ضاربون eſt pronomen و.

Cum verò nomen Agentis huiuſmodi duabus conditionibus caret deſtituitur vi operandi, ſeu regendi verbum Modzhareū. Vnde cum exempli gratia nomen Agentis eſt mobtadaum, vel Agens, vel contractum annexione, aut particulis, vel exceptuatum, aut vocatum, numquam habere poteſt nec regere agens, nec patens, nec pronominale, & ſi patiens poſt ſe habeat annectitur illi, collocatq. illud in Giarro. Veluti

ضَارِبُ زَيْدٍ قَوِيٌّ Percutiens Zaidi eſt fortis.

أَبُ ضَارِبِ زَيْدٍ حَسَنٌ Pater percutientis Zaidi eſt pulcher.

مَرَرْتُ بِضَارِبِ زَيْدٍ Inceſſi per percutientem Zaidi.

مَا جَاءَنِي إِلَّا ضَارِبُ زَيْدٍ Non venit ad me niſi percutiens Zaidi.

يَا ضَارِبَ زَيْدٍ O percutiens Zaidi.

Vbi nomen Agentis ضارب nullum regit, nec obtinet Agens, ſed potius naturam ſapit nominis ſubſtantiui non regentis Agens. Regit tamen in Giarro ſubſequens patiens, cui annecti-

tur

tur, ſed circà eius annexionem obſeruanda ſunt ea, quæ inferius tradentur, vbi de nomine Annexo ſermo erit.

Atque tandem notãdum hæc omnia, quæ de nominis Agentis regimine dicta ſunt, etiam verificari dum ipſum notificatum eſt articulo ال; ſi enim præfatas conditiones obtineat, etiam regit, vt جَآءَنِي ٱلرَّجُلُ ٱلضَّارِبُ غُلَامُهُ عَمْرًا *venit ad me homo percutiens ſeruus eius Amrum*.

# CAPVT XIX.

## De Conſtructione Nominis Patientis, quod eſt tertia ſpecies nominum Regularium æquipollens Latinorum Participio Paſſiuo.

QVemadmodum Nomen Agentis, vt dictum eſt, operatur caſus eoſdem, quos modzhareum Actiuum: ſic Patientis nomen operatur eundem caſum ſui modzharei paſsiui nempè Rafin patiente ſtante loco agentis ſiue ipſum reperiatur in Rap-ho ſiue in Nasbo, ſiue in Giarro, ſiue cum articulo, ſiue abſque articulo. Vnde dicetur زيد مضروب اخوه *Zaidus percuſſus frater eius*, رايت رجلا مضروبا اخوه *vidi hominem percuſsum frater eius*, & مَرَرْتُ بِرَجُلٍ مَضْرُوبٍ أَخُوهُ *inceſsi per hominem percuſſum frater eius*, hoc eſt cuius percutitur frater quemadmodum dicitur زَيْدٌ يُضْرَبُ أَخُوهُ *Zaidus percutitur frater eius*, & رَأَيْتُ رَجُلًا يُضْرَبُ أَخُوهُ, & مَرَرْتُ بِرَجُلٍ يُضْرَبُ أَخُوهُ Exigit autem eaſdem duas conditiones, quas nomen Agens, nempe

actionem, ſeu paſſionem eſſe præſentem, vel futuram, & ipſum inniti eiſdem ſex rebus, nempe Mobtadao, Relatiuo, Habenti diſpoſitionem, Affecto aliquo adiectiuo, Particulæ interrogationis, & Particulæ negationis, vt

زيد مضروب اخوه Zaidus (eſt) percuſſus frater eius.

جاءني الذى المضروب اخوه Venit ad me qui percuſſus (eſt) frater eius.

مررت بزيد مضروبا اخوه Inceſſi per Zaidum, cum percuteretur frater eius.

جاءني الرجل مضروب اخوه Venit ad me homo percuſſus frater eius.

امضروب اخوك Num percuſſus frater tuus.

ما مضروب اخوك Non percuſſus frater tuus.

Quarum orationum prima ſic reſoluitr.

زيد مرفوع بانه مبتداء مضروب اسم مفعول وهو مرفوع بانه خبر المبتداء المقدم اخو مرفوع على انه قايم مقام الفاعل لاسم المفعول فالضمير المتصل مجرور المحل بانه مضاف اليه اخو

Facili quoque negotio ex dictis iam reſoluendæ ſunt orationes cæteræ.

Similiter etiam in verbis intranſitiuis eſt obſeruãdum, quod ſicut Modzharcum non ponit in Raph-o aliquod patiens clarum, cum nullum adſit, ſed tantum localiter regit in Raph-o المفعول به غير الصريح *patiens non clarum*, nempe id in quod actio aliqua particula media trahitur, vt يدخل الى الهيكل *introitur in templum*, يُخْرَجُ مِنَ ٱلْبَيْتِ *exitur de domo*. Sic etiã nomen patientis cum ex verbis hiſce formatur, huiuſmodi tantũ patiẽs locare poteſt in Raph-o, vt اَلْهَيْكَلُ ٱلْمَدْخُولُ إِلَيْهِ *templum in quod introitur*, vel ad verbum, templum introitum

tum in ipſum, & أَلْبَيْتُ ٱلْخُرُوجُ مِنْهُ ***domus, de qua exitur,*** vel ad verbum. Domus exita de ea. Vnde pariter reſoluuntur orationes huiuſmodi conſimili ratione quoad vltimas partes, vt nempe dicatur إِلَيْهِ , & مِنْهُ.

اليه ومنه جار ومجرور والجار والمجرور مرفوع محلا لانه مفعول به غير صريح قايم مقام الفاعل لاسم المفعول

Poteſt prætcrea Nomen Patientis, præſertim verbi tranſitiui, conſtrui adhuc duobus alijs modis.

Primus eſt, vt annectatur patienti ſtanti loco Agentis, ac proinde illud non in Raph-o, vt hactenus dictum eſt, ſed ratione annexionis in Giarro collocet, جاءني رجل مضروب عبد vel cum articulo جَاءَنِي ٱلرَّجُلُ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْعَبْدِ, ***venit ad me homo cuius percutitur ſeruus.*** Ad verbum venit ad me homo percuſſus ſerui, cuius orationis extrema reſolues.

مضروب مرفوع على انه صفة للرجل عبد والعبد مجرور لانه مضاف اليه مضروب

Secundus modus eſt, vt abſque annexione collocet prædictum patiens ſtans loco Agentis in Nasbo ad inſtar تمييز ſiue dictionis ſpecificantis, vt جَاءَنِي رَجُلٌ مَضْرُوبٌ عَبْدًا vel cum articulo جَاءَنِي ٱلرَّجُلُ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْعَبْدَ. (Ad verbum) ***venit ad me homo percuſſus ſeruo.*** Cuius orationis extremam partem ſic reſoluens, videlicet;

عبدا والعبد منصوب على انه تمييز

Ideſt عَبْدًا, & ٱلْعَبْدَ eſt nasbatum, quia eſt ſpecificatio. Atque notandum pariter in hoc nomine Patientis, quod licet

quandoq. poſt ipſum non apponatur nomen aliud patens ad explicandum patiens ſtans loco Agentis, vt hactenus factum eſt; eadem tamen eſt ſemper operatio ipſius, vt præcedenti capite de nomine Agentis etiam dictũ eſt; quod enim alias dicitur de nomine maoifeſto, cum tale manifeſtum non adeſt dicitur de Pronomine vel egrediente, vel operto. Vnde ſi ex orationibus præcedentibus præcidantur nomina manifeſta explicantia prædictum patiens ſtans loco Agentis, vt ſi dicatur,

زيد مضروب Zaidus (eſt) percuſſus.

جاءني الذي مضروب Venit ad me qui (eſt) percuſſus.

مررت بزيد مضروبا Inceſſi per Zaidum, cum percuteretur.

جاءني رجل مضرب Venit ad me homo percuſſus.

In reſolutione addendum eſt in مَضْرُوبٌ intelligi pronomen latens, nempe هو ipſe referens præcedens Mobtadaum, vel relatiuum, aut ſubſtantiuum, iuxtà orationum diuerſitates, atque ipſum pronomen virtute prædicti nominis patientis locatum eſſe in Raph-o tamquam Patiens ſtans loco Agentis. Atque idem prorſus contingit, cum hoc patientis nomen adhibetur duobus poſterioribus modis. nempe annexum, vel ſpecificatum cum تمييز, vt cum dicitur exemplis eiſdem جَاءَنِي رَجُلٌ مَضْرُوبٌ عَبْدُ, & جَاءَنِي رَجُلٌ مَضْرُوبٌ عَبْدًا *venit ad me homo, cuius percuſſus* eſt *ſeruus*. In reſolutione enim dicendum eſt pariter poni in Raph-o per nomen patientis مضروب pronomen in ipſo latens relatiuum hominis. quod apud Arabes vniuerſaliſſimum eſt in omnibus nominibus adiectiuis; ſicut moris eſt etiam ac proprius ipſis verbis.

CAPVT

# CAPVT XX.

## De conſtructione Nominis Adiectiui Aſſimilati, quod eſt quarta ſpecies nominum Regularium. Item & de nomine excellentiæ æquiualente Latinorum ſuperlatiuo & comparatiuo.

ADIECTIVVM aſſimilatum dupliciter adhiberi poteſt. primo non annexum, & vt ſic regit caſus ſui verbi, quod regulariter eſt intranſitiuum primi ordinis, regens nempè Agens in Raph-o, & (ſi adſit) nomen aliud Nasbatum ſpecificans, quod dicitur تَمْيِيزٌ Vnde hoc nomine dicetur vel cum articulo vel ſecus.

جَاءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ غُلَامُهُ وَجْهًا Venit ad me homo pulcher ſeruus eius facie.

رَأَيْتُ رَجُلًا حَسَنًا غُلَامُهُ وَجْهًا Vidi hominem pulchrum ſeruus eius facie.

مَرَرْتُ بِالرَّجُلِ الْحَسَنِ غُلَامُهُ وَجْهًا Inceſsi per hominem pulchrum ſeruus eius facie.

Quarum Orationum extrema ſic reſoluentur, nempe:

غلام مرفوع بانه فاعل لحسن والضمير المتصل مجرور المحال لاضافة الغلام اليه ووجها منصوب على انه تمييز

Secundo modo hoc nomen cum articulo adhuc, vel abſq; articulo adhibetur annexum ipſi nomini ſpecificanti, & vt ſic regit quidem illud in Giarro; in Raph-o tamen numquam regit nomen aliquod manifeſtum, ſed tantū pronomen latens, vel

vel egrediens præcedentis ſubſtantiui, cui adiectiuum ipſum conuenit, vt جَاءَنِى رَجُلٌ حَسَنٌ وَجْهُهُ vel cum articulo جَاءَنِى الرَّجُلُ الحَسَنُ الوَجْهِ *venit ad me homo pulcher facie.*

Quæ oratio reſoluitur

حسن والحسن مرفوع بانه صفة لرجل وفاعلها ضمير مستتر فيها راجع الى الرجل مرفوع المحل على الفاعلية والوجه مجرور لاضافة الحسن اليه

Atque hinc obiter notanda eſt diuerſitas huius poſitiui adiectiui à comparatiuo, ſeu ſuperlatiuo, quod dicitur أَفْعَلُ التَّفْضِيلِ *nomen exceſſus*, iuxta formam أَفْعَلُ hoc enim numquam regere poteſt nomen aliquod manifeſtum in Raph-o, nec enim quemadmodum per poſitiuum dicitur رَأَيْتُ رَجُلًا حَسَنًا أَخُوهُ *vidi hominem pulchrum frater eius:* ſic per comparatiuum dici poteſt رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi hominem pulchriorem Zaido frater eius*, vel per ſuperlatiuum رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ النَّاسِ أَخُوهُ *vidi hominem pulcherrimum hominum frater eius.* ſed potius in hoc caſu comparatiuum, & ſuperlatiuum ſtatuendum eſſet Chabarum præmiſſum eodem nomini manifeſto, ac proinde, non tanquam adiectiuum concordandum eſſet caſu cum ſubſtantiuo præcedenti, vt fit in poſitiuo ſed collocandum eſſet in Raph-o ac dicendum, رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنُ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi hominem pulchrior Zaido frater eius.*

Quæ oratio ſic reſoluitur.

رايت

رايت فعل وفاعل رجلا منصوب بانه مفعول به احسن مرفوع بانه خبر مقدم من حرف جر زيد مجرور بها والجار والمجرور متعلق باحسن واخو مرفوع بانه مبتداء مقدم عليه خبره والضمير المتصل مجرور المحل لاضافة المبتداء اليه وهو راجع الى الرجل والمبتداء مع خبره جملة اسمية منصوبة محلا بانها صفة لرجل

Similiter dicendum cum ſuperlatiuo : رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنُ النَّاسِ أَخُوهُ *vidi hominem, cuius pulcherrimus hominum eſt frater.*

Sed alias regulas de Superlatiuo ſimul etiam, & de Comparatiuo pro ſequẽtes, quod Arabes اسم التفضيل vocant, notare debemus triplici modo poſſe nos vti hoc nomine.

Primo enim vel abſolutè adhiberi poteſt notificatum cum articulo ال vt زَيْدٌ الأَفْضَلُ *Zaidus præſtantiſsimus.*

Secundo annexum alteri : vt زَيْدٌ أَفْضَلُ النَّاسِ *Zaidus præſtantiſsimus hominum.*

Tertio cum particula من vt زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو *Zaidus præſtantior eſt, quam Amrus.*

Vnum autem horum omnino requiritur, & vnicum tantum ita vt ſine aliquo illorum, vel cum duobus illorum ſimul, nequeat adhiberi : Non enim dici poterit زَيْدٌ أَفْضَلُ ſine aliquo alio addito.

Nec زَيْدٌ الأَفْضَلُ النَّاسِ

Aut زَيْدٌ الأَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو

Quia in primo non adeſt aliquod illorum trium ; nempe nec noti-

notificatio per articulum, nec annexio, neque particula من .

In ſecundo verò, & tertio duo illorum in ſingulis coniunguntur, in ſecũdo nempe notificatio per articulum, & alterum quod eſt annexio.

In tertio autem notificatio coniungitur cum particula من dicendum ergo eſt, vt in prius appoſitis exemplis.

Licebit autem conſtruere dictũ nomen exceſſus ſine illis omnibus quando .ſ. ſubintelligitur aliquod illorum, vel ratione orationis præcedentis, vel ſubſequentis, vt ſi quis dicat

الله اكبر الله لكبير من كل شىء .

*Deus eſt maior, Deus vtique magnus ſuper omnem rem.*

In hoc caſu bene dicet اكبر ſine articulo, & ſine annexione, & ſine من, quia per ſubſequẽtia quæ addit fit vt ſubintelligat poſt اكبر من كل شىء ita vt ſenſus ſit, ac ſi adeſſet repetitio huiuſmodi; Deus maior eſt omni re, Deus vtique eſt magnus ſuper omnia.

Et ex his patet quandonam ęquiualeat ſuperlatiuo, & quãdo comparatiuo: Comparatiuo enim Latinorum, tunc æquiualet quando eſt ignoratum non habens articulum, vel annexũ non habenti articulum. Superlatiuo autem tunc æquiualebit quando fuerit cognitum, ſiue habens articulum, vel annexum cognito, ſeu habenti articulum, iuxta præmiſſas regulas.

Notandum inſuper quod ſi hoc nomen fuerit ignoratum, vt cum eo vtimur cum particula من, non habet differentias penes genus, & numerum, ſed tantum differentias quoad caſus; ita vt ſiue eius ſubſtantiuum ſit maſculinum, ſiue fęmininum, ſiue ſingulare, ſiue duale, vel plurale, ſemper apponatur in ſingulare maſculino, vt

زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو Zaidus præſtantior eſt Amro.

أَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو Duo Zaidi præſtantiores ſunt Amro.

أَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو Zaidi præſtantiores ſunt Amro.

Hinda

هِنْدٌ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ Hinda elegantior eſt Zainaba.

اَلْهِنْدَانِ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ Duę Hindę elegantiores ſunt Zainaba

اَلْهِنْدَاتُ أَجْمَلُ مِنْ زَيْنَبَ Hindæ elegantiores ſunt Zainaba.

Quando verò cognitum fuerit, habens articulum, reuoluetur iuxta diuerſitates generis,& numeri,& caſus, vt

زَيْدٌ ٱلْأَفْضَلُ    هِنْدٌ ٱلْفُضْلَى

اَلزَّيْدَانِ ٱلْأَفْضَلَانِ    اَلْهِنْدَانِ ٱلْفُضْلَيَانِ

اَلزَّيْدُونَ ٱلْأَفْضَلُونَ    اَلْهِنْدَاتُ ٱلْفُضْلَيَاتُ

cum autem alteri annexum fuerit vtrunque licebit, vt

زَيْدٌ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ

اَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ    وَأَفْضَلَا ٱلنَّاسِ

اَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ    وَأَفْضَلُوا ٱلنَّاسِ

هِنْدٌ أَفْضَلُ ٱلنِّسَاءِ    وَفُضْلَى ٱلنِّسَاءِ

اَلْهِنْدَانِ أَفْضَلُ ٱلنِّسَاءِ    وَفُضْلَيَا ٱلنِّسَاءِ

اَلْهِنْدَاتُ أَفْضَلُ ٱلنِّسَاءِ    وَفُضْلَيَاتُ ٱلنِّسَا

# CAPVT XXI.

## De Conſtructione Nominis Perfecti, quod eſt quinta Species Nominum Regularium.

NOMEN Perfectum non aliud eſt, quam nomen aliquod latæ ſignificationis, quod varijs rebus alijs explicari poteſt. Cuiuſmodi ſunt uomina aliquarum ſpecierum quantitatis, vt menſuræ, ponderis, ac numeri; item aliqua Maſdara communis ſignificationis, quæ aliquo nomine ſpecificante determinantur.

Eſt autem huiuſmodi perfectum nomen quadruplex. Primum eſt perfectum per tanuin. Secundum per ن duale. atque hæc duo ſemper ſunt nomina menſurarum, vel ponderum, vt رقود *cadus*, منوان *duæ libræ*. Tertium eſt perfectum per ن quod dicitur ſimiliter ن pluralis ſani,. atque huiuſmodi ſunt nomina ſignificātia numerorū decades, vt عشرون *viginti* ثلثون *triginta* اربعون *quadraginta*.

Quæ omnia ſi annecterentur nomini giarrato rei menſuratæ, vel ponderatæ, vel numeratæ priuarentur ipſo tanuin ac litteram ن ac proindè fierent aliquantulum diminuta, vt cæteris nominibus annexis accidit. Cum verò obtinent tanuin, & ن perfecta dicuntur, atque hoc modo ſumpta collocant in nasbo nomen ſpecificans rei menſuratæ, ponderatę, ac numeratæ, quod ſemper apponetur ſingulare, ſiuè ipſa perfecta nomina reperiantur in Raph-o, ſiuè in nasbo, ſiuè in Giarro, vt cum dicitur.

عِنْدِي رَقُودٌ خَلًّا وَمِنَوَانِ سَمْنًا وَقَفِيزَانِ بُرًّا وَعِشْرُونَ دِرْهَمًا

*apud me* ſunt *cadus Aceti, & duæ libræ butyri, & duo modij tritici, & viginti denarij*, vbi خلا & سمنا & برا & درهما nasbātur virtute præcedentium nominum perfectorum رقود منوان قفيزن

تسعين & عشرون quorum ſunt تَمْيِيز ſiuè nomina ſpecificantia.

Quartum eſt Perfectum per annexionem ad aliquod pronomen, cum quo ſimul ſumptum, tamquam integratum, ac impotens gerrare nomen aliud ſpecificans, quo indiget, collocat illud pariter in nasbo, vt cum exempli gratia dicitur. مِلْؤُهُ عَسَلًا *plenitudo eius mellis*, vel مُعْطِيَتُهُ دِرْهَمًا *donum* ſiuè munus *eius denariorum*.

# CAPVT XXII.

## De Conſtructione Nominis Annexi quod eſt ſexta, & vltima ſpecies Nominum Regularium.

QVODLIBET nomen annexum alteri collocat illud cui annectitur in caſu Giarro. Eſt autem annexio duplex. Prima dicitur مَعْنَوِيَّة *ſignificatilis*, & حَقِيقِيَّة *verax*. Secunda dicitur لَفْظِيَّة *prolatilis*, & غَيْرُ حَقِيقِيَّة *non verax*.

Prima triplex eſt. Quædam dicitur eſſe بِمَعْنَى اللَّام *in ſignificationem particulæ* ل cuiuſmodi apud latinos eſt annexio ad genitiuum, quod dicitur poſſeſſiuum, vt غُلَامُ زَيْدٍ *ſeruus Zaidi*, virtualiter enim ibi dicitur غلام لزيد *ſeruus Zaido*. Quædam verò eſt بِمَعْنَى مِن *in ſignificationē particulæ* من *ex*, vt cum id, cui fit annexio, eſt veluti materia

ex qua annexum conſtat, veluti خاتم فضة *annulus Argenti*, ſenſus enim eſt خاتم من فضة *annulus ex Argento*. Tertia eſt بمعنى فى *in ſignificationem* particulæ فى *in*, vt quando id, cui fit annexio eſt ظرف المضاف *continens*, ſeu tempus, vel locus *eius quod annectitur*, veluti ضرب اليوم *percuſſio huius diei*.

In qualibet ergo huiuſmodi trium annexionum neceſſario nomen annexum carere debet articulo, & tanuin, vel ن ſi duale, vel plurale ſanum fuerit, vnde dici non poterit غلام زيد, الضرب اليوم الخاتم فضة الغلام زيد vel, ضرب يوم خاتم فضة, ſed neceſſario, vt dictum eſt, tanuin ſimul & articulus ſunt auferenda: ſimiliter dici non poterit غلامان زيد *duo ſerui* Zaidi بنون زيد *filij* Zaidi, ſed auferendum eſt ن, adiuncto tamen ا otioſo poſt و pluralis, vt غلاما زيد *duo ſerui* Zaidi بنوا زيد *filij* Zaidi, in alijs autem caſibus nihil apponetur in plurali, ſed vtrobique dempto ن dicitur رأيت غلامى زيد *vidi duos ſeruos zaidi*, مررت بنى زيد *inceſſi per filios Zaidi*, ſimiliter non apponetur ا otioſũ in Raph-o cũ annexio fit ad pronomen, vt بنوك *filij tui*.

Secunda vero annexio Pariter eſt triplex. Quædam eſt nominis Agentis ad patiens, vt ضارب زيد *percutiens Zaidi*, cum tamen ſenſus eſt de percuſſione præſenti, vel futura; ſi enim ſermo ſit de præterita, annexio non erit prolatilis, ſed ſignificatilis. Quædam item eſt Adiectiui aſſimilati ad ſuum Agens vt حسن الوجه *pulcher facies*, ad quam etiam reuocatur annexio ſuperlatiui ad res ſuperatas, vt احسن الناس *pulcherrimus hominum*. Tertia tandem eſt nominis patientis ad nomen aliud,

alíud, quod interdum apponitur ad explicandum id quod magis propriè patitur, ſeù ratione cuius dicitut patiens, vt مضروب العبد *percuſſus ſerui*, de quo ſuperius in nomine pat entis dictum eſt.

In huiuſmodi ergo Annexionibus neceſſario quidem nomen annexum priuandum eſt tanuin, vt in ſignificatilibus dictum eſt, non tamen neceſſario pr uatur articulo, poteſt enim, iuxtà exigentiam ſermonis, & cum articulo, & ſine articulo dici ضارب العبد الضارب العبد *percutiens ſerui*, حسن الوجه & المضروب العبد & مضروب العبد *pulcher faciei* الحسن الوجه *percuſſus ſerui*. Sed ſi nomen, cui fit annexio, fuerit proprium, vt in nomine agentis præſertim contingit, tunc ſi quidem Agentis nomen duale, vel plurale fuerit, habere poterit ſimiliter articulum, vel illo carere, vt الضاربا زيد & ضاربا زيد *duo percutientes Zaidi* ضاربوا زيد & الضاربوا زيد *percutientes Zaidi*. Si vero fuerit ſingulare, neceſſario priuandum erit articulo, nec dici poterit اَلْضَارِبُ زَيْدٍ ſed prorſus ſine articulo dicendum ضَارِبُ زَيْدٍ *percutiens Zaidi*.

CAPVT

# CAPVT XXIII.

## De Conſtructione nominum Diminutorum, quæ ſunt Prima ſpecies nominum Audibilium.

HORVM nominum operatio, & regimen non eſt erga alia nomina, vt in præcedentibus contingit. Sed erga verba modzharea, vt inferius patebit. Sunt autem hæc nomina nouem .ſ. مَن *qui, quicunque* أىّ *quilibet quiſquis* مَا *quod, quicquid* مَتَى *cum, quando* إذمَا idem أين *vbi, vbicumque* حيثما *quocumque* مهما *quotieſcumque* أنّى *quomodocumque*. Quæ omnia dicuntur مُنْقَوِمَة *diminuta*, quiaduo exigunt verba, ſiuè duas ſummas ad perficiendam orationem, quam inchoant; ſunt enim nomina conditionalia virtualiter, atque implicitè continentia conditionalem ان *ſi*: Vnde & conditione, & retributione opus eſt vt perficiatur oratio, atque vno verbo conditio, altero retributio importatur. Operantur ergo nomina hæc in ambobus verbis modzhareis ſubſequentibus caſum, ſiuè modum Gezm, vt

مَن يُكْرِمْنِي أُكْرِمْهُ Qui honorauerit me, honorabo eum.

أيُّهُمْ يُكْرِمْنِي أُكْرِمْهُ Quiſquis eorum honorauerit me, honorabo eum.

مَا تَصْنَعْ أَصْنَعْ Quicquid feceris, faciam.

مَتَى تَخْرُجْ أَخْرُجْ cum exieris, exibo.

إِذْمَا تَفْعَلْ أَفْعَلْ Cum facies, faciam.

أَيْنَ تَمْرُرْ أَمْرُرْ Vbicumque ambulaueris, ambulabo.

حَيْثُمَا تَذْهَبْ أَذْهَبْ Quocumque abieris, abibo.

مَهْمَا تَخْرُجْ أَخْرُجْ Quotieſcumque exieris, exibo.

أَنَّى تَأْكُلْ آكُلْ Quomodocumque comederis, comedã.

Quæ orationes perindè ſe habent, ac ſi cum expreſſa particula conditionali إن ſi, diceretur. إِنْ يُكْرِمْنِي أَحَدٌ أُكْرِمْهُ *ſi honorabit me aliquis, honorabo eum*. Reſoluitur autem oratio prima hoc pacto.

من مرفوع بانه مبتداء يكرمني فعل مضارع مجزوم بانه فعل الشرط وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى من وياء المتكلم منصوب محلا بانه مفعول به ليكرم اكرمه مجزوم بانه جزاء الشرط وفاعله ضمير مستتر فيه راجع الى المتكلم والهاء ضمير منصوب محلا بانه مفعول به لاكرم راجع الى من وفعل الشرط وجزاء مع خبره جملة اسمية ليس لها محل من الاعراب لانتفاء وقوعها مقام المفرد

Simili prorſus modo reſoluuntur orationes cæteræ.

CAPVT

# CAPVT XXIV.

## De conſtructione Nominum indiſtinctorum, quæ ſunt ſecunda ſpecies nominum Audibilium.

NOMINA مبهمة *indiſtincta*, ſeu vaga, quæ inter audibilia ab Authoribus numerantur quatuor ſunt, eorumq. operatio eſt nasbare nomina ſpecificantia ignota, ſiue abſque articulo adhibita.

Primum eſt nomen numeri denarij cardinalis, nempe عَشَرَ *decem*, cum tamen adiunctum habet alium numerum pauciorem, vt أَحَدَ عَشَرَ *vndecim* إثْنَى عَشَرَ *duodecim* ثَلَثَةَ عَشَرَ *tredecim*, & ſic deinceps vſque ad تِسْعَةَ عَشَرَ *decem & nouem*; hoc enim collocat in nasbo nomen rei numeratæ, quod ſemper ſingulare eſſe debet, vt عِنْدِى إحَدَ عَشَرَ رَجُلًا *apud me* ſunt *vndecim homines*, & إثْنَى عَشَرَ دِرْهَمًا *duodecim Denarÿ*, & ſic deinceps, vbi obſeruāda ſunt pariter quæ de numerorum nominibus quoad genus maſculinum, & fæmininum ſuperius dicta ſunt lib.2.c.12. Reliqua vero numerorum nomina vel adiacent nominibus rerum numeratarum, vt eſt nomen vnitatis, veluti عِنْدِى رَجُلٌ وَاحِدٌ *Apud me homo vnus*, vel annectuntur illis vt ſunt ثَلَثَةٌ *tres*, أرْبَعَةٌ *quattuor*, خَمْسَةٌ *quinque*, ستة *ſex*. سبعة *ſeptem*, ثمانية *octo*, تسعة *nouem*, عشرة *decem*, cum non

non adiacet alius numerus minor: ثَلَثمَايَةٌ *tercentũ*, أَرْبَعمَايَةٌ *quattuorcentum* vſque ad تِسْعمَايَةٌ *nongenta*, qu æ omnia giarrant nomina rerum pluraliter adhibita, veluti عِنْدِى ثَلَثَةُ رِجَالٍ *apud me* (ſunt) *tres homines*, لى أَرْبَعُ اخْوَاتٍ *mihi ſunt quattuor ſorores*, & ſic deinceps obſeruatis pariter ibidem dictis de eodem : fęminino. Item مَايَةٌ *centum*, مايتان *ducentum*, أَلْفٌ *mille*, الفان *duo millia*, الاف vel أُلُوفٌ *milliaria*, quæ omnia giarrant pariter nomina rerũ ſingulariter tamen adhibita, vt مَايَةُ رَجُلٍ *centum homines*, مَايَتَا رَجُلٍ *ducentum homines*. أَلْفُ رَجُلٍ *mille homines, &c.* vel tandem ſi nasbant nomen ſingulare, non ſunt audibilia, ſed regularia, vt عشرون *viginti*, ثلثون *triginta*, & reliqua denaria, de quibus ſuperius de nomine perfecto dictum eſt.

Secundum ex huiuſmodi quattuor nominibus eſt nomen quoddam interrogatiuum quantitatis, ſiue numeri, nempè كَمْ *quantum*? ſeù *quot*? veluti كَمْ دِرْهَمًا مَالُكَ *quot denarij ſunt bona tua*? in cuius orationis reſolutione dicitur.

كم مرفوع محلا على انه مبتدا درهما منصوب بانه تمييز لكم مالك مرفوع بانه خبر المبتداء

Adhibetur hoc ipſum nomen كم alio modo, nempè reſponſiuè, ſiuè aſſertiuè, non interrogatiuè, ſed vt ſic non nasbat, ſed giarrat nomen ſubſequens plurale, vel ſingulare, tamquam ei annexum, vt مَا نَعْرِفُ كَمْ رِجَالٍ عِنْدَكَ *neſcimus quot homi-*

*nes ſunt apud te*, vel كَمْ رَجُلٍ

Tertium eſt كَذَا *tot*, veluti عِنْدِي كَذَا دِرْهَمًا *apud me tot denarij*, vbi عندى dicitur Raph-atum, quia eſt chabarum præmiſſum & كذا Raph-atum quia eſt mobtadaum poſtpoſitum chabaro, & درهما ſimiliter nasbatum, quia eſt تمييز Adhibetur etiã interdum nomen ſpecificãs poſt كذا Raph-atum veluti لَهُ عِنْدِي كَذَا دِرْهَمٌ *ipſi apud me tot denarij*, cuius orationis varia eſt explicatio, & reſolutio; quidam enim dicunt درهم eſſe hic mobtadaum, & له chabarum eius ipſi præmiſſum Raph atum loco, & عندى eſſe continẽs locale mobtadai, ac كذا eſſe nasbatum loco, tamquam حال *diſpoſitionem* mobtadai. Alij vero dicunt كذا eſſe mobtadaum, & درهم eſſe بدل *permutationem*, vel عطف بيان *copulam declarationis*, & عندى eſſe Raph-atum loco tamquam chabarum præmiſſum, & له eſſe connexum cũ حاصل q̃ ſubintelligitur, eſſeque nasbatum tamquam مفعول له غير صريح *actum gratia ipſius, non clarum*. Alij vero alijs modis reſoluunt, quos breuitatis gratia prætermittimus.

Quartum eſt كَأَيْ ſeu كَأَيِّنْ *quot*, veluti كَأَيْ رَجُلًا عِنْدِي *quot homines* ſunt *apud me*? vbi كاى eſt Raph-atum loco tamquam mobtadaum رجلا eſt nasbatum tamquam tamijz, & عندى eſt Raph-atum loco tamquam chabarum.

# CAPVT XXV.

## De conſtructione nominum verborum, quæ ſunt tertia ſpecies nominum Audibilium.

DE huiuſmodi nominibus cap. 12. præcedentis libri dictum eſt: quæ autem ex ipſis caſus regunt nouem ſunt: ſex nasbant; tria vero Raph-ant.

Nasbantia ſunt. Primum رُوَيْدَ veluti رُوَيْدَ زَيْدًا ideſt أَمْهِلْهُ *differ eum*. Secundum بَلْهَ veluti بَلْهَ زَيْدًا ideſt دَعْهُ *ſine eum*, ſeù أُتْرُكْهُ *relinque eum*. Tertium عَلَيْكَ veluti عَلَيْكَ زَيْدًا ideſt إِلْزَمْهُ *adhære*, *ſeù innitere ei*. Quartum دُونَكَ veluti دُونَكَ زَيْدًا ideſt خُذْهُ *accipe eum*. Quintum eſt هَا eiuſdẽ ſignificationis veluti هَا زَيْدًا ideſt خُذْهُ *accipe eum*. Sextum eſt حَيَّهَلَ veluti حَيَّهَلَ ٱلثَّرِيدَ ideſt إِيتِ ٱلثَّرِيدَ *Veni ad ius*.

Raph-antia verò ſunt. Primũ هَيْهَاتَ veluti هَيْهَاتَ زَيْدٌ .i. بَعُدَ زَيْدٌ *lõginquus factus eſt* Zaidus. Secũdũ eſt شَتَّانَ veluti شَتَّانَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو ideſt إِفْتَرَقَا *ſeparati ſunt* Zaidus, & Amrus

Tertium eſt سَرْعَانَ veluti سَرْعَانَ زَيْدٌ ideſt سرع زيد *feſtinauit* Zaidus.

## CAPVT XXVI.
## De Conſtructione Particularum in Communi.

QVOAD operationem, ac regimen tertium ac poſtremũ locum obtinent الحروف *Particulæ*, quarum operatio pariter ad omnes ſe ſe caſus extendit; quædam enim ex ipſis Raphant, quædam nasbant, quædam Giarrant, quædam Gezmant. Sunt autem quinque operantium particularum ſpecies, iuxta commodiorem diuiſionem, quam tradit Author opuſculi dicti المصباح *Lucerna*.

Quędam enim particulæ operantur in Nomen, quædam in Verbum. Quæ operantur in nomen ſunt in duplici differentia; aliæ operantur in ſimplex, aliæ in ſummam. Rurſus ex operantibus in ſimplex, aliæ ſunt Giarrantes, aliæ ſunt nasbantes. Quæ tandem operantnr in verbum pariter ſunt in duplici differentia, quædam Nasbant, quædam Gezmant. Itaque ad ſummum exurgunt quinque particularum ſpecies videlicet.

الحروف العاملة في الاسم المفرد الجارة Particulæ operantes in nomẽ ſimplex giarrãtes.

الحروف العاملة في الاسم المفرد الناصبة Particulæ operantes in nomẽ ſimplex nasbãtes.

الحروف العاملة في الجملة Particulæ operantes in ſummam.

الحروف العاملة في الفعل الناصبة Particulæ operantes in verbum nasbantes,

الحروف العاملة في الفعل الجازمة Particulæ operantes in verbum Gezmantes.

CAPVT

# CAPVT XXVII.

## De Conſtructione Particularum Primæ, & Secundæ Speciei.

PARTICVLAE Giarrantes communiter حُرُوفُ الجَرِّ *particula contractionis*, & حُرُوفُ الخَفْضِ *Particula depreſsionis* vocantur, circa quas nihil hic noui explicandum occurrit, omnes enim operantur caſum giarro in nomine ſubſequenti, vt ſingulis exemplis capitulo vltimo præcedentis libri patuit, vbi ſingularum acceptiones, & vſus varios explicuimus.

Particulæ autem ſecundæ ſpeciei nasbantes .ſ. nomen ſimplex ſeptem ſunt.

Prima eſt وَ quatenus idem valet ac مَعَ *cum*. Atque hæc non nasbat nomen ſubſequens niſi præcedat ante ipſam verbū, veluti خَرَجَ زَيْدٌ مِنَ الدَّارِ وَعَمْرًا *exiuit Zaidus de domo, & Amrus*, ſeu cum Amro; vel ſaltem præcedat aliquid continens ſignificatum verbi veluti زَيْدٌ فَصِيحُ الكَلَامِ وَعَمْرًا *Zaidus elegans eſt ſermone, & Amrus* vbi فصيح deducitur ex verbo فَصُحَ *elegans fuit*, ſimiliter cum dicitur مَا شَأْنُكَ وَزَيْدًا *qualis eſt ſtatus tuus cū Zaido?* nasbat nā licet شانك non deducatur ex aliquo verbo, perinde tamen ſe habet, ac ſi diceretur كَيْفَ تَلَابَسُ *quomodo commiſceris?*

Secun-

Secunda eſt particula exceptionis إِلَّا *prater*, ſeu niſi. Pro cuius intelligentia notandum الْمُسْتَثْنَى *exceptum*, quadruplex eſſe; diuiditur enim primo in مُتَّصِل *coniunctum*, & in منقطع *ſectum*. Coniunctum dicitur illud quod pertinet ad idem genus rerum atque illud, de quo exceptio fit. Atque hoc adhuc eſt duplex; vel enim præmittitur ei de quo excipitur, quod regulariter fit præcedente negatione, vt ماجاءني الا زيدا احد *non venit ad me præter Zaidum quiſquã* vel ei poſtponitur præcedente interdum affirmatione, vt جاءني القوم الا زيدا *venit ad me populus præter Zaidum*, interdum negatione, vt ما جاءني احد الا زيدا *non venit ad me quiſquam præter Zaidum*. Sectum vero dicitur exceptum illud, quod non eſt de eodem rerum genere, ac id, de quo excipitur, ac pariter accidit præeunte negatione, vt ما جاءني احد الا فرسا *non venit ad me quiſquam niſi equus*. Itaque exurgunt quattuor exceptuati ſpecies المستثنى المتصل المقدم *exceptum coniunctum præmiſſum*, المستثنى المتصل المؤخر بعد الموجب *exceptum coniunctum poſtpoſitum poſt affirmatum* المستثنى المتصل المؤخر بعد النفي *exceptuatum coniunctum poſtpoſitum poſt negatum*, المستثنى المنقطع *exceptum ſeiunctum*, ex quibus Primum, Secundum, & Quartum neceſſariò nasbata ſunt. Tertium vero nasbari quidem poteſt vt in præcedenti exemplo factum eſt, elegantiùs tamen Raph-atur, tamquam permutatum ex exceptuato, veluti ماجاءني احد الا زيد *non venit ad me quiſquam, niſi Zaidus*. Quod ſi præcedens ſermo non ſit integer, nec adſit المستثنى منه *id de quo fit exceptio*, tunc exceptum locandum eſt in eo caſu, quem exigit præcedens verbum, vt ماجاءني الا زيد *non venit ad me, niſi Zaidus* مارايت الا زيدا *non vidi niſi Zaidum*, مامررت الا بزيد *non inceſſi, niſi per Zaidum*. Vel in Raph-o ſi præcedat mobtadaum, perindè ac ſi exceptio non adeſſet, veluti ما زيد الا منطلق *non eſt Zaidus*

*dus niſi abiens*. Præter hanc exceptionis particulam, ſunt etiam aliæ quibus exceptio fit, ſuntque in triplici differentia. Quædam omnino nasbant exceptum; vel enim ſunt verba tranſitiua, vt مَاعَدَا & مَاخَلَا : vel deficientia, vt لَيْسَ & لَا يَكُونُ veluti جاءنى القوم ماعدا زيدا vel ماخلا زيدا vel لا يكون زيدا vel ليس زيدا *venit ad me populus præter Zaidũ*. Quædam omninò giarrant exceptuatum, quia ſunt nomina ei annexa; nempè غَيْرٌ & سِوَى & سَوَاءٍ veluti جاءنى القوم غير زيد vel سوى زيد & سواء زيد *venit ad me populus præter Zaidum*.

Quædam verò indifferenter Raph-ant exceptuatum, tamquã agens eorum, quia ſunt verba intranſitiua; & nasbant illud tamquam ipſorum patiens, quia adhibentur etiam vt tranſitiua: & giarrant idem, tamquam contractum, quia æſtimantur vt particulæ contractionis, nempè خَلَا & عَدَا & حَاشَا eiuſdemq. operationis eſt compoſitum لَا سِيَّمَا veluti جاءنى القوم حاشا زيد vel حاشا زيدا vel حاشا زيد *venit ad me populus præter Zaidũ*, & ſic de reliquis.

Sed notãdũ nomen غير *alius* locari in eo caſu in quo locatur exceptum per إلا Vnde cum præmittitur tribus exceptuati ſpeciebus, quæ neceſſariò nasbarentur ſi exciperentur per إلا neceſſariò ipſum nasbatur. Vnde dicetur جاءنى القوم غيرَ زيد *venit ad me populus præter Zaidũ*, quemadmodum diceretur جاءنى القوم إلا زيدا Item ما جاءنى غيرَ زيد احد *non venit ad me præter Zaidum quiſquã* quemadmodum pariter dicendum eſſet ما جاءنى إلا زيدا احد item ما جاءنى احد غير فرس *non venit ad me quiſquam, niſi equus*, ſicut dici deberet ما جاءنى احد إلا فرسا. Cum verò præmittitur excepto tertiæ ſpeciei nasbatur quidem, ſed elegantiùs Raph-atur, vt de excepto ſimili, poſt إلا dictum eſt, veluti ما جاءنى احد غير زيد & غير زيد *non venit ad me quiſquã niſi*

*niſi Zaidus*, quemadmodum diceretur ما جاءنى احد الا زيدا & الا زيد

Reliquæ huius ſpeciei particulæ ſunt particulæ quinque vocationis, nempè يَا أَيَا هَيَا أَيْ & أ quæ omnes neceſſariò nasbant vocatum, cum illud fuerit مضاف *annexum*, vt يَا عَبْدَ اللّٰه *ô ſerue Dei.* item cum fuerit مضارع للمضاف *ſimile annexo*, vt يَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ *ô melior Zaido* يا حسنا وجهه *ô pulcher facie*, يا طالعا جبلا *ô aſcendēs montem*, يا رفيقا بالعباد *ô amicabilis cum ſeruis*, item cum fuerit نكرة *ignotum*, veluti يا رجلا *ô homo*, niſi huiuſmodi ignotum fuerit præciſe aſpectum ac intentum, quia tunc firmatur cum dzhammo ad inſtar proprij, veluti ſi ei quem conſpicis dicas يا رجلُ *ô homo*.

Cum non fuerit مفرد معرفة *ſimplex notum*, hoc eſt non annexum, nec ei ſimile, ſed notum, tunc dzhammatur fitque مبنى *firmatum*, vt يَا زَيْدُ *ô Zaide* يَا رَجُلُ *ô homo* Cæterum ſi vocato ſubſequatur aliquod epithetum non annexum, licebit indifferenter ipſum epithetum Raph-are atque nasbare, veluti يَا زَيْدُ الشَّرِيفُ & يَا زَيْدُ الشَّرِيفَ *ô Zaide nobilis.* Quòd ſi attributum huiuſmodi ſubſequens ſit annexum, neceſſariò nasbandum erit, veluti يَا زَيْدُ صَاحِبَ الْبَيْتِ *ô Zaide domine domus.*

Cum verò attributum ſubſequens eſt hoc nomen ابن *filius*, medians inter duo nomina propria, tunc vocatum phathatur, vel etiam dzhammatur, caditque hamzat de ipſo nomine ابن veluti يَا زَيْدَ بْنَ عَمْرٍو & يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو *ô Zaide fili Amri*. Si verò non mediauerit inter duo nomina propria, neceſſariò dzhammandum erit vocatum, remanente

hamzat

hamzat, veluti يَا زَيْدُ ابْنَ أَخِي *ô Zaide fili fratris mei*, vel يَا رَجُلُ ابْنَ زَيْدٍ *ô homo fili Zaidi*, vel يَا رَجُلُ ابْنَ أَخِي o *homo fili fratris mei*, atque idipſum, quod de ابن dictum eſt in nomine maſculino, intelligendum eſt etiam de ابْنَة *filia*, in uocato fœminino.

Tandem notandum, quando vocatum eſt proprium dzhāmatum, vel eſt annexum, reijci poſſe particulam uocationis, veluti يُوسُف *ô Ioſeph* فَاطِرَ السَّمَوَاتِ *ô conditor cælorum*.

Præterea ſi vocatum ſit proprium non annexum, & pluſquam ternarium, manente particula, licebit auferre vltimam literam ipſius, quod dicitur ترخيم المنادى *inciſio vocati*, veluti يَا حَارِ pro يَا حَارِثُ *ô Hbarete*, & يَا أَسْمَا pro يَا أَسْمَاءُ *ô Aſma*, & يَا عُثْمَ pro يَا عُثْمَانُ *ô Othmane*.

# CAPVT XXVIII.

## De Conſtructione Particularum Tertiæ Speciei.

PARTICVLAE huiuſmodi octo ſunt, quæ omnes prçcedunt ſummam nominalem, ſeù mobtadaum, & chabarum; atque ipſarum ſex ſunt, quarũ Raph-atum poſtponitur nasbato nasbant enim mobtadaum, quod dicitur nomen ipſarum, & Raph-ant chabarum, appellanturque حروف مشبهة بالأفعال *particulæ aſſimiliatæ verbis*, quia ſicuti verbum duos caſus regere poteſt nomen Raf. &

Nasb. ita & iſte particulæ, vt dictum eſt.

Prima ipſarum eſt إِنَّ cuius hamzat Keſratur quia ſequēs ſumma non ſtat loco ſimplicis, veluti إِنَّ زَيْدًا حَسَنٌ *certè Zaidus eſt pulcher*.

Secunda eſt أَنَّ phathata | quoniam ſumma ſubſequens cadit loco ſimplicis, veluti بلغنى ان زيدا حسن *peruenit ad me, quod Zaidus eſt pulcher*.

Tertia eſt كَأَنَّ veluti كان زيدا اسد *quaſi Zaidus ſit leo*.

Quarta eſt لَكِنَّ veluti ما جاءنى زيد لكن عمروا حاضر *non venit ad me Zaidus, ſed Amrus eſt præſens*.

Quinta eſt لَيْتَ *vtinam*, veluti ليت زيدا عالم *vtinam Zaidus eſſet doctus*.

Sexta eſt لَعَلَّ *forſan*, veluti لعل زيدا راجع *forſan Zaidus eſt rediens*. Quarum orationum Prima reſoluitur ſic.

ان حرف من حروف المشبهة داخلة على الجملة لا بد لها من اسم منصوب و خبر مرفوع فزيدا منصوب بانه اسمها وحسن مرفوع بانه خبرها

Secunda verò oratio reſoluitur.

بلغ فعل ماض نى منصوب المحل بانه مفعول لبلغ ان حرف من حروف المشبهة و زيدا منصوب بانه اسمها وحسن مرفوع بانه خبرها وان مع اسمها وخبرها فى تاويل المفرد وهو مرفوع المحل بانه فاعل لبلغ

Ex

Ex his facile patebit reſolutio cæterarum orationum. Atque notandum ſemper chabarum poſtponendum eſſe mobtadao præcedentibus huiuſmodi particulis, vt in præcedentibus exemplis factum eſt. Poteſt tamen præmitti cum eſt ظرف *cõtinens*, locale, vel temporale vt عرفت ان فى الدار زيدا *noui quod domi eſt Zaidus*.

Alleuiãtur autem huiuſmodi particulę grauatione teſcdid, eiuſque loco aſſumunt eſſocun habentes vltimam litteram ن quando præmitti debent verbo: Atque ad diſtinctionem ان negatiuæ, de qua ſuo loco ſuperiori libro diximus, Chabaro ان præfigitur ل, vt إِنْ كَانَ زَيْدٌ لَكَرِيمًا, *eſt quippè Zaidus venerabilis*.

Itẽ etiã verbo, cui pręponitur ان, præmittitur aliqua quattuor harum particularum لا سوف س قد, idquè ad diſtinctionem eius ab ان Maſdarali de qua ſequ. cap. dicemus, vt

عَلِمْتُ أَنْ قَدْ خَرَجَ زَيْدٌ وَأَنْ سَوْفَ يَخْرُجُ وَأَنْ لَا يَخْرُجُ عَمْرٌو

*ſciui quòd iam exÿt Zaidus, & quod egredietur, & quod non egredietur Amrus.*

Alleuiatio autem harum particularum fit ad hoc, vt sũmæ etiam verbali præmitti poſsint; grauatæ enim ſolis nominibus præfigi poſſunt; leuigatæ, & verbis & nominibus: ſed quando leuigatæ ſunt non amplius operantur caſum Nasb. vt بَلَغَنِى ان ذهب زيد وان عمرو اخوك *Nuntiatum eſt mihi, quòd diſceſsit Zaidus, & quòd Amrus eſt frater tuus.*

Duæ inſuper ſunt eiuſdem tertiæ ſpeciei particulæ, quarum Raph atum præcedit Nasbatum, raph-ant enim mobtadaum. nasbant autem chabarum duæ particulæ negationis ما, & لا; Pro quarum intelligentia ſciendum, ipſas dupliciter adhiberi. Primò non præmiſſas ſummæ nominali, ſiue mobtadao, & chabaro; ſed verbo Modzhareo; & vt ſic nullatenus operatiuæ ſunt, veluti ما يقوم *non ſtat*, لا يَخْرُجُ *non egredietur*. Secundò adhibentur præmiſſæ mobtadao, & chabaro; atque ſic

 dicun-

dicuntur eſſe بمعنى ليس , *in ſignificationem verbi* negatiui ليس *non fuit*, ac proinde reuocantur ad verba deficientia, quæ ſunt ſpecies operantium ingredientium ſuper mobtadaũ, & chabarum. Operantur ergo ad inſtar verborum deficientium, veluti مَا زَيْدٌ قَائِمًا *non eſt Zaidus ſtans*.

Vbi notandum primò ما operari tum in nomen معرفة *notũ*, vt in exemplo allato; tum in نكرة *ignotũ*, veluti ما رجلٌ خيرًا منك *non eſt homo melior te*. At vero لا tunc ſolum operatur, cum nomen eius ignotum eſt; ſi enim notum fuerit, Raph-atum manet nomen ſimul & chabarũ, veluti لَا ٱلرَّجُلُ حَقِيقٌ *non eſt homo verax*.

Secundò notandum vtramque particulam priuari pariter operatione, atque raph-ari etiam ipſorum chabarum, ſi præmittatur mobtadao, vel afficiatur particula exceptionis إلا veluti مَا زَيْدٌ ٱلأَمُنْطَلِقٌ *nõ eſt abiens* Zaidus, vel مَا مُنْطَلِقٌ زَيْدٌ

Tertiò ſimiliter ما deſtituitur operandi vi, cum præmittitur eius nomini particula إن , quæ interdum abundè apponitur, veluti مَا إِنْ زَيْدٌ مُنْطَلِقٌ *non eſt Zaidus abiens.*

Quartò لا adhibetur etiam alio modo, nempe; non pro negatione alicuius attributi, ſiue enunciati de aliquo ſubiecto, quo pacto, vt dictum eſt, dicitur eſſe بمعنى ليس vt in præcedentibus exemplis; ſed pro negatione exiſtentiæ abſolutè ipſiuſmet ſubiecti, ſiue nominis eius, quod ſæpe in genere ſumitur, vnde لا hoc modo dicitur eſſe لنفى الجنس *pro negatione generis*, hoc eſt pro negatione vniuerſali, qua negatur exiſtentia rei in genere, veluti cum dicitur لَا رَجُلَ فِي ٱلسُّوقِ *non eſt homo*, hoc eſt nullus homo *in platea*, quamuis etiam interdum negetur exiſtentia alicuius rei in particulari. Cum igitur لا fue-

fueiit ſic لنفى الجنس non verò بمعنى ليس, alio modo conſtruitur; ſi enim nomen eius fuerit annexum, uel ei ſimile, ideſt comparatiuum ſequente من, nasbatur, ueluti لَا غُلَامَ زَيْدٍ عِنْدَنَا *non eſt ſeruus Zaidi apud nos*. لا خيرا منك عندنا, *non eſt melior te apud nos*. Si verò non fuerit annexum, nec ei ſimile, ſed ſimplex, phathatur, fitq. مَبْنِيّ *firmatũ*, ueluti لَا رَجُلَ فِى السُّوقِ *non eſt homo in platea*, niſi fuerit معرفة, uel non immediatè ſequatur poſt لا, in his enim caſibus neceſſariò raph-atur, & ſecũdũ quoſdã neceſſaria eſt geminatio لا cum duplici negato, ueluti لا فى الدار رجل ولا امراة *non eſt domi homo, neque mulier*, uel زيدٌ فى الدار ولا عمرو لا *non eſt Zaidus domi, neque Amrus*. Quod ſi geminatio fiat cũ immediatione negati ignoti poſt primam لا, tunc licebit utrumq., uel alterutrum negatorũ raph-are, uel phathare, ueluti لا رجلٌ فى الدار ولا امراةٌ uel لا رجلَ فى الدار ولا امراةٌ, uel لا رجلَ فى الدار ولا امراةَ *non eſt homo domi, neque mulier*.

## CAPVT XXIX.

## De conſtructione Particularum quartæ Speciei, quæ dicuntur الحروف العاملة فى الفعل الناصبة. Particulæ operantes in verbum nasbantes.

PARTICVLÆ nasbantes Verbum Modzhareum quattuor ſunt انْ *quòd*, لَنْ *non*, كَىْ *vt*, إِذَنْ *benè*.

Prima ان Maſdaralis dicitur, quia, ut ſuo loco diximus, uerbum cum ipſa æquipollet maſdaro. Præcedit autem neceſſariò uerbum aliquod; uel ſcientiæ, & cognitionis, ut علم *ſciuit*

 *nouit*,

عرف *nouit*; uel exiſtimationis, & opinionis, ut ظن *arbitratus eſt*, حسب *credidit*; uel alterius generis, ita ut non ſit ex uerbis cordis, vt اراد *voluit* قدر *potuit*, &c. Cum igitur hæc poſterioris generis verba præcedunt, tunc ان neceſſariò naſbat verbum ſubſequens, veluti أُرِيدُ أَنْ تَخْرُجَ *volo, quòd egrediaris*. Cum verò priora verba ſcientiæ, & notitiæ præmittuntur, ipſa ان non nasbat, ſed potius eſt alleuiata, ſeu genita ex أنّ graui, de qua ſuperiori capite dictum eſt, ueluti عَلِمْتُ أَنْ سَيَقُومُ زَيْدٌ *ſciui, quòd ſurget Zaidus*. Cum tandem præmittuntur ei verba exiſtimationis, poteſt nasbare, ut ظَنَنْتُ أَنْ يَقُومَ زَيْدٌ *exiſtimaui quòd ſurgit Zaidus*; & poteſt etiã abſque operatione manere, ueluti ظَنَنْتُ أَنْ سَيَقُومُ زَيْدٌ *exiſtimaui quòd*, ſiue *ſi ſurget Zaidus*.

Secunda particula eſt لن pro omnimoda negatione futuri, veluti لَنْ يَفْعَلَ *nullatenus faciet*.

Tertia eſt cauſalis, ſeu finalis كي *vt*, ueluti جِئْتُكَ كَيْ تُكْرِمَنِي *veni ad te, vt bonores me*.

Quarta eſt إِذَنْ *benè*, quæ dicitur حرف جواب وجزاء *particula reſponſionis, & retributionis*, veluti ſi dicenti tibi اتيك *veniam ad te*, reſpondeas إِذَنْ أُكْرِمَكَ *benè bonorabo te*. Exigit autem duplicem conditionem, vt nasbet. Prima eſt, vt non præcedat ante ipſam aliquid, cum quo connexionem habeat id quod ſequitur poſt ipſam; unde non nasbat, cum dicitur, أَنَا إِذَنْ أُكْرِمُكَ *ego benè bonorabo te*, quia انا, quod eſt ante

ipſam

ipſam eſt mobtadaum, & اكرمك, quod eſt poſt ipſam eſt ſumma verbalis chabarum mobtadai præcedentis: nec nasbat cũ cõditionalitèr dicitur إن جيتني اذن اكرمك, quia اكرمك eſt retributio pendens ex antecedenti conditione, & ideo gezmatur. Secunda conditio eſt, ut verbum ſubſequens ſit futurum; vnde nec nasbat, cùm per verbum præſentis temporis mentienti tibi dixeris إذن أظنك كاذبا *benè iudico te mendacem.*

Nasbatur præterea modzhareũ poſt quinque alias particulas, ſed non uirtute ipſarũ, ſed uirtute explicatę ſuperiùs particulæ أن, quæ tacitè poſt ipſas ſubintelligitur. Sunt autem huiuſmodi particulæ quinque, uidelicet. Prima eſt حتى *quoadusque,* quæ eſt particula contractionis quidem, ſed præmittitur etiam modzhareo nasbato per أن ſubintellectam, perindè ac prę̄mitteretur ad contrahendum maſdarum; nam, ut ſæpè diximus, أن cum modzhareo æquipollet maſdaro. Vnde dicitur أسير حتى أدخل البيت *meabo quoadusque ingrediar domum.* i. اسير حتى ان ادخل البيت quod idem eſt ac dicere اسير حتى دخولي البيت *meabo vſque ad introitum meum domus.*

Secunda eſt ل *vt,* quæ æquiualet particulę كي, immo dicitur لام كي *lam particula* كي nam illi ſæpè præmittitur fitq. لكي *vt,* ueluti جيتك لتكرمني *veni ad te, vt honores me.*

Tertia eſt أو, quæ alioqui eſt coniunctio diſiunctiua, ut ſuo loco diximus; ſed præmiſſa uerbo dicitur eſſe بمعنى الى *in ſignificationem particulæ* الى *vſque,* quamuis per diſiunctionem quoque explicari poſsit, ueluti لالزمك او تعطيني حقي *certè conſtringam te vſque des mihi ius meum,* ideſt, uel des mihi ius meum.

Quar-

Quarta eſt, وَ &, quæ nasbat modzhareum ſubſequens, cùm adſunt duæ conditiones. Prima eſt الجمعية *ſimultas*, hoc eſt quòd ſimul ſe habeat actio uerbi ſequentis, & præcedentis. Secunda ut præcedat ante و aliquod ex rebus ſex, quæ ſunt الامر *Imperium*, النهى *probibitio*, النفى *negatio*, الاستفهام *interrogatio*, التمنى *optatio*, العرض *oblatio*, ueluti اقتل زيدا وتاخذ ماله *occide Zaidum*, *& accipies bona eius*. لا تاكل السمك وتشرب اللبن *ne comedas piſcem*, *& bibas lac*, & ſic de reliquis.

Quinta, & vltima particula eſt reſponſiua فَ, quæ pariter duas exigit conditionis, vt nasbetur modzhareum ſubſequens. Prima eſt eadem, quam exigit و, nempè vt ſit reſponſiua poſt aliquam ex eiſdem ſex rebus. Secunda eſt, vt quod præcedit ipſam ſit cauſa eius, quod ſequitur poſt ipſam, veluti ائتنى فاكرمك *veni ad me, quia bonorabo te*, لا تسرقوا فيقتلكم صاحب المال *ne furemini*, *& occidat vos dominus bonorum.* ما تاتينا فتحدثنا *non venies ad nos*, *& colloqueris nobiſcum.* هل اسالك فتجيبنى *num interrogabo te*, *& reſpondebis mibi?* ليتنى عندك فافوز *vtinam ego eſſem apud te*, *& adipiſcerer*. الا تنزل بنا فتصيب خيرا *vis deſcendere ad nos*, *& inuenies bonum*.

CAPVT

# CAPVT XXX.

## De Conſtructione Particularum quintæ ſpeciei, quæ appellantur Particulæ Gezmantes Modzhareum.

PARTICVLAE Gezmantes quinque ſunt. Quattuor ex eis gezmant vnicum verbum, videlicet, لم *non*, quæ præmittitur Modzhareo pro negatione præteriti, ueluti لم يخرج *non exiuit.* لمّا *non dum*, quę pariter præmittitur Modzhareo pro negatione pręteriti; ſed continuata uſque ad tempus præſens, ueluti لمّا يخرج *non dum exiuit.* ل pro imperatiuo affirmatiuo abſentis, ſiue tertiæ perſonæ, ueluti ليخرج *egrediatur.* لا pro vetatione, ſiue imperatiuo negatiuo tum præſentis, tum abſentis, ſeu ſecundæ, & tertiæ perſonæ, ueluti لا تخرج *ne egrediaris,* لا يخرج *non egrediatur.*

Vnica uerò ex quinque gezmat duo uerba, qualis eſt إِنْ *ſi* conditionalis; gezmat enim tum uerbum primum importans conditionem, tum uerbum explicans retributionem, ueluti إِنْ تُكْرِمْنِي أُكْرِمْكَ *ſi bonorabis me bonorabo te*, pro cuius reſolutione dices:

ان حرف من حروف الشرط يقتضى جملتين احدهما شرط والاخر جزاء تكرمنى مجزوم بانه فعل الشرط اكرمك مجزوم ايضا بانه جزاء الشرط وفعل الشرط وجزاء الشرط جملة شرطية ليس لها محل من الاعراب لانتفاء وقوعها موضع المفرد

Vbi notandum, quod tripliciter hæc uerba conditionis, & retributionis poſſunt diſponi. Primò ut utrunque ſit modzhareum,

reum; & ut ſic ambo neceſſariò gezmantur, ut in præcedenti exemplo. Secundò, ut utrumque ſit præteritum, & ſic pariter gezmantur ambo, non tamen prolatione, uel poteſtate; ſed tantùm loco, ſiue diſpoſitione, ueluti إِنْ أَكْرَمْتَنِى أَكْرَمْتُكَ *ſi honoraſti me, honoraui te*. Tertiò, ut uerbum conditionis ſit præteritum; uerbum uerò retributionis ſit modzhareum; & ſic modzhareum gezmari, & raph-ari poteſt, ueluti إِنْ أَكْرَمْتَنِى أُكْرِمْكَ, uel أُكْرِمُكَ *ſi honoraſti me, honorabo te*.

Præterea gezmatur modzhareum cum hac eadem particula إِنْ conditionali, non tamen expreſſa; ſed implicita, ſeu ſubintellecta, ut de أَنْ nasbante diximus. fitque hoc poſt quinque res, quibus reſpondetur cum فَ reſponſiua, ſeu poſt quas adhibetur فَ reſponſiua, quæ ſunt eædem prorſus, quas ſuprà eidem فَ diximus debere præcedere, vt per أَنْ implicitam nasbaret modzhareum, excepta negatione: uidelicet, poſt Imperatiuum affirmatiuum; poſt negatiuum, ſeu vetationem; poſt interrogationem; poſt optationem; & poſt oblationem, ueluti إِيتِنِى أُكْرِمْكَ *veni ad me, bonorabo te*, لَا تَكْفُرْ تَدْخُلِ ٱلْجَنَّةَ *ne diſcredas, introibis in paradiſum*, أَيْنَ بَيْتُكَ أَزُرْكَ *vbi domus tua? viſitabo te*. لَيْتَ لِى مَالًا أُنْفِقْ *vtinam eſſent mihi bona, erogarem*. أَلَا تَنْزِلُ تُصِبْ خَيْرًا *vis ne deſcendere, inuenies bonum*. quæ omnia modzharea retributiua gezmata ſunt propter إِنْ conditiona-

tionalem in præcedentibus rebus implicitam, quaſi diceretur ايتنى فانك ان تاتنى اكرمك *veni ad me, quoniam ſi venies ad me, honorabo te.* لا تكفر فانك ان لا تكفر تدخل الجنة *ne fias infidelis, quoniam ſi non fies infidelis ingredieris paradiſum.* اين بيتك فانى ان عرفت بيتك ازرك *Vbi eſt domus tua, quoniam ſi nouero domum tuam viſitabo te.* ليت لى مالا فانى ان يحصل لى مال انفق *Vtinam mihi eſſent bona, quoniam ſi mihi eſſent bona erogarem.* الا تنزل فانك ان تنزل تصب خيرا *Non ne deſcendes, quia ſi deſcenderis inuenies bonum.*

Atque hæc de Conſtructione Particularum, ac de Conſtructione in vniuerſum dicta ſufficiant.

| | Errata | Corrige. |
|---|---|---|
| Pag.12. verſ. 4. | vt S.conſonans, | vt I conſonans. |
| ibid. | veluti ſa ſe ſo, | veluti Ia Ie Io. |
| pag.16. verſ.16. | præcedenti, | ſubſequenti. |
| pag.53.verſ. 3. | cap.penultimo, | Cap. Vndecimo. |
| pa.111.verſ.21. | infra cap.vltimo, | Infra cap. 12. |
| p.180. verſ. 1. | Tabula verborũ decima iuxta, | Tabula verborum iuxta. |
| pag.240.verſ.17. | صيغة المجهول, | صيغة المعلوم. |
| ibid. | formam paſſiuam, | formam actiuam. |
| pa.422.verſ.13. | Cum non, | Cum verò. |

Si quæ alia irrepſerunt, prudens Lector tua ſapientia corrigas.

XXXVIII
G
71

[illegible] 11.61.920

dicuntur eſſe بمعنى ليس , *in ſignificationem verbi* negatiui ليس *non fuit*, ac proinde reuocantur ad verba deficientia, quæ ſunt ſpecies operantium ingredientium ſuper mobtadaū, & chabarum. Operantur ergo ad inſtar verborum deficientium, veluti مَا زَيْدٌ قَائِمًا *non eſt Zaidus ſtans*.

Vbi notandum primò ما operari tum in nomen معرفة *notū*, vt in exemplo allato; tum in نكرة *ignotū*, veluti ما رجل خيرا منك *non eſt homo melior te*. At vero لا tunc ſolum operatur, cum nomen eius ignotum eſt; ſi enim notum fuerit, Raph-atum manet nomen ſimul & chabarū, veluti لا الرَّجُلُ حَقِيقٌ *non eſt homo verax*.

Secundò notandum vtramque particulam priuari pariter operatione, atque raph-ari etiam ipſorum chabarum, ſi præmittatur mobtadao, vel afficiatur particula exceptionis إلا veluti مَا مُنطَلِقٌ زَيْدٌ *nō eſt abiens* Zaidus, vel مَا زَيْدٌ إلا مُنطَلِقٌ

Tertiò ſimiliter ما deſtituitur operandi vi, cum præmittitur eius nomini particula ان, quæ interdum abundè apponitur, veluti مَا إِنْ زَيْدٌ مُنطَلِقٌ *non eſt Zaidus abiens.*

Quartò لا adhibetur etiam alio modo, nempe; non pro negatione alicuius attributi, ſiue enunciati de aliquo ſubiecto, quo pacto, vt dictum eſt, dicitur eſſe بمعنى ليس vt in præcedentibus exemplis; ſed pro negatione exiſtentiæ abſolutè ipſiuſmet ſubiecti, ſiue nominis eius, quod ſæpe in genere ſumitur, vnde لا hoc modo dicitur eſſe لنفي الجنس *pro negatione generis*, hoc eſt pro negatione vniuerſali, qua negatur exiſtentia rei in genere, veluti cum dicitur لَا رَجُلَ فِي السُّوقِ *non eſt homo*, hoc eſt nullus homo *in platea*, quamuis etiam interdum negetur exiſtentia alicuius rei in particulari. Cum igitur لا fue-

fueiit ſic لنفى الجنس non verò بمعنى ليس, alio modo conſtruitur; ſi enim nomen eius fuerit annexum, uel ei ſimile, ideſt comparatiuum ſequente من, nasbatur, ueluti لا غلام زيد عندنا *non eſt ſeruus Zaidi apud nos*. لا خيرا منك عندنا, *non eſt melior te apud nos*. Si verò non fuerit annexum, nec ei ſimile, ſed ſimplex, phathatur, fitq. مبنى *firmatũ*, ueluti لا رجل فى السوق *non eſt homo in platea*, niſi fuerit معرفة, uel non immediatè ſequatur poſt لا, in his enim caſibus neceſſariò raph-atur, & ſecũdũ quoſdã neceſſaria eſt geminatio لا cum duplici negato, ueluti لا فى الدار رجل ولا امراة *non eſt domi homo, neque mulier*, uel لا زيد فى الدار ولا عمرو *non eſt Zaidus domi, neque Amrus*. Quod ſi geminatio fiat cũ immediatione negati ignoti poſt primam لا, tunc licebit utrumq., uel alterutrum negatorũ raph-are, uel phathare, ueluti لا رجل فى الدار ولا امراة uel لا رجل فى الدار ولا امراة, uel لا رجل فى الدار ولا امراة *non eſt homo domi, neque mulier*.

## CAPVT XXIX.

### De conſtructione Particularum quartæ Speciei, quæ dicuntur الحروف العاملة فى الفعل الناصبة. Particulæ operantes in verbum nasbantes.

PARTICVLÆ nasbantes Verbum Modzhareum quattuor ſunt ان *quòd*, لن *non*, كى *vt*, إذن *benè*.

Prima ان Maſdaralis dicitur, quia, ut ſuo loco diximus, uerbum cum ipſa æquipollet maſdaro. Præcedit autem neceſſariò uerbum aliquod; uel ſcientiæ, & cognitionis, ut علم *ſciuit*

 *nouit*,

عرف *nouit*; uel exiſtimationis, & opinionis, ut ظن *arbitratus eſt*, حسب *credidit*; uel alterius generis, ita ut non ſit ex uerbis cordis, vt اراد *voluit* قدر *potuit*, &c. Cum igitur hæc poſterioris generis verba præcedunt, tunc ان neceſſariò naſbat verbum ſubſequens, veluti أُرِيدُ أَنْ تَخْرُجَ *volo, quòd egrediaris*. Cum verò priora verba ſcientiæ, & notitiæ præmittuntur, ipſa ان non nasbat, ſed potius eſt alleuiata, ſeu genita ex أن graui, de qua ſuperiori capite dictum eſt, ueluti عَلِمْتُ أَنْ سَيَقُومُ زَيْدٌ *ſciui, quòd ſurget Zaidus*. Cum tandem præmittuntur ei verba exiſtimationis, poteſt nasbare, ut ظَنَنْتُ أَنْ يَقُومَ زَيْدٌ *exiſtimaui quòd ſurgit Zaidus*; & poteſt etiã abſque operatione manere, ueluti ظَنَنْتُ أَنْ سَيَقُومُ زَيْدٌ *exiſtimaui quòd*, ſiue *ſi ſurget Zaidus*.

Secunda particula eſt لن pro omnimoda negatione futuri, veluti لَنْ يَفْعَلَ *nullatenus faciet*.

Tertia eſt cauſalis, ſeu finalis كي *vt*, ueluti جِئْتُكَ كَيْ تُكْرِمَنِي *veni ad te, vt honores me*.

Quarta eſt إِذَنْ *benè*, quæ dicitur حرف جواب وجزاء *particula reſponſionis, & retributionis*, veluti ſi dicenti tibi آتيك *veniam ad te*, reſpondeas إِذَنْ أُكْرِمَكَ *benè bonorabo te*. Exigit autem duplicem conditionem, vt nasbet. Prima eſt, vt non præcedat ante ipſam aliquid, cum quo connexionem habeat id quod ſequitur poſt ipſam; unde non nasbat, cum dicitur, أَنَا إِذَنْ أُكْرِمُكَ *ego benè bonorabo te*, quia أنا, quod eſt ante

ipſam

ipſam eſt mobtadaum, & اكرمك, quod eſt poſt ipſam eſt ſumma verbalis chabarum mobtadai præcedentis:nec nasbat cũ cõditionalitèr dicitur إن جئتني إذن أكرمك, quia أكرمك eſt retributio pendens ex antecedenti conditione, & ideo gezmatur. Secunda conditio eſt, ut verbum ſubſequens ſit futurum; vnde nec nasbat, cùm per verbum præſentis temporis mentienti tibi dixeris إذن أظنّك كاذباً *benè iudico te mendacem.*

Nasbatur pręterea modzhareũ poſt quinque alias particulas, ſed non uirtute ipſarũ,ſed uirtute explicatę ſuperiùs particulæ ان,quæ tacitè poſt ipſas ſubintelligitur. Sunt autem huiuſmodi particulæ quinque.uidelicet. Prima eſt حتّى *quoaduſque,* quæ eſt particula contractionis quidem,ſed præmittitur etiam modzhareo nasbato per ان ſubintellectam,perindè ac pręmitteretur ad contrahendum maſdarum; nam, ut ſæpè diximus, ان cum modzhareo æquipollet maſdaro. Vnde dicitur أسير حتّى أدخل البيت *meabo quoaduſque ingrediar domum*.i. أسير حتّى أن ادخل البيت quod idem eſt ac dicere أسير حتّى دخولى البيت *meabo vſque ad introitum meum domus.*

Secunda eſt ل *vt,*quæ æquiualet particulę كَي; immo dicitur لام كى *lam particula* كَى nam illi ſæpè præmittitur fitq. لكى *vt*, ueluti جئتك لتكرمنى *veni ad te,vt honores me.*

Tertia eſt أو, quæ alioqui eſt coniunctio diſiunctiua,ut ſuo loco diximus; ſed præmiſſa uerbo dicitur eſſe بمعنى الى *in ſignificationem particula* الى *vſque*, quamuis per diſiunctionem quoque explicari poſſit,ueluti لالزمك اوتعطينى حقى *certè conſtringam te vſque des mibi ius meum*, ideſt, uel des mihi ius meum.

Quar-

Quarta eſt, وَ &, quæ nasbat modzhareum ſubſequens, cùm adſunt duæ conditiones. Prima eſt الجمعية *ſimultas*, hoc eſt quòd ſimul ſe habeat actio uerbi ſequentis, & præcedentis. Secunda ut præcedat ante و aliquod ex rebus ſex, quæ ſunt الامر *Imperium*, النهى *probibitio*, النفى *negatio*, الاستفهام *interrogatio*, التمنى *optatio*, العرض *oblatio*, ueluti اُقْتُلْ زَيْدًا وَتَأْخُذَ مَالَهُ *occide Zaidum*, *& accipies bona eius*. لَا تَأْكُلِ السَّمَكَ وَتَشْرَبَ اللَّبَنَ *ne comedas piſcem*, *& bibas lac*, & ſic de reliquis.

Quinta, & vltima particula eſt reſponſiua فَ, quæ pariter duas exigit conditionis, vt nasbetur modzhareum ſubſequens. Prima eſt eadem, quam exigit و, nempè vt ſit reſponſiua poſt aliquam ex eiſdem ſex rebus. Secunda eſt, vt quod præcedit ipſam ſit cauſa eius, quod ſequitur poſt ipſam, veluti اِئْتِنِى فَأُكْرِمَكَ *veni ad me, quia honorabo te*, لا تسرقوا فيقتلكم صاحب المال *ne furemini*, *& occidat vos dominus bonorum*. ما تاتينا فتحدثنا *non venies ad nos*, *& colloqueris nobiſcum*. هل اسالك فتجيبنى *num interrogabo te*, *& reſpondebis mihi?* ليتنى عندك فافوز *vtinam ego eſſem apud te*, *& adipiſcerer*. إِلَّا تَنْزِلُ بِنَا فَتُصِيبَ خَيْرًا *vis deſcendere ad nos*, *& inuenies bonum*.

CAPVT

# CAPVT XXX.

## De Conſtructione Particularum quintæ ſpeciei, quæ appellantur Particulæ Gezmantes Modzhareum.

PARTICVLAE Gezmantes quinque ſunt. Quattuor ex eis gezmant vnicum verbum ـــ, videlicet, لم *non*, quæ præmittitur Modzhareo pro negatione præteriti, ueluti لم يخرج *non exiuit.* لمّا *non dum*, quę pariter præmittitur Modzhareo pro negatione preteriti; ſed continuata uſque ad tempus præſens, ueluti لما يخرج *nondum exiuit.* ل pro imperatiuo affirmatiuo abſentis, ſiue tertiæ perſonæ, ueluti ليخرج *egrediatur.* لا pro vetatione, ſiue imperatiuo negatiuo tum præſentis, tum abſentis, ſeu ſecundæ, & tertiæ perſonæ, ueluti لا تخرج *ne egrediaris,* لا يخرج *non egrediatur.*

Vnica uerò ex quinque gezmat duo uerba, qualis eſt إِنْ *ſi* conditionalis; gezmat enim tum uerbum primum importans conditionem, tum uerbum explicans retributionem, ueluti إِنْ تُكْرِمْنِي أُكْرِمْكَ *ſi honorabis me honorabo te*, pro cuius reſolutione dices:

ان حرف من حروف الشرط يقتضى جملتين احدهما شرط والاخر جزاء تكرمنى مجزوم بانه فعل الشرط اكرمك مجزوم ايضا بانه جزاء الشرط وفعل الشرط وجزاء الشرط جملة شرطية ليس لها محل من الاعراب لانتفاء وقوعها موضع المفرد

Vbi notandum, quod tripliciter hæc uerba conditionis, & retributionis poſſunt diſponi. Primò ut utrunque ſit modzhareum,

reum; & ut ſic ambo neceſſariò gezmantur, ut in præcedenti exemplo. Secundò, ut utrumque ſit præteritum, & ſic pariter gezmantur ambo, non tamen prolatione, uel poteſtate; ſed tantùm loco, ſiue diſpoſitione, ueluti إِنْ أَكْرَمْتَنِي أَكْرَمْتُكَ *ſi honoraſti me, honoraui te.* Tertiò, ut uerbum conditionis ſit præteritum; uerbum uerò retributionis ſit modzhareum; & ſic modzhareum gezmari, & raph-ari poteſt, ueluti إِنْ أَكْرَمْتَنِي أُكْرِمْكَ, uel أُكْرِمُكَ *ſi honoraſti me, honorabo te.*

Præterea gezmatur modzhareum cum hac eadem particula إِنْ conditionali, non tamen expreſſa; ſed implicita, ſeu ſubintellecta, ut de أَنْ nasbante diximus. fitque hoc poſt quinque res, quibus reſpondetur cum فَ reſponſiua, ſeu poſt quas adhibetur فَ reſponſiua, quæ ſunt eædem prorſus, quas ſuprà eidem فَ diximus debere præcedere, vt per أَنْ implicitam nasbaret modzhareum, excepta negatione: uidelicet, poſt Imperatiuum affirmatiuum; poſt negatiuum, ſeu vetationem; poſt interrogationem; poſt optationem; & poſt oblationem, ueluti إِيتِنِي أُكْرِمْكَ *veni ad me, bonorabo te,* لَا تَكْفُرْ تَدْخُلِ ٱلْجَنَّةَ *ne diſcredas, introibis in paradiſum,* أَيْنَ بَيْتُكَ أَزُرْكَ *vbi domus tua? viſitabo te.* لَيْتَ لِي مَالًا أُنْفِقْ *otinam eſſent mihi bona, erogarem.* أَلَا تَنْزِلُ تُصِبْ خَيْرًا *vis ne deſcendere, inuenies bonum.* quæ omnia modzharea retributiua gezmata ſunt propter إن conditiona-

tionalem in præcedentibus rebus implicitam, quaſi diceretur إِيتِنِي فَإِنَّكَ إِنْ تَأْتِنِي أُكْرِمْكَ *veni ad me, quoniam ſi venies ad me, honorabo te.* لَا تَكْفُرْ فَإِنَّكَ إِنْ لَا تَكْفُرْ تَدْخُلِ ٱلْجَنَّةَ *ne fias infidelis, quoniam ſi non fies infidelis ingredieris paradiſum.* أَيْنَ بَيْتُكَ فَإِنِّي إِنْ عَرَفْتُ بَيْتَكَ أَزُرْكَ *Vbi eſt domus tua, quoniam ſi nouero domum tuam viſitabo te.* لَيْتَ لِي مَالًا فَإِنِّي إِنْ يَحْصُلْ لِي مَالٌ أُنْفِقْ *Vtinam mihi eſſent bona, quoniam ſi mihi eſſent bona erogarem.* أَلَا تَنْزِلُ فَإِنَّكَ إِنْ تَنْزِلْ تُصِبْ خَيْرًا Non ne *deſcendes, quia ſi deſcenderis inuenies bonum.*

Atque hæc de Conſtructione Particularum, ac de Conſtructione in vniuerſum dicta ſufficiant.

---

| | Errata | Corrige. |
|---|---|---|
| Pag. 11. verſ. 4. | vt S. conſonans, | vt I conſonans. |
| ibid. | veluti ſa ſe ſo, | veluti Ia Ie Io. |
| pag. 16. verſ. 16. | præcedenti, | ſubſequenti. |
| pag. 53. verſ. 3. | cap. penultimo, | Cap. Vndecimo. |
| pa. 111. verſ. 21. | infra cap. vltimo, | Infra cap. 12. |
| p. 180. verſ. 1. | Tabula verborũ decima iuxta, | Tabula verborum iuxta. |
| pag. 240. verſ. 17. | صيغة المجهول, | صيغة المعلوم. |
| ibid. | formam paſſiuam, | formam actiuam. |
| pa. 422. verſ. 13. | Cum non, | Cum verò. |

Si quæ alia irrepſerunt, prudens Lector tua ſapientia corrigas.

xxxviii
G
71
A01 1464270

[illegible] 11.6.1920